BIBLIOTECA NAZ.LE
150
I
22
NAPOLI

2 . ~~B. 56~~

22.-24

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
150
I
22
NAPOLI

Digitized by Google

IOHANNIS HEVMANNI
IVR. PROFESSORIS ALTORFINI
COMMENTARII
DE
RE DIPLOMATICA
IMPERATORVM AC REGVM
GERMANORVM
INDE A CAROLI M. TEMPORIBVS
ADORNATI.

NORIMBERGAE
SVMTIBVS IOHANNIS GEORGII LOCHNERI.
MDCCXXXXV.

VA1 1508704

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO,
DOMINO
IOHANNI GEORGIO IOSEPHO ANTONIO MARIAE
S. R. IMPERII COMITI
DE KOENIGSFELD ET EGLOFSHEIM,
IN ZAIZ ET PFACKHOVEN, DYNASTAE
IN TRVFELFING, LANGERLING, HELLKOVEN,
ET MOSSTHENING ETC. ETC.
SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS
IN SANCTIORI CONSILIO
ADMINISTRO ET CVBICVLARIO
SACRI ROMANI IMPERII
PROCANCELLARIO
SVPERIORIS PALATINATVS PROPRAESIDI
ILLVSTRIS ORDINIS S. GEORGII EQVITI
MAIORIS CRVCIS, RELIQVA

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIME ATQVE EXCELLENTISSIME DOMINE COMES, DOMINE CLEMENTISSIME.

HAud miraberis, excelſo nomini TVO me munus hoc qualecumque demiſſa mente conſecrare non dubitaſſe. A TVO namque ſplendore hic ſibi libellus decus maximum, a TVO aſſenſu ſingularem commendationem, a TVO denique praeſidio fortunam laetiſſimam

mam impetrare contendit. Iam ex alto loco TE orbi uniuerſo admirandum praebes; uaria exquiſitae TVAE doctrinae genera laudibus omnium efferuntur; omnis literatorum cohors TE tamquam nouum felicitatis ſignum ſuſpicit. Incredibili TVAE prudentiae, quam in rebus publicis gerendis adhibes, illuſtria uirtus monimenta condit, eaque commendat immortalitati. Quis neſciat, quam egregie inter tot alia negotia, quibus CAESARI AVGVSTISSIMO fides TVA ac induſtria cumulate comprobantur, arduas ſummi Imperii Cancellarii partes ſuſtineas? quam ob rem ipſam TIBI, CELSISSIME DOMINE COMES, TVO iure hos commentarios uindicabis, qui ſatis monſtrant, Procancellarii Imperii munus ad rem diplomaticam Auguſtorum ordinandam plurimum ualuiſſe. Sed magnifica iſta, quae in TE exſplendeſcunt, cultior enarret oratio. Vix mihi uerba ſuppetunt, quibus inuſitatam TVAM benignitatem, quam et erga me ſaepius ac perclementer, praeter mea merita, declaraſti, pro cauſſae dignitate praedicem. Sane iam dudum diem exſpectaui, quo TIBI in conſpectu omnium pietatis, grataeque mentis ac deuotae aliquod eſſem documentum ex-

hibiturus. Quapropter TIBI, DOMINE CLEMENTISSIME, hunc libellum iam offero, atque, ut eum ſereno uultu intuearis, ſummopere rogo. Quum TIBI tam praeclara ſit animi indoles, ut gratiam non uendas, ſed ultro effundas largiſſime: TE mea munera exigua, quae, ſi ex pio mentis ardore aeſtimentur, maxima ſunt, haud reiecturum eſſe, uehementer confido, TVAEque clementiae ſignificationes nouas mihi iam in poſterum gratulor. Ceterum DEVM ter O. M. ſupplex precabor, ut TE TVAMque gentem illuſtriſſimam omni ſtabilis felicitatis genere cumulet, TVAque conſilia, quae numquam non pro publicis commodis capere ſoles, ad exitum peruenire iubeat exoptatiſſimum.

ILLVSTRISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI
NOMINIS TVI

cultor deuotiſſimus

Iohannes Georgius Lochnerus.

LECTORI BENEVOLO

S. D.

IO. HEVMANNVS.

MAgnum opus et arduum me conari, satis animaduerto, siue incredibilem rerum difficultatem, siue grauem offensionem, quam ex iis habiturus sum, intuear. Ac certe, nisi tua, LECTOR, humanitas me consolaretur, nescio, an audaciae ueniam a me ipso impetrarem. Euolui annales, excussi tabulas, notaui, quae placebant; in iuris patrii antiquitatibus nonnihil proficere uolui, non alios erudire. Amici equidem hortabantur, ut meam qualemcumque industriam in usus diffunderem communes; at hoc praesidio, quod saepe libris perquam uanis paratur, uti nolebam. Accessit denique uir

uir magnopere colendus RINKIVS, fortunatus noſter ſenex, ac iuſtitiae ſacerdos uenerabilis, ſuaeque gloriae iamdudum ſuperſtes; hic mihi auctor fuit, ut, dum alia ſcrutarer, in re quoque diplomatica auguſta elaborarem. Spopondit uir humaniſſimus, ſe ſuosque librorum theſauros locupletiſſimos mihi adiumento fore, animumque meum, qui hoc Aegeum arundinea ſcapha transmitti non poſſe facile praeuidebat, ita confirmauit, ut laborem, cui, utcumque caderet, fructus aliqui conſtare uiderentur, aggrederer. Coepta mea deinceps et aliis uiris et meritis et dignitate illuſtribus, quorum beneuolentiam ego ſemper grata mente proſequar, probabantur. Sic liber mihi iam quaſi aliud agenti elabitur. Ad tuam igitur, LECTOR AEQVISSIME, fidem confugio, teque oro, ut quae in re ancipiti, Minerua propitia, tentauerim, haud ſpernas; quae perperam expedierim, emendes; quae praeſtare nondum potui, non requiras. Nondum enim mihi ipſe ſatisfeci; quis itaque me tam impudentem credat, ut aliis rem ex omni parte abſolutam eſſe perſuadere cupiam? Videre mihi uideor GERMONIOS, qui uetuſta quaedam literarum inſtrumenta exitium effugiſſe aegre ferunt, qui damnant, qui conuellunt, qui corrodunt, quidquid auita pietas apud nepotes ſanctum eſſe uoluit. Vellem, ſatius expenderent, ſe, cum tabularum fidem infringendam ſumunt, eodem impetu omne antiquitatis decus labefactare. Sed non eſt, quod cauſſam conclamatam diſputem. Sunt aliquid manes diplomatici. Ita ego ſentio. Erras, inquis. Erro haud pernicioſe, neque hunc errorem mihi extorqueri uolo. Si alii poſteritati intereſ-

ſe

ſe ſtudent, ego mirifice delector antiquitate. Nonnulli firmiori forſan iure mihi obiicient, huius generis commentarios ex archiuis, non ex libris, concinnandos eſſe. Utinam! iſta mihi paterent ſacraria. Utinam! tabulariorum praefecti literatam gentem ſua ipſorum opera bearent. Iam uero prope idem mihi, quod aſtronomis quibusdam, euenit, qui leges aſtrorum exponunt, quamquam caeli faciem rarius contemplantur. Idcirco tamen ſtudio meo non omnis ſpes utilitatis eripienda uidetur. Praeſtat enim, ni fallor, exiguis copiis, quae nobis in praeſenti offeruntur, frui, quam praeclariores, ſed incertas, exſpectare. Et quotusquisque eſt, qui pleraque armaria (id merito poſtulatur) poſſit perſcrutari, et ſi perſcrutetur, qui ea, quae cognouit, ad frugem bonam, ad artis regulas, accommodare queat cupiatque. Fac etiam, iſthaec omnia ab aliquo egregie perfici; huic tamen fidem nos habere oportet perinde ac MABILLONII, BALVZII, MARTENII, MVRATORII, aliorum fidem hodie ſequimur. Vt uiris literarum tam peritis acutior habeare, fruſtra forte contendis, etiamſi autographa plurima inſpicias. Proinde utamur bonis iam nobiscum communicatis. Ad uſum ampliorem, non ad oſtentationem, non ad lites excitandas diuulgata ſunt. At inſtas: hi tanti uiri oculis manibusque tabulas uſurparunt, his externum quoque earumdem habitum definire licuit. Sed memineris, quaeſo, ne MABILLONIVM quidem chartarum corpus iuſtis regulis ſubiicere auſum fuiſſe; hoc enim ſenſibus diſtinctius percipi, quam uerbis explicari poſſe exiſtimauit. Ex documentorum animo, ut ita dicam, tutiorem normam formamus. Neque ideo mihi quis-

 quam

quam ſuccenſeat, ſi externos diplomatum characteres, internis ſepoſitis, ſaepius fallere poſſe arbitrer. Membrana proba, recta ſcriptura, monogramma uerum, ſigillum haud ſuſpectum, et tota tabula ficta. Omnis aetas homines in manuum artibus imitandis ſat exercitatos protulit; at ſtilum uix ſagaciſſimi ueteratores mentiri poterant. Ex priſcorum Germanorum legibus, quibus crimen falſi acrioribus poenis coercetur, perſpicuum eſt, nec maioribus noſtris fallaces et fucatas chartas infrequentes fuiſſe. FRIDERICVS II Imp. cuius aeuum prauis documentorum fabricatoribus abundaſſe nonnullis uidetur, fideles ſuos admonuit, ne literis quibusuis ſigillo ſuo munitis fidem adhiberent, poſtquam in caſtrorum incendio aureae bullae typarium et ſigillum regni amiſerat. Quid? quod ipſe pontifex INNOCENTIVS III nouem modos tabulas corrumpendi notat, qui potiſſimum ad ſpeciem, quam codicilli extrinſecus aſſumunt, ſpectant. Sic fieri conſueuit, ut ſigillum ſincerum aliunde auulſum libellis ſimulatis affigeretur; hoc ipſum diplomati LINDAVIENSI longa controuerſia iactato contigiſſe aiunt, quod, ſi ſuis formulis non euerteretur, per externa ſigna ſtaret profecto. Etſi igitur iſtas notas, quae facile in oculos incurrunt, non praetermiſimus, ſed ſigilla praeſertim, undique conquiſita, radio depinximus; plus tamen ipſis chartarum argumentis tribuendum eſſe opinamur; hinc et iſta praecipue, licet multo cum negotio, perſecuti ſumus. Diuiſimus chartas particulatim, exenterauimus, atque membra paſſim diſperſimus. Tanto apparatu opus erat, ut regulae effingerentur. Ceterum ſi qui ex ſcriniis publicis diſciplinam diplomaticam haurire poſſint,

Petr. de Vineis L. II ep. c. XXXXI.

c. V, X. de crim. falſi.

illis

illis ſcriptionem noſtram, non ut inde proficiant, ſed ut eam ſuis luminibus illuſtrent, commendamus. Neque enim infitiamur, ex documentis authenticis, quae coram intuemur, uberiorem lucem, quam ex uariis exemplis, iisque haud parum uitioſis, ſperandam eſſe. Quemadmodum aquam eo inquinatiorem cernimus, quo longius a fonte ſuo ducitur, quoque ſordidiora loca alluit: ita quo crebrius, quo negligentius chartae deſcribuntur, eo corruptiores ad manus noſtras perueniunt. At nos riuulos fontibus propiores, quoad fieri potuerit, ſectati nobis operae pretium feciſſe uidemur, ſi commodis eorum, quibus nec tabularia nec immenſam chartarum e tenebris carceribusque ereptarum molem adire licet, aliquo modo conſulere potuimus. Inter omnes enim conſtat, quam occulta, quam peregrina noſtris ſcholis ſit doctrina tabularia, et parum abeſt, quin, cum diplomata memoras, Iouis diphtheras loqui uidearis, quamuis legum in primis Germanarum ſcientia archiuorum auxilia praeſtantiſſima uehementer deſideret. Quare ignoſces mihi, LECTOR, quod chartas identidem cum legibus coniunxi, atque ab annalibus interdum opem petii. Ita artem noſtram, ne nimium exilis prodiret, honeſtandam duxi. Plura afferri potuiſſe, quis dubitet? Si multi abſtruſa Quiritum monimenta indagant, ſi formulas inanes tamquam oracula ſuſpiciunt, ſi codicibus purgandis non tam utilem quam ſplendidam operam nauant: tanto diligentius tabulas domeſticas ex naufragio colligere, tanto accuratius easdem explanare conuenit. Vix dici poteſt, quantum rei diplomaticae facultates ad alias quoque diſciplinas ornandas firmandasque ualeant. Ego uero, qui

qui ingentem eius campum ex uno tantummodo puncto iam reſpicio, longius digredi nolui. Optandum eſt, ut ii, quos luculentior ſupellex circumdat, tanti negotii, plurium hominum aetates exhaurientis, curam arripiant. Colligant uires, confirment animum, circumſpiciant omnia, contendant fortiter. Operoſus labor ac moleſtus ſubeundus eſt. Nonnumquam monſtra ſurgunt, quae, licet proſternantur, tanto tamen honore plerumque digna cenſeri ſolent, ut ipſis ſuperſtitio ac inuidia aeternum parentet. Sed tranſeamus triſtia. Tu, LECTOR CANDIDE, uale, et, ſi me non fruſtra niti ſentias, conatus meos et conſilio et auctoritate et ſtudio et auxiliis adiuua. Quidquid ad res noſtras uel emendandas uel amplificandas benigne conferes, id omne in appendice ſingulari uoluminis alterius, quod, Deo uolente, reliquorum Carolidarum rem diplomaticam tradet, grato animo commemorabo. Iterum uale. Altorfii XII Kal. Nouembr. CIↃ IↃ CCXXXXIIII.

Ad bibliopegum.
Tabulae aeneae libro poſt pag. 416 inſerantur.

Cap. I.

Cap. I.

De re diplomatica, quantum inſtituti ratio poſtulat, generatim agitur.

§. I.

Diplomatica eſt ars diplomata uera et falſa diſcernendi. Arte igitur critica continetur, quam in diſciplinarum numero recte habemus. Diplomatica deſcribitur.

§. II.

Inter diſceptationes ars haec nata eſt et conſeruatur. *Mabillonium*, cui formae ſuae dignitatem debet, excitauit *Papebrochius*, uetuſtarum chartarum cenſor grauis. Tantum uero abeſt, ut aeternum Mabillonii opus ſilentium impoſuerit omnibus, ut potius P. *Germonius*, uir ſagax, uniuerſae rei diplomaticae bellum indixerit. Quo Marte, quibusque ſociis geſtum ſit, exponit *Jo. Petr.* de *Ludewvig* in praefat. t. I reliquiar. MS. cuius operam Italico ſermone reddidit *Caſpar Berettus* in cenſuris III in diſſertat. Italiae medii aeui. Teutonice iſtud certamen enarrauit *Jo. Gottfr.* de *Meiern* in praefat. t. III actor. pac. Weſtphal. De inſtauratoribus artis diplomaticae praefatus eſt *Hahn.* in diplomate fundationis Bergenſis ad Albim coenobii, annotationibus illuſtrato. Praeter magnum, quod diximus, bellum diplomaticum, lites quasdam ſingulares memorant *Ludewvig.* d. l. *Dan. Eberh. Baring.* in claue diplomatica; *Erneſt. Ioach.* de *Weſtphalen* in praefat. t. II rer. German. Ceterum Fata illius uaria

uarii literis mandarunt.

abhinc paucis annis iaculis Germonii uſus eſt *Jo. Guil. Hoffmann.* in programmate de lubrico artis diplomaticae, quae tamen reprimere conabatur P. *Grebner.* in diſſ. de re diplomatica praecipue Chuonradi I et Henr. aucupis.

§. III.

Diplomata deſcribuntur.

Diplomata ſunt literae patentes, quibus principes reipublicae uel optimates uaria iura et immunitates aliis impertiuntur conſignantque. Vocem diplomatis modo latius, modo preſſius, intelligi, iam animaduertit *Mabillon.* rei dipl. l. 1 c. 2. Apud Romanos, ut curſus publicus adiuuaretur, praecipue dabantur diplomata. uid. *Reichii* diſſ. de diplomatibus et tractoriis.

§. IIII.

Varia diplomatum genera.

Multa diplomatum genera exiſtunt, quae uariis adeo nominibus, uel ab auctoribus, uel ab argumentis, uel a materia, ex qua et in qua effecta ſunt, repetitis, appellantur. Quocirca reperimus chartas, easque regales et eccleſiaſticas et pagenſes, panchartas, auctoritates, ſanctiones pragmaticas, apices, praecepta, priuilegia, literas, inſtrumenta, teſtamenta, precarias, indiculos, placita, deſcriptiones, tractorias, notitias, bullas, ſigilla, etc. Si quando unius chartae duo exempla pluraue ſcribuntur, haec chartae pariclae ſiue pariculae uocantur.

§. V.

Origo diplomatum antiquiſſima.

Iam antiquiſſimis temporibus diplomata condita fuiſſe, quis neget? Et enim ſi nemo dubitat, artem ſcribendi perquam uetuſtam eſſe; ſi inter omnes conſtat, hominum genus inde quaſi ab incunabulis in ciuitates abiiſſe; ſi denique nobis exploratum eſt, ſua quemque iura, quoad priſtina tempora mens poteſt recolere, literarum inſtrumentis probaſſe: diplomatum originem antiquiſſimam eſſe arbitramur. Codicillos uero peruetuſtos ad nos peruenisſe, quis inficietur, ubi euidentia rerum documenta loquuntur, niſi quis omnem literarum antiquitatem funditus euertere cupiat.

piat. *Mabill.* rei dipl. l. I c. 3. Illuſtr. *Scip. Maffei* iſtoria diplomatica, che ſerve d'introduzione all' arte critica in tal materia.

§. VI.

Cauſſae multitudinis diplomatum exponuntur.

Ac ingentem quidem diplomatum copiam ex ſuperioribus ſaeculis collectam noſtra cuſtodit aetas. Varias huius rei cauſſas affert *Ludewig.* d. l. §. 5 ſq. Scilicet Germani literarum inſtrumentis, quam uſucapione, niti malebant; clerici, qui ſibi pene ſolis artium ſtudia arrogarant, literas probabant; illisque fundis ſuis potiſſimum conſulebant; quapropter diplomata laicis indulta minus frequentia inueniuntur, cum libellorum eccleſiarum uix numerus iniri queat, tum quia in rebus turbulentis aedium ſanctarum tabulariis maior honos habebatur, tum quia collegia ſacra rarius intereunt; adhaec Germania notariis, non legibus, abundabat; beneficentia fortunas ſuas eo intemperantius profundebat, quo grauiore ſuperſtitione tempora maiorum tenebricoſa premebantur; plura unius authentici exempla ſaepius exſcribi neceſſe erat, quae identidem a monachis deſcripta in chartularia ſiue regeſta referebantur. Accedit archiuorum cura ſingularis; chartas ueteres in recentioribus totidem uerbis recitandi conſuetudo; tum iſta iuris doctrina, priſtina diplomata derogare recentioribus, ac denique chartarum materia, membrana uidelicet, cortice praeſtantior.

§. VII.

De falſis diplomatibus.

In hac innumerabili tabularum multitudine falſas quasdam et deprauatas deprehendi, non miramur. Quid enim tam integrum eſt, tam ſacrum, cui non improborum audacia labem adſpergat? At ineptus ſit ad ſummam impudentiam, qui falſa inſtrumenta quam plurima, uera nulla, ad nos translata fuiſſe exiſtimauerit, qui chartarum, locis munitiſſimis reconditarum, cuſtodiam ignorauerit uiris incubuiſſe ſanctiſſimis, quos ſinceras tabulas perdidiſſe, fucatas finxiſſe aut ſuppoſuiſſe ſuſpicari non poſſumus. De fide inſtrumentorum, archiuorum et chartariorum uaria tradit *Mabill.* l. I c. 6, l. III c. 2, ubi archiuum Dionyſianum uindicat; et ſupplement. c. 2. *Leo Allat.* in animaduerſionibus

Digitized by Google

in fragmenta Etruſcarum antiquitatum Inghiramii, iam a. 1640 Pariſ. editis, fraudes luſoris alicuius detexit, ac de ſupellectili diplomatica diſſeruit egregie. Addantur *Jac. Wenckeri* apparatus et inſtructus archiuorum, et collecta archiui et cancellariae iura. *Pfeffinger.* ad Vitriar. t. III p. 1195. *Murator.* t. III antiquit. Ital. diſſ. 34 de diplomatibus et chartis antiquis dubiis aut falſis. *Gattulae* acceſſiones ad hiſtor. Caſin. t. II p. 696, ubi ſingularem diſſertationem de praeſtantia et fide archiui Caſinenſis exhibet.

§. VIII.

De his, qui diplomata dare poſſunt.

Quis diplomata largiri poſſit, ex §. III intelligimus. Summa rſimirum poteſtate, aut certe ad ſummam proxime accedente uel honoraria eos praeditos eſſe oportet, qui tabulas, diplomatum nomine dignas, condere cupiunt. Nominatim huius generis perſonas enumerat *Eiſenhard.* in diſſ. de iure diplomatum c. 2.

§. VIIII.

In diplomatibus externa et interna conſiderantur.

Omnem diplomatum regum faciem *auctor Syntagmatum dictandi* in *Mabill.* rei dipl. l. VI p. 619 ſatis luculenter exponit. Sed poſtquam ſuperiori ſaeculo diplomaticam in artium ciuitatem recepiſſent, tabulae multo accuratius diſtinctiusque explicari coeperunt. Secernebant artis periti externa diplomatum ab internis; illis materiam, in qua et ex qua ſcribitur, ſcripturae formam, monogrammata, ſigilla; his uero adnumerabant formulas initiales, nomina, titulos, ipſum chartae argumentum, clauſulas, ſubſcriptiones, temporis et loci deſignationes. Ita rem exſequitur *Mabillonius*; et *Hertius* in diſſ. de fide diplomatum; *Eckhard.* in introduct. in rem diplomat.

§. X.

Diplomata in membrana ſcribebantur.

Materia, in qua Imperatores et reges Germanorum diplomata ſcribenda curarunt, alia non erat, niſi membrana. Et enim licet ueteres literis uaria ſuſtentacula quaeſiuerint, atque adeo diplomata

plomata in charta Aegyptiaca ad XI usque ſaeculum exarauerint; hanc tamen ea, quae nos inueſtigamus, documenta in lucem quidem emiſſa, ignorant. Quid inter chartam corticeam et Aegyptiacam diſcriminis intercedat, Mabillonio luculentius docet *Schwvarz.* in diſſ. de ornamentis codicum ueterum §. 8, cuius et reliquae diſſertationes de ornamentis librorum ac de uaria ſupellectile rei librariae ueterum rem diplomaticam nonnihil illuſtrant. Priuilegia quaedam regum Langobardorum in papyro ſcripta memorat index uetuſtorum priuilegiorum Nonantulano coenobio conceſſorum in *Murator.* t. V antiq. p. 331. Inſigne liberalitatis documentum exſtat in *Vghelli* Ital. ſacr. t. I p. 50, quod Leo P. et Carolus M. in monaſterium S. Anaſtaſii ad Aquas Saluias contulerunt; ſed quoniam *per paginam aeream exauratam* donari dicitur, tabulis hiſce, ut alias ſuſpicionis rationes iam taceamus, fidem abrogarunt uiri acutiores. §. LXVII, 25. Ceterum membranae chartarum in latitudinem extendi conſueuerunt. *Guden.* in praefat. Syllog. I uar. dipl. p. 2 annotauit, altiorem tabularum formam, demto marginis ſpatio, poſt XI ſaeculum reperiri; at nulla forte huius rei regula cognoſcitur. Verum ut chartae late paterent, ideo requirebatur, quod ueteres non niſi perraro in auerſa parte ſcriberent; multoque minus diplomata opiſthographa fieri poterant, quia ſigilla affigebantur. De opiſthographo diſputationem iuridicam habuit *Textor.*

8. Tabula aerea exaurata ſuſpecta.

9. Cur membranae chartarum late pateant?

§. XI.

Atramentum uſitatior eſt materia, ex qua literae diplomatum formantur. Imperatores Orientis nomina ſua purpureo liquore ſubſcripſere, de quo largius commentati ſunt *Stryk.* et *Behm.* in diſſ. de ſacro encauſto. Inter Carolinos imperatores Carolus caluus, graeci ſplendoris ſectator, in diplomate quodam Abbatiae Compedienſis, aurea bulla munito, rubeis literis uſus eſt. *Mabill.* illius documenti effigiem expreſſit tab. XXXI n. 2, hac addita explicatione l. I c. X §. 5: *in eo Caroli tum imperatoris monogramma et nomen cancellarii minio depicta ſunt. At ſingularis eſt cancellarii ſubſcribendi modus. Nam poſtquam imperatoris ſolito more appoſitum*

Diplomata atramento ſcripta ſunt plurima, minio rariora.

poſitum eſt monogramma, ſed rubeo charactere, ita ſubſcribit notarius: Audacher notarius ad uicem Gauzlini recognouit et ſubſcripſit, tum Gauzlinus ipſe ſuper ipſam notarii ſubſcriptionem nomen ſuum rubrica depingit Gozlinus. Singularia certe, quae, ſi Mabillonius conſentiret, tabulas in ſuſpicionis diſcrimen adduxerint. Alii chartae archiui baſilicae S. Martini Turon. etiam cynnabari ſeu minio ſubſcripſit Carolus, teſte *Mabill.* ſupplem. rei dipl. p. 47. *Baldus* ad rubr. C. quae res uenire non poſſ. ſe uidiſſe ait totum inſtrumentum priuilegii cuiusdam encauſto muricis ſcriptum, quod praebuit diuerſam ſpeciem modo nigri, modo rubri, aliquando etiam aurei coloris, prout quisque illud uerterit. Aureis et argenteis literis imperatores et reges Carolingi non tam diplomata quam libros ſacros exſcribi iuſſerunt. Exemplum praebet liber euangeliorum aureis literis exaratus, quem Ludouicus P. monaſterio S. Medardi Sueſſionum dono dedit. Alius huius generis liber Ratisponae apud S. Emeramum aſſeruatur, a Carolo caluo profectus, cuius et librum precum auro ſcriptum bibliotheca tenuit Colbertina. *Puricellus* tamen in monim. Ambroſ. p. 283 tradit, archetypum diplomatis Hugonis et Lotharii regum aureis literis conſcriptum, aliaque aliorum regum et imperatorum in corio piſcis et auro ſcripta in baſilicae Mediolanenſis archiuo cuſtodiri. Documenta quaedam non a literis, ſed a bulla aurea appenſa, aurea uocantur. De atramento ad uſum fori diſſertationem compoſuit *Schoepferus.* add. *Linckii* diſcurſ. iuridicus de rubro, nigro et albo.

2. Literas aureas et argenteas non chartae, ſed libri, oſtentant.

§. XII.

Chriſmon ſiue character initialis explicatur.

Ante uero quam ſcripturae genus contemplemur, character initialis ante oculos proponitur. *Auctor ſyntagmat. dict.* c. l. de eo ita diſſerit: In priuilegiis Paparum: *Signum autem in exordio priuilegii, uel chriſmon, uel crux dominica cum ſupraſcripto ſigno erit, quod ſupra ſcriptum ſignum interpretatur Chriſtus. Chriſmon autem eiusmodi effigiatur ſpecie*. Vt plenius autem in hoc monogrammate* et ut Chriſti nomen appareat, tali mea effigiaretur ſententia ſpecie*.* In priuilegiis regum: *proprie autem regum uel principum praecepta ſignum certum non habent in exordiis, ſed quod facere ſcriptoribus collibuerit, uel crucem,*

*crucem, uel chriſmon, uel literam quamlibet circumdatam ſerpentibus in hunc modum * uel quodlibet aliud quod uoluerit.* Chriſmon ſiue Chriſti monogramma diplomati Henr. III. imp. praemittitur in *Hahn.* collect. monim. t. I p. 69. conf. etiam *Murator.* t. III antiq. p. 75. At quamplurimi codicilli literam C maiuſculam uel nudam uel uariis linearum implicationibus ueſtitam manifeſte prae ſe ferunt. Quocirca *Baring.* clauī ſuae diplomaticae obſeruationem inſeruit de ſignificatione literae C in diplomatum antiquorum fronte poſita, in qua erudite contendit, literam C hoc loco deſignare caput, capitulum ſiue initium, cum praeſertim per eamdem notam in codicibus MStis, quod omnes norunt, capitula inter ſe diſtinguantur, multique etiamnunc literam C aliasque transfixo palo pingere ſoleant.

§. XIII.

Carolidae nullam niſi latinam linguam in diplomatibus conſcribendis admiſerunt, quae et Germaniae moderatoribus per aliquot ſaecula ſequentia probabatur. Superſunt equidem monimenta, ex quibus ſatis conſtat, linguam noſtram uernaculam iam ſaeculo VIII et VIIII literis propagatam fuiſſe, ſed tabulas eius expertes cognoſcimus. uid. *Vadian.* de collegiis monaſteriisque German. l. II; in quo et alia ad rem diplomaticam et antiquariam Germanorum pertinentia afferuntur. De illuſtri quodam linguae Germanicae ſpecimine dicemus in Carolo caluo. uid. *Lynckeri* diſſ. de idiomate imperiali. *Fritſchii* exercitatio de iure idiomatis in imperio Romano-Germanico cumprimis recepto. Lingua latina diplomatibus familiaris.

§. XIIII.

Quod ad ſcripturam eiusque uaria genera attinet, longius hinc digredi nolumus. Adeant, quibus placet, *Hugonem, Mabillonium, Montfauconium, Mabillonium*, alios. Ad inſtitutum noſtrum ſcriptura pertinet, quam Franco-gallicam dixit *Mabillonius.* Sub Merouingis difficilior erat et rudior; at Carolus M. eam politiorem reddidit, inde character tandem minutus Romanus, Scriptura Franco-gallica diplomatum.

2. Quomodo primus uerſus diplomatum conſcriptus ſit?

nus, quem hodie uocant, ortus eſt. Primus uerſus tabularum Carolinorum principum literis maioribus et oblongis et tenuibus et preſſim coaceruatis, perinde ac nomen regis et cancellarii in ſubſcriptione, conſignatur. In *Mabill.* rei dipl. tab. XXIII ſpecimen diplomatis Caroli M. quod, excepta Data, totum literis oblongis conſcriptum eſt, exhibetur. Imperante potiſſimum Ludouico Pio initiales literae ductiles et magis oblongae inuectae ſunt, totam membranae longitudinem adaequantes. Data i. e. nota chronologica alio paſſim charactere, inſtar Romani minutioris, aliquando maiore, exarata eſt. In cancellaria (quod maxime obſeruandum,) ait *Mabillonius*, uniformis ferme ſcriptura pro tempore ſeruatur i. e. in regum diplomatibus, ſecus in chartis priuatis, quae a plebeiis notariis ſcriptae ſunt. Neque uero haec literarum ſimilitudo ex omnibus apicibus iudicanda uidetur. Notariorum enim ductus olim haud magis quam hodie inter ſe conueniebant, quamquam recentiorum ſaeculorum ſcripturam ab antiquiore facile diſcernamus. Nec ſcriptura diplomatum ſemper ex ſcriptura ueterum librorum aeſtimari debet, quae diuerſa fuit ac uaria. Specimen ſcripturae Carolinae dedimus in tab. I, ex *Mabillon.* et *Schannati* uindiciis quorundam archiui Fuldenſis diplomatum, tab. IIII. Plura in hanc rem exempla, multaque ſingulorum temporum alphabeta congeſſerunt *Mabillonius* in opere diplomatico, *auctor chronici Gotwicenſis*, *Papebroch.* in propylaeo antiquario P. I de diplomatibus diſcernendis in t. II April. actor. Sanct. *Hueber* in Auſtria ex archiuo Mellicenſi illuſtrata ſcripturae documenta ſaec. XII et ſeq. repraeſentat. *Scheuchzerus* et *Lochmannus* alphabeta ex diplomatibus et codicibus Thuricenſibus deprompſere. *Dauid Caſley* in catalogo hiſtorico-critico bibliothecae regiae Londin. inde a ſaeculo VIII ſcripturae ſpecimina ſuppeditauit. add. *Baringii* clauis diplom.

3. de ſimilitudine, quam ſcripturae curiales inter ſe ſeruant.

4. Tab. I.

Varia ſcripturae ſpecimina.

§. XV.

Vitioſa ſcribendi ratio.

Nunc grammaticam ſcribendi rationem uideamus. Latine chartas Carolidae ſcripſerunt, (§. XIII) ſed barbare. Tantum igitur abeſt, ut ſtilus barbarus, legum Grammatices contemtor, tabulis

tabulis Carolinis turpium natalium notam inurat, ut earum ueritatem firmet antiquitatemque. Teſtes excito formulas uetuſtas *Marculphi* atque alias, quae ſua ſibi rudi Minerua perinde ac diplomata fidem quaſi conciliant. Satius certe fuiſſet, ſi, quicumque chartas typis exſcribendas tradiderint, labem ſermonis non abſterſiſſent. Vitiorum huiusmodi uarias cauſſas prodidit *Mabill.* l. II rei dipl. c. I, ſupplem. c. 3. Tribuenda ſunt ſaeculo parum polito et imperitiae notariorum, qui formulas corrupti ſermonis uel affectabant ipſi uel facile probabant, immo, ut ab omnibus intelligerentur, probare neceſſe habebant. Ecquam memorabimus orthographiam? Iam aureo latinitatis tempore regulae recte ſcribendi negligebantur, aut certe uariabant, teſte *Suetonio* in Octauio c. 88. Sed inclinata lingua Romana naeui orthographiae usque eo augebantur, ut Carolus M. in capit. a. 805 ſancire cogeretur, ne ſcribae uitioſe ſcriberent. Notariorum peccata ſaepius uel delendo uel omiſſa ſuper lineam addendo emendabantur. *At litura*, inquit *Mabill.* c. I. §. 10, *non raro uſi ſunt temerarii quidam interpolatores, quo diplomatis authentici aut uerba aut notas chronologicas non capientes, pro recta lectione inſanam ſuffecerunt. Hoc facinus neſcio quis commiſit in pluribus Lotharii Imperatoris authenticis literis pro monaſterio Dionyſiano, in quibus eius imperii characteres temere uitiati ſunt ſcriptura recentiori ac minime fucata.* Sed progrediamur ad obſeruationes ſingulares. Literae in primis cognatae facile inter ſe commutantur. Sic legitur Hildebaldus et Hildeboldus, *ordenare* pro ordinare, *euindecata* pro euindicata, *habiant* pro habeant, *iobemus* pro iubemus, *cognuſcat* pro cognoſcat, *baſſus* pro uaſſus.

2. Orthographia deprauata.

3. Commutatio literarum.

Diphthongus AE ſeparatis literis, non in unam *e* conflatis, ſaepius *e* ſimplici ſcripta reperitur. Id iam animaduertit *Conring.* in cenſura diplom. Lindau. c. 17. At in codicibus æ coniuncta haud raro occurrit. Interdum perperam adhibetur, ut in *aecclesia, praesbyter, aelemoſyna.*

4. De diphthongo AE.

Litera H nominibus propriis, quae praeſertim ab L et R incipiunt, praemittitur, ueluti *Hludouuicus, Hlotharius, Hrabanus. Walafrid. Strabo* c. 7 de rep. eccl. hanc literam putauit ſignificare *herr*, dominum, herum; ſed oppido fallitur. Franci enim,

5. De litera H.

aſperiore uocum ſono delectati, eas alto plenoque ſpiritu efferebant; itaque legimus etiam *Childebertus*, *Chlotharius*. Abundant H ſaepius uocabula *habundare*, *hoſtium*, *perhennare*, *monaſthirius*, deeſt aliquando in *actenus*, *ypotheca*, *caracter*.

6. De litera I. Nusquam punctum literae *i* imponitur. Saeculo XIII accentum acutum, ſaeculo autem XV punctum, quod adhuc ſibi uindicat, accepit. In fine uocis, cum aliud praeſertim i praecedit, longius deducitur j. Eiicitur nonnumquam e uerbis *eicit*, *reicit*, itemque ex *domno*, pro domino ſcripto.

7. De literis R et S. Literae R et S eamdem fere figuram in minuto charactere multarum tabularum referunt; litera tamen S in quauis uocis regione interdum altius ſurgit.

8. De litera V. Forma *u* quadrata uocalem et conſonantem indicat. Literam vv duo *u* quadrata effingunt; tempore enim Carolino nondum ſe amplectuntur. Tria *u* nonnumquam cumulantur, ut in nomine Hludouuuicus. Hinc *Otfridus* monachus: *huius enim linguae*, inquit, *barbaries, ut eſt inculta et indiſciplinabilis, ſic etiam propter literarum aut congeriem aut incognitam ſonoritatem difficilis. Nam interdum tria uuu, ut puto, quaerit ſono; priores duo conſonantes, ut mihi uidetur, tertio uocali ſono manente.*

9. De litera Y. Litera y frequenter cum puncto in medio, aliquando cum ſingulis punctis in utroque apice notatis, aliquando ſine ullo puncto occurrit.

§. XVI.

Plura ſpecimina impurae dictionis. Nullum orationis exitum inuenirem, ſi, quidquid in uocabulis flectendis et coniungendis erratum eſt, arguere uellem. Tam parui Grammatices auctoritatem pendebant notarii. Non amplius frontem contraho, quando caſus ſibi non reſpondent, quando praepoſitiones *ad*, *per*, *ante*, ablatiuus, ac uiciſſim particulam *cum* accuſatiuus comitatur, quando in uerba *oſtendedit*, *reſededit*, *conſentiuit*, tamquam in ſentes incido. Quis inter ſcribas Ciceronem quaerat? Repudiarem diploma Carolinum, ornatu haud opportuno indutum. Neque operam perdiderit, qui linguam diplomaticam omnium ſaeculorum ac regnorum data induſtria docere non grauabitur. Iuridice de mala Grammatica *Ludouici* diſſeruit.

§. XVII.

§. XVII.

Notae numerorum uel Romanae sunt uel Arabicae, quas cifras dicunt. Has diplomata uetustiora non ostendunt. *Papebroch.* in propyl. P. II n. 19 earum usum ante bella sacra obscurum fuisse Europaeis arbitratur. Antiquior *Tenzelio* uidetur in colloquiis a. 1693 mens. Iun. p. 449 sq. Iam *Leonardus* Pisanus illas cifras Indicas appellauit in arithmetica sua nondum typis diuulgata. *Murator.* t. V antiq. p. 22. conf. *Weidleri* diss. de characteribus numerorum uulgarium et eorum aetate. Romanis igitur notis Carolingi computabant, de quibus largius agit *Mabill.* l. II c. 28 §. 10 sq. Huc nonnihil ex §. 12 repetere liceat. *Magnopere uitanda est*, ait, *confusio in numeris II, V, VI, et XI, quales efformantur in uetustis MSS. et diplomatibus. Nam II ita exprimuntur, ut primum I quandoque in modum l assurgat, sed cum hoc tamen discrimine, quod litera seu numerus I crassior sit in summo et recta descendat paullo infra pedem infimum aliarum litterarum: at littera L longiuscula tantisper inflectatur post medium et ad instar C molliter incuruetur. Similis error commissus est in numeris V et VI, ubi u quadratum nonnumquam ab imperitis redditum est pro VI et contra G pro V, quod tamen VI significat. Egregie uero falluntur, qui u quadratum in numeris apud ueteres haud usitatum fuisse putant, sed solum V cuspidatum. In ueterrima quippe collectione conciliorum, quae apud nos seruatur, ante annos mille et centum manu exarata, eiusmodi litterae u quadratae saepius reperiuntur. Ex ea item didici ualorem numeri G, quo sex significari modo obseruabam.* uid. *Schvvarzii* diss. de antiqua numeri senarii nota ὀπισημον dicta.

De notis numerorum.

De episemo.

§. XVIII.

Antiqua diplomata uno quasi nexu, nullis distinctionis signis interpositis, cohaerent. Qui tabulas transcripserunt, uarias notas adsperserunt, quarum arbitrium rectius forte lectori relictum fuisset. Carolus M. equidem Alcuini et Paulli Warnefridi ope codices interpunctionibus illustrandos curauit; eas tamen chartae aliquanto serius receperunt. *Mabill.* L. I c. XI §. 15. *Chron. Gotvvic.* t. I, l. I §. 6.

Diplomata uetusta interpunctionibus carent.

§. XVIIII.

Notae Tyronis adhibentur.

Compendia ſcribendi ſiue notas Tyronis codices pariter ac codicilli adhibuere. Vnde difficilior lectio, error multiplex. Explicandis iis laudabilem operam impendit *Baring.* in claue diplom. quem alii, quibus ſcrinia principum perſcrutari licet, ut imitentur, optandum eſt. Auctores praecipuos, qui de notis ſcripſerunt, obſeruationibus illuſtrauit *Lindenbrogius.* Add. qui de ſiglis et notis diſputationes ediderunt *Cyprianus*, *Linck*, *Leubſcher.*

§. XX.

De monogrammate.

Iam monogramma oculos ad ſe allicit, quod eſt ſignum uocum literas non naturali, ſed uario ordine compoſitas exhibens. Non autem chartis tantum, ſed et monetis, picturis &c. notum eſt. *Hraban. Maurus* de inuent. lingu. et not. antiq. haec tradit: *literae monogrammae ſcriptae nonnullis in locis inueniuntur, ubi pictura cum muſeo in pariete imaginis aut in uelis uel alicubi aliter facta fuerit, unum characterem pictores facere ſoliti ſunt, quod monogramma dicitur.* Huius generis ſpecimina ſiſtunt *Alemann.* in parietinis Lateran. et *Ciampin.* in ueter. monum. Nos ea dumtaxat intuemur, quibus reges in ſubſcribendo uſi ſunt. Tale monogramma etiam character nominis, manus propriae, nota, manus, perſaepe ſignum uocatur. Antiquioribus enim temporibus inter uocem ſignum et regis nomen crux pingebatur, quam καὶ ἐξοχὴν ſignum dictam manus principis exprimebat; cancellarius addebat cetera. uid. *Wilduogelii* diſſ. de uenerabili ſigno crucis. At reges ipſos ſemper characteres nominis appoſuiſſe, affirmare non audeo. Pinxerint aliquos notarii, haudquaquam uero pro lubitu, quippe quos inſignem ueri diplomatis notam euertere uoluiſſe cenſeat nemo. Impreſſerint etiam typarium, quod monogramma principis referebat. Ac licet non omnia ſigna ex omni parte inter ſe conſentiant, nec charta protinus ob characteris anomalian damnanda uideatur: ſignacula tamen libellorum ingentiorum maximam inter ſe habere ſimilitudinem comperimus.

An rex ipſe monogramma ſemper conſignauerit?

Signum

Signum uero crucis occaſionem monogrammata cruciformia fingendi ſuppeditauit. Iam ante Carolum M. huiusmodi characteres exhibentur; hic uero uſum eorum perpetuum in diplomata regia induxit, atque ipſe perinde ac ſequentes Caroli ſuae ſtirpis et Arnolphus ad crucis figuram nomina ſua expreſſere; reliqui Carolidae quadrata monogrammata excogitarunt. Omnia tamen Carolingica ſunt nominalia, quia nullas literas, niſi, quae ad nomen ſcribendum neceſſariae ſint, referunt. Poſthaec Otto II titulum Imperatoris auguſti addidit, unde titularia orta. Monogramma in chartis Carolinis a Carolo M. usque ad caluum poſt uocem ſigni deſcribitur; in ſequentibus nomen proprium, rarius uocabulum domini, excipit. Ceterum non eſt, quod plura moneamus. Singulorum enim Imperatorum et regum Germanorum monogrammata infra ſpeciatim perluſtrare conſtituimus, ac praeterea nobis otia fecit *Baudis.* in diſſ. II de praeparatione ad analyſin et de analyſi ipſa monogrammatum Imperatorum et regum Germ. qui hanc diplomatices partem artis habitu donauit, cuiusque egregiam induſtriam hic commendare, quam repetere, maluimus, nonnihil loco, quo decet, addituri. 3. Varia monogrammatum genera.

§. XXI.

Sigillum inter diplomatum externa maxime eminet. Materiae durabili impreſſum maioris roboris cauſſa chartae uel infigitur uel appenditur; hinc ipſae chartae interdum ſigilla, quemadmodum bullae ab appenſis bullis, dicuntur. Exprimuntur uero ſigilla uel cera uel auro uel argento uel plumbo. Reges Merouingi et Carolingi ceram, potiſſimum albam, adhibuerunt, teſte *Miramontio* de cancellaria Franciae, ipſisque reliquiis ſigillorum id confirmantibus; interdum rubricatam, quae ſequenti tempori magis arridebat. *Heinecc.* de ſigillis p. I c. VI §. 3 lutei coloris ceram primam electam fuiſſe arbitratur, quae aliis diuturnitate temporis, qua et aridior reddi ſolet duriorque, ex alba in flauam mutata uidetur. Figuram ſigilla noſtra tenent oualem; orbicularem antiquiora. Effigiem regis thorocatam, ad ſiniſtrum latus conuerſam oſtendunt, et barba et lauro decoratam, cum inſcriptione: ✝ XPE *protege* uel *adiuua regem* uel *imp.* Auerſae parti De ſigillis. 2. Eorum materia; 3. forma;

4. modus affigendi. parti nihil impreſſum. Sigilla chartis, ut *Mabill.* rem declarat, ita affixa cernuntur, ut poſt cancellarii aut referendarii nomen, exceptis paucis, charta in crucis modum inciſa et quatuor inciſurae angulis reuulſis, appoſita ſit utrimque cera per fiſſurae ſpatium in unam coagmentata; tum in antica parte impreſſa anuli effigies, quam cancellarius ſigno ſuo in orbem uariis notis et ſinuoſis anfractibus circumdat. Intrinſecus ſigillum limbo quodam cereo cingitur, ut inſcriptio muniatur, quem limbum tabulae aeneae plerumque praetermittunt. Ex hac ſigilli affigendi ratione intelligi poteſt, cur falſa diplomata interdum ueris ſigillis ſplendeſcant. Haec enim a parte laeua facile reſecari, aliisque chartis adiungi poterant, quod monet *Innocent.* III c. 5 X de fide inſtrum. Nec ſigilla aurea et plumbea (de argenteis nondum conſtat) Carolingis incognita erant, quae bullae uocabantur. Nam *Petrus Diac.* in chron. Caſin. l. IV c. 109 Lothario Imperatori *praecepta Imperatorum Caroli, Ludoici, Vgonis, Lotharii, Berengarii, Alberti, trium Ottonum, quinque Henricorum et Conradi, quae Caſinenſi monaſterio fecerant, cera, plumbo, aureisque ſigillis ſignata*, exhibita fuiſſe tradit. Specimina quaedam infra in conſpectum proferemus. Bullae uero, haud ſecus ac poſtea ſigilla cerea, e tabulis pendebant, uel uinculis membraneis, uel funiculis ſericeis lineisue adnexae. uid. *Thulemarii* opuſcula de bullis. *Murator* t. III antiq. diſſ. 35 de ſigillis medii aeui. Duces et comites ſub Carolingis tantummodo ſubſcriptione, non autem ſigillis uſi dicuntur. conf. *Hoepingk.* de ſigillorum iure. *Boehmer.* de iure et auctoritate ſigilli authentici.

5. de bullis

§. XXII.

Introſpiciamus diplomatum interna. Vel plurium praeceptorum communes formulas, uel ſingulorum propria argumenta continent. Strictim hic chartarum primaria capita tractabimus, fuſius poſtea. Vt a Deo inſtrumentorum primordia caperentur, principes quidam chriſtiani legibus ſanxerunt, eumque morem ipſi ſeruarunt. conf. *Struvii* diſſ. de inuocatione nominis diuini. Sed a regibus Francorum primae ſtirpis poſthabebatur, nec Carolus M. niſi rarius eiusdem memor erat; filius uero Ludoui-

Formula inſtialis abſoluitur inuocatione nominis diuini.

Ludouicus nepotesque, et alii reges Germanorum diuina auſpicia haud pratermiſere. Vota uel ad Seruatorem noſtrum, uel ad SS. Trinitatem, uerbis uario modo conceptis, direxerunt, donec Carolus caluus conſtantem hanc precationem: *In nomine ſanctae et individuae trinitatis*, aliquot ſaeculorum uſu comprobatam, inſtituerit.

§. XXIII.

Precandi ritum excipit nomen et titulus imperatoris uel regis. Nomini pronomen *ego* aut *nos*, quae noſtrorum temporum conſuetudo eſt, non praemittitur. Formula: *Dei gratia*, quam hodie principibus perpetuam eſſe nouimus, multum uariabatur. Sic legas: *diuina fauente, largiente, propitiante clementia, ordinante, adiuuante prouidentia.* Neque uero ſumma principatus iura iſthac phraſi oſtentare contendebant, quandoquidem et alii multo inferioribus dignitatibus praediti pietatis cauſſa eadem utebantur. *Geisler.* diſſ. de titulo: nos Dei gratia. *Tileſii* diſſ. de ſenſu tituli: nos Dei gratia. *Pfeffinger.* ad Vitriar. t. I p. 395. Solo regis aut imperatoris auguſti titulo contenti erant, qui inter Germanos ſumma rerum potiebantur, nec terras, nec populos ſubactos, quos moderabantur, ſolicite enumerabant. Fugiunt tabulas noſtras *Caeſares, reges Romanorum*, rarius prodeunt *ſemper auguſti. Reuſch.* de imperatoris titulo diſſ. III.

Nomen et titulus regis.

2. formula: *Dei gratia.*

3. Titulus non enarrat terras populosque.

§. XXIIII.

Titulis interdum ſubiungitur promulgatio, qua, quidquid negotii geſtum eſt, iis, quibus ſcire conuenit, denunciatur, etſi poſt prooemium plerumque legatur, aut iam antea ailata repetatur. Spectat uero uel generatim ad omnes: *omnibus fidelibus noſtris tam praeſentibus quam et futuris*; ſolenni ſaepiſſime formula, eaque honorifica adhibita: *igitur cognoſcat, comperiat magnitudo, ſolertia, induſtria ueſtra*; uel ſinguli ordines nominatim certiores fiunt: *omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus &c. notum ſit.* Haec uero, pro uariis munerum publicorum, terrarum, chartarumque conditionibus, uaria ſunt.

Formulae promulgationis.

§. XXV.

§. XXV.

Prooemia plerumque a pio et utili dicuntur.

Prooemium uel e locis communibus ducitur, uel ipſius chartae argumentis reſpondet. Cum ſuperior aetas ſibi perſuaſiſſet, ſcelerum labem piis donationibus tamquam certiſſimo remedio elui, aeternamque ſalutem a Deo, ſanctiſſimo licet et iuſtiſſimo, poſſe dato aliquo pretio comparari, aut certe caelites aliquos permulceri: reges etiam et imperatores eccleſias profuſae liberalitatis documentis cumulabant, qua incitati fuerint cauſſa, in exordio declarantes: *Quidquid enim locis uenerabilibus, Deo dicatis &c. concedimus*, aut *ſi petitionibus ſacerdotum iuſtis et rationabilibus aurem accommodamus, aeternae remunerationis praemium nobis rependi confidimus.* Quas phraſes infinitis modis uariarunt notarii. *Muratorius* in rem praeſentem ita diſſerit t. Vantiq. p. 630: *Et ſane iniuſte non agam*, inquit, *cum maioribus noſtris, ſi dixero, tum perſuaſionibus, tum terroribus atque conſiliis egiſſe eius temporis monachos, ut a piis hominibus, quaecumque poſſent, emungerent, aſſerendo, non ſolum omnium operum Deo gratiſſimum eſſe ſaeculo renuntiare et monaſticam induere ueſtem. Quodſi id minime aſſequebantur, ſaltem perſuadebant, nullum eſſe melius inter eleemoſynarum uirtutes, quam ſi de propriis ſubſtantiis in monaſterium concederetur.* add. eiusd. t. V diſſ. 68 de redemtione peccatorum, unde olim locis Deo dicatis multa oblata fuere et de indulgentiarum origine; diſſ. 58 de chriſtianorum ueneratione erga ſanctos poſt declinationem Romani imperii; diſſ. 59 de ſuperſtitionum ſemine in obſcuris Italiae ſaeculis. uid. §. LII, 29. Alia exordiorum argumenta ab utili, iuſto, aequo, decenti petuntur.

§. XXVI.

Appellantur, qui petunt et interueniunt.

Deinde occaſio inſtrumenti conficiendi enarratur, formulae promulgationis ſubiecta particula: *qualiter, quia* &c. Nominantur perſonae, quae negotio interuenerunt ac deprecati ſunt ſiue *ambaſciauerunt*. Si chartae quaedam ueteres confirmandae exhibebantur, legitur: *obtulit obtutibus noſtris inſtrumenta.* Iam initio apparet, qua ratione reges et imperatores tam de ſe, quam de aliis loquantur. *Adiiſſe* aliquem *celſitudinem* uel *clementiam* ſuam ſignificant. Elogia quoque ſibi tribuunt *ſerenitatis, praecellentiae, excellentiae, gloriae, magnificentiae, culminis*, rarius *maieſtatis*. In

2. Varia de ſtilo curiae ratione titulorum annotantur.

reliqua

reliqua oratione plurali numero utuntur. Vxores dicunt *reginas, dilectiſſimas, conſortes imperii.* Patres aliosque ſanguine iunctos, qui uita exceſſerunt, *bonae, diuae memoriae, recordationis* praedicant. Epiſcopis et abbatibus *uenerabilium* laudem impertiunt. Duces et comites *illuſtres* compellant. *Principis* titulus ante Henricum aucupem incognitus. *Nobiles* haud frequentes occurrunt, qui optimates regni erant; at labente aeuo quilibet fere ingenuus hunc titulum uſurpauit. *Fidelium* numero reliqui, interdum omnes, habentur. Multos deficit honorifica compellatio.

§. XXVII.

Vno nomine tantum appellantur ii, quorum huius aetatis diplomata mentionem faciunt. Itaque multis difficultatibus res Genealogica impeditur, ſi quando plures uno nomine notantur. Cognomina uero ſub finem ſaeculi X nata ſunt, aut ſaltem ſaeculo XI ineunte, quod obſeruat *Mabill.* l. II c. 7. add. *Murator.* t. III antiq. diſſ. 41 de nominibus et agnominibus antiquorum et diſſ. 42 de cognominum origine. Arceſſebantur a patris nomine, a patria, ab habitationis loco, a dignitatibus, ab artibus. At agnomina nec Carolinis temporibus obſcura erant. Cui ignotus fuerit Alcuinus Albinus, Walafridus Strabo, Rabanus Maurus? Agnomina poſthaec ſaepius in cognomina tranſiere. Cognomina nondum recepta.

§. XXVIII.

Quod ad alia uocabula attinet, eorum uariam fortunam diplomata docent potiſſimum. *Cangii* ſtudium, quod in his rebus collocauit, ſatis notum eſt; multa tamen iam addita ſunt, plura adhuc addi poſſunt, atque a Germano praeſertim emendari. Gloſſarium *Schilteri* etiam atque etiam commendandum eſt. *Mabill.* l. II c. 7 rem exemplis quibusdam declarauit: *Seniores* dicuntur nonnumquam reges i. e. domini. *Seniores eccleſiae* paſſim appellantur cathedrales; monaſticae uero *ſeniores baſilicae.* Frequens eſt *eccleſiae* et *baſilicae* mentio uetuſtis in chartis; *templi* rarior, ſaltem ſub prima et ſecunda ſtirpe, immo ſub initium tertiae; tametſi apud auctores haec uox promiſcue uſurpatur. *Diui* nomen ad ſanctum deſignandum nusquam reperio, ſiue in diplo- Singularium uocabulorum fortuna.

matibus ſeu in uetuſtis auctoribus chriſtianis. *Domni* uocabulum non tantum abbatibus et monachis, ſed etiam Romanis pontificibus ac regibus, immo et ſanctis tribuebatur ſub Meroueadis et Carlouingis, quo tempore *pagus* uix, aut ne uix quidem in uetuſtis inſtrumentis ſumitur pro uico aut uilla, ſed pro ciuitate agroque circumpoſito ac pro regione et tractu, neque *caſtrum* pro arce ſeu aede cuiuscumque nobilis, ſed pro opido munito et urbe. *Manſus* pro uilla ſeu fundo coloni, *meſſa* apud Italos. *Manſio* pro domo ſeu familia. *Miles* pro nobili paſſim. *Coepiſcopi* aliquando pro chorepiſcopis. *Conſul* pro comite ſaec. praeſertim X et XI. *Caſa* pro monaſterio, praecipue ſub Meroueadis, unde *Caſa Dei*. *Monaſterium* pro quacumque eccleſia, etiam cathedrali aliquando. *Coenobium* rariſſime de alio quam de monaſterio monachorum et monacharum. Denique *fundare* eccleſiam ſeu monaſterium dicuntur etiam ii, qui inſtaurant, aut maxime augent. Haec *Mabillonius*. Addamus alia. *Signum*, non ſigillum, ſed crucem ſignificat aut monogramma. *Camera noſtra* ſeu *curia noſtra* ante Ottonem I in tabulis ſanis non legi cenſetur; ſaltem camera non deſignabit fiſcum regium, nec curia, niſi rarius, conuentum ſolennem; haud frequentior *bannus* pro excommunicatione. *Subaduocati* aeuo Carolidarum obſcuri. *Ingenium* pro dolo, inde inganno Italicum. *Dictum* pro iure. *Oracula* pro decretis, praeceptis regum. *Teſtamentum* pro quouis inſtrumento. *Honor* pro *beneficio*, quod ſaepius feudum ſignificat. *Feudi* uocabulum codicillos Carolinorum fugit. *Dominare* eſt tenere, poſſidere. *Patrocinia* pro reliquiis ſanctorum. *Seu* pro *et*, *uel*.

§. XXVIIII.

Formulae gratificationis.

Reuertamur ad chartarum contextum. Documenti occaſione, precumque interuenientium ſumma expoſita, illis rex gratificatur: *cuius deprecationi, petitioni, adſenſum praebuimus et hos noſtros apices imperiales fieri iuſſimus, praecipientes ergo* &c. uel: *cuius petitioni aſſentientes, hoc praeceptum fieri iuſſimus*, uel: *cuius petitionem propter reuerentiam loci, merita, denegare noluimus, ſed conceſſiſſe cognoſcite*. Tum conceſſionis, confirmationis aut immunitatis capita diſtincte recenſentur, uel ſi in petitione aut in uetuſtioribus chartis iam contineantur, illa rata eſſe iubentur.

§ XXX.

§. XXX.

Tritiſſimum tabularum argumentum in praeclaris eccleſiarum iuribus muniendis poſitum eſt. (§. VI) *Murator.* t. V antiq. diſſ. 67 de modis, quibus olim eccleſiae, epiſcopi, canonici, monaſteria atque aliae huiusmodi uniuerſitates ſacrae terrenis opibus et commodis auctae ſunt. Aequitas nimirum ipſa poſtulauit, ut ſua operariis ſacris merces tribueretur; ad liberalitatem excitauit multos miſericordia, alios religio, ſuperſtitio, externus eccleſiarum cultus; hinc ad luminaria concinnanda tot ſpectant chartarum inſtrumenta. Aerarium eccleſiaſticum inſigniter creuit, cum homines ampliſſimarum fortunarum ſaeculum eiurantes opes ſuas eccleſiis tradiderunt, quae deinceps praedia emtionis titulo facile ſibi compararunt. Praeterea ut laici priuilegiorum eccleſiarum participes fierent, ab his ſua ipſorum bona precariae, cenſus, aut alio beneficiario aut fructuario iure receperunt; ut taceamus opimas hereditates et legata, quibus inhiarunt coenobia. Atque his negotiis priuatim geſtis regiam auctoritatem ſaepiſſime conciliare ſtudebat clerus.

Argumentum plurimorum diplomatum munificentiam in eccleſias continet. Quibus modis eccleſiae acquiſierint?

§. XXXI.

Fundi, quos charta tradit, accurate definiuntur. Pagus enim et uilla et locus, quo ſiti ſunt, nominantur. Omnes acceſſiones ſiue appendiciae particulatim enumerantur: *cum terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, uineis, ſilnis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, adiunctis, adiacentiis, appendiciis, peculio utriusque ſexus, mobilibus et immobilibus* &c. Verum uix dici poteſt, quam uaria haec formula reperiatur. Inueſtitura tabulis noſtris peregrina non eſt, ſed per ſymbola eam rarius impertiunt.

Praedia accurate deſcribuntur, cum omnibus appendiciis.

§. XXXII.

Traditiones uero ſub uariis modis clauſulisque, pro uaria tradentium largitate, fieri conſueuerunt. Ius plenum ſic transfertur: *de noſtro iure in ius ac poteſtatem ſeu dominationem illius ſolenni more transferimus. Absque alicuius inquietudine et contrarietate ſeu contradictione, repetitione, minoratione. Vt nullus calumniam generare*

Traditionum clauſulae.

praeſumat. Interdum nexus clientelaris diſſoluitur: *ex rebus iuris noſtri, quas ipſe iure beneficiario detinet, ad proprium concedimus. Quod ille in beneficio per noſtram largitatem habebat, iure proprietario concedimus.* Libera diſpoſitio ſpeciatim permittitur: *liberam habeat poteſtatem faciendi quidquid uoluerit, donandi, uendendi, heredibus relinquendi.* Vox *uidetur*, propoſitionibus certiſſimis paſſim adiecta, natiuam ſignificationem retinet: *quidquid habere, poſſidere uidetur, uiſus eſt, quidquid ad locum adſpicere uidetur; ubi ſanctus corpore requieſcere uidetur*, interdum *dignoſcitur.*

§. XXXIII.

Clauſula exemtionis de poteſtate iudiciaria; Cum eccleſiae et monaſteria ex poteſtate ducum comitumue eximuntur, haec ſolennis formula adhibetur: *ut nullus quilibet ex iudiciaria poteſtate ad cauſas audiendas uel freda exigenda aut manſiones uel paratas faciendas aut fideiuſſores tollendos aut homines ipſius monaſterii diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas noſtris et futuris temporibus ingredi audeat.* (uid. infr. § LIII, 11)

2. mundiburdii; Nonnulla ſacra collegia in mundiburdium h. e. tutelam et defenſionem rex recipit, (uid. *Leyſeri* obſeruationes diplomatico-hiſtoricae de mundiburdio) illisque haud exiguam poteſtatem relinquit, ita tamen, ut rebus ſeruandis augendisque proſpiciatur: *Quidquid iure eccleſiaſtico rectores et miniſtri eiusdem coenobii facere uoluerint, liberam in omnibus habeant poteſtatem Vt nullus exinde aliquid abſtrahere aut in beneficio dare praeſumat. Quidquid in praeſens iuſte et rationabiliter ad locum iſtum pertinet, uel in poſterum a Deo timentibus hominibus ad ipſa loca traditum fuerit uel delegatum, proficiat in augmentis. Quidquid poſſident aut adhuc ex munere regum uel collata populi ſeu de comparato aut de quolibet attracto addetur &c.*

3. conceſſi fiſci. Saepius emolumenta fiſci locis ſacris conceduntur: *quidquid de rebus praefati monaſterii fiſcus ſperare poterat, totum nos pro aeterna remuneratione praefato monaſterio concedimus, ut in alimonia pauperum et ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium perpetuo proficiat in augmentum. Muratori* t. I antiq. diſſ 17 de fiſco et camera regum, epiſcoporum &c.

4. abbatis eligendi. Rex denique frequenter abbatis eligendi libertatem monachis permittit: *per hanc noſtram auctoritatem et conſenſum licentiam habeant eligendi abbates.*

§. XXXIIII.

Pro tot tantisque beneficiis reges ſibi plerumque preces ad Deum effundendas ſtipulantur: *quatenus eos pro nobis melius delectet exorare. Quatenus eis melius delectet pro nobis uxoreque noſtra ac liberis, pro animabus parentum, pro ſtabilitate regni noſtri, pro cuncto populo noſtro, attentius exorare, deprecari.* Preces pro beneficiis poſtulantur,

§. XXXV.

Nihil uero reliqui fecerunt imperatores et reges, ut tabulas ſuas perpetuo robore munirent. Quamobrem uarias inhibitiones, comminationes, imprecationes, poenas ſubiecere; quamquam imprecationes chartis Carolinis familiares non ſint; poenae praecipue pecunia luuntur, quarum dimidia pars palatio ſiue fiſco regis, altera laeſo exſoluenda. Clauſulae corroborandi uariae;

§. XXXVI.

Extrema denique roborandi formula commemorat, regem *auctoritatem ſcribi noluiſſe, manu ſua ſubter firmaſſe et anulo ſignari iuſſiſſe.* Non autem ſemper tam plene effertur. Scriptionis ſaepius nulla fit mentio; aliquando ſola ſubſcriptio memoratur, tametſi ſigillum apponatur; aliquando ſubſcriptio deſideratur, anulo impreſſo, ut in tractoriis, confirmationibus commutationum, placitis quibusdam. *Sigilli* uox non adhibetur, ſed anuli duntaxat et bullae, cuius rei rationem *Mabill.* l. II c. X §. 5 inde repetit, quod, cum ad anuli ſigillaris modum conformatae eſſent primum diplomaticae regum effigies, immo fortaſſe anulis ipſis exprimerentur, mos obtinuit, ut anuli mentio in diplomatibus paſſim recepta eſſet. Sed cum ſubinde icones maiores fierent, relicto anuli nomine inuecta eſt ſigilli appellatio. Subſcriptionis et ſubſignationis,

§. XXXVII.

Toto diplomate pertexto, rex ſubſcribit h. e. monogrammatis lineamenta ducit. Formula enim, quae maiuſculis literis apponitur: *Signum* e c. *Caroli glorioſiſſimi regis uel ſereniſſimi Imperatoris* a notario ſcribebatur. *Ludewig.* in diſſ. de nexu ſcripturae et Subſcriptio regis.

ſubſcriptoris c IIII §. 6 not. 133 ſe obſeruaſſe ait, licet rarius, iuxta monogramma conſpici nunc literulas, nunc punctorum ſeriem, aut orbem, nunc crucem, nunc alia ſatis appoſita imperite. Quod facilius tribuerit principi, quam nodoſum monogramma.

§. XXXVIII.

Subſcriptio archicancellarii.

Infra Regem ſubſcribit archicancellarius, aut, his maxime temporibus, ad uicem eius notarius. Maiuſculis utuntur literis, praemiſſo interdum chriſmo, de quo §. XII. Vltimam uocem *ſubſcripſit* non integris literis conſignant, ſed chaos literarum aut notarum Tyronis effingunt. *Mabillonio* l. II c. XI §. 7 quidam communibus literis ſcripſiſſe uiſi ſunt, ſed lectu adeo difficilibus, ut uix eruerit haec uerba: *bene ualeat*, aliis *ualeas* ſeu *uale*. *Chron. Gotwic.* p. 99 coniectat, ſubſcribentis nomen proprium, regium monogramma affectantis, huiusmodi ſigno innexum fuiſſe.

2. Eius de officio ac uariis nominibus diſſeritur.

Iam ſub Carolingis Archicapellano munus archicancellarii deferri coeptum eſt; ſed *Mabill.* c. l. notauit, archicapellani nomine cancellarium nullum tabulis regiis et imperatoriis ante Carolomannum Italiae regem ſubſcripſiſſe. In capella regia documenta recondebantur, quae ideo cancellaria dicebatur. Facili igitur negotio capellani cancellariorum dignitatem adipiſci poterant, cum praeſertim ſoli fere literarum periti eſſent clerici. Archicancellarii appellantur etiam Notarii ſummi, Archinotarii, referendarii, illisque plures erant notarii uicarii. Ab his *ſecundi ſcrinii notarii* haud diuerſi uidentur *du Cheſne.* in hiſt. cancellar. p. 89. *Hincmar.* de ord. et offic. palat. §. 16: *apocriſiarius*, inquit, *quem noſtrates capellanum uel palatii cuſtodem appellant, omnem clerum palatii ſub cura et diſpoſitione ſua regebat, cui ſociabatur ſummus cancellarius, qui a ſecretis olim appellabatur. Erantque illi ſubiecti prudentes et intelligentes ac fideles uiri, qui praecepta regia abſque immoderata cupiditatis uenalitate ſcriberent et ſecreta illis fideliter cuſtodirent.* Regem plures archicancellarios ſimul habuiſſe, e codicillis abunde conſtat.

3. Plures huic muneri ſimul praeficiebantur.

Hoc namque munus nondum ſedibus epiſcoporum, ac ne epiſcoporum quidem perſonis, perpetuo inhaerebat, ſed aliis alio tempore uel loco committebatur. Abſente cancellario, ſigilli curam comes palatii ſuſtinuiſſe dicitur. *Baluz.* t. II cap. p. 265. conf. *Ludewig.*

Ludewig. Erläuterung der guldnen Bulle p. II p. 576 ſq. *Auctor quinquertii cameralis* p. 266. *Mallincrot.* de archicancellariis S. R. Imp. *Boehmeri* de epiſcopo uice-cancellario imperii diſſ. *Goebel.* epiſtola de capellanis imperii et cancellariis.

§. XXXVIIII.

Praeter cancellarium aetate ſuccedente tabulis imperatorum teſtes identidem ſubſcripſerunt, at ſub Carolingis non arceſſebantur; poſtea ob auctam ordinum imperii poteſtatem requiſiti uidentur. Carolus M. teſtamentum ſuum ab epiſcopis, abbatibus, comitibusque, qui tunc praeſentes erant, ſubſcribendo roborandum duxit, tamquam ſanctionem imperii pragmaticam futuram. Alia documenta, quae teſtibus muniuntur, ſtilo curiae imperatoriae non ſunt conſentanea.

Tabulis Carolinis teſtes non accedunt.

§. XL.

In ima charta *datum* ſiue *data* apponitur, h. e. datae chartae dies et locus indicatur. Res ut ſcitu perneceſſaria, ita difficillima. Annos incarnationis domini, ante Caroli craſſi tempora, rarius animaduertimus, recentiori tamen ſtudio interdum annotatos. Indictio triplex cognoſcitur. Conſtantinopolitana ſeu Graeca imperatorum orientis, quae a Kal. Septembr. deducitur; Conſtantiniana, quam a Conſtantini M. principatu uel conſulatu ſic uocant, ſeu Caeſarea Imperatorum Germanorum, ab VIII Kal. Octobr. et Pontificia, quae a Kal. Ianuar. computatur. Indictionis uſum Carolus M. imperator factus in tabulas induxit, eumque poſteri retinuerunt, etſi iam antea quaedam acta conciliorum Galliae indictionem prae ſe ferant. Non uno indictionis genere acquieuerunt notarii, quod poſthaec clarius apparebit. Codicilli regii ignorant fere epactas et concurrentes, quas explicat *Mabill.* l. II c. 24 §. 5. Optimos uero characteres chronicos anni regni uel imperii ſuppeditant, qui iterum in diuerſas epochas abeunt. Nonnumquam menſes aliquot anno, ſaluo numero eius, adduntur uel demuntur. *Papebroch.* propyl p. I § 46. En! exemplum datae: *Data III Id. Ianuar. anno Chriſto propitio I imperii domini Hludouici*

De notis chronicis.

In primis de indictione.

a. Variae regnorum epochae.

uici piiſſimi imperatoris aug. indict. VII. *Linck.* diſſ. de data, et de indictione Romana.

§. XLI.

Datum et actum.

Datum et *actum* tabulae inter ſe diſcernunt. Illud diploma confectum uel traditum, hoc rem transactam decretamque innuere uidetur. Itaque res alio loco agi, alio charta dari potuit. At noſtro quidem iudicio ſatius eſt, datum et actum ad idem tempus, ad eumdemque locum referri, niſi diuerſi dies adiecti ſint, cuiusmodi exemplum expromit *Mabill.* l. II c. 26 §. 10. Quapropter hoc remedium diſtinctionis dati et acti chartis ſanandis cautius adhibendum uidetur. Ceterum actum dato in formula plerumque poſtponitur.

§. XLII.

De palatiis uillis &c. in quibus res acta.

Locus denique indicatur, quo negotium geſtum eſt. Hinc multa in clauſulis diplomatum exploramus palatia, quae *regia*, *imperialia*, ſaepiſſime *publica* uocantur, aut ſaltem uox *publice* additur. Publica autem dicebantur, uel quia negotia publica coram perſonis publicis agebantur, uel quia ad regium fiſcum, qui publicus erat, pertinebant. Multas praeterea uillas offendimus, ciuitates, urbes, curtes, monaſteria &c. ita ut ex tabulis ſimul cum annalibus adhibitis regum et imperatorum itineraria componere poſſis, quandoquidem ſatis notum eſt, eos ante Ludouicum Bauarum non uno loco ſediſſe, uel unam urbem incoluiſſe. Totus liber IIII *Mabill.* de re diplomat. a *Michaele Germano* conſcriptus de palatiis et uillis tractat, plura tamen in formulis ſingularibus patefaciemus.

§. XLIII.

Clauſula poſtrema.

Vt finis initio reſpondeat, diploma pio uoto clauditur, uel rem feliciter peractam eſſe indicatur: *in Dei nomine feliciter amen*, aut uerbis his ſimilibus, omiſſa etiam una interdum alteraue uoce.

§. XLIIII.

§. XLIIII.

Sic intelligimus generatim, quam uaria ad diploma rite conſtruendum requirantur. Si nihil horum deſideratur, ſi nihil perueríe ſcriptum, tabulae pleniſſimum robur habent, plurimamque fidem iudici faciunt. Nam ſi tribunalibus inſtrumenta alia publica, codicillis regiis licet inferiora, quam maxime probantur; cur non et tabulae, e ſummorum principum archiuis depromtae? Hunc locum largius explicant iuriſconſulti in commentariis de fide inſtrumentorum. conf. *Eiſenhard.* de iure diplomatum c. 5. *Waldſchmid.* de probatione per diplomataria diſſ. *Lyncker.* de archiuo imperii. *Koeper.* de ſcripturarum eſſentia et efficacia. *Boehmer.* de ſcripturis non legibilibus. Diplomatum uis probandi.

§. XLV.

Nunc Carolingorum imperatorum ac regum diplomata, Deo duce, opera ſingulari perſcrutabimur. Sed antequam opus aggrediamur, obſeruationum plurimas, quas *Mabill.* in epilogo l. III rei diplom. attulit, inde repetitas uolumus; primam tamen ultimamque conditionem nominatim noſtram facimus: Tranſitio.

Omnibus perſuaſum eſſe debet, me nec omnia huic operi neceſſaria legiſſe, nec obſeruaſſe; ſed multa, quantumuis diligenti, excidiſſe; ideoque ſi quas hic trado regulas, pro communioribus eſſe habendas, non interpretandas ſeuero ac ſummo iure. Quod etiam atque etiam opto et efflagito.

Si quid, quod in aliorum detrimentum aut iniuriam quoquo modo uergat, a me hoc in commentario ſcriptum ſit, id pro indicto haberi uelim, ſalua cuiusque dignitate.

Cap. II.

De diplomatibus Caroli magni.

§. XLVI.

Plurima Caroli M. diplomata carent formula inuocationis diuini nominis;

nonnulla tamen incipiunt: *in nomine patris et filii et Spiritus Sancti.*

IMperatoris huius praeceptis plurimis deeſt diuini nominis inuocatio; idcirco tamen ea non ſunt reiicienda, quae pia quadam precatione incipiunt. Etenim nonnullis in tabulis, iisque praeſertim, quas imperium adeptus Carolus edidit, haec formula frequentior aliis reperitur: *In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti.* Iam ante imperii tempora eadem uſus eſt, teſte documento *Baluz.* T. II Capit. p. 1400, et *Mabillon.* ueter. Analect. p. 293. Rarius literas ita orditur: *In nomine domini Dei omnipotentis patris, filii et Spiritus Sancti.* Exemplum exhibet *Baluz.* T. I Capit, p. 487 in breuiario diuiſionis theſaurorum Karoli M. Imp. quam poſt obitum ſuum obſeruari iuſſit. Interdum Imperatorem hoc modo incoaſſe animaduertimus: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Mabill.* Act. S. Ord. S. Bened. Saec. IV P. I p. 192. Tribuuntur illi quoque haec exordia: *In nomine domini Dei aeterni et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*, in priuilegiorum Treuir. confirmatione, quam profert *Brouuer*, in annal. Treuir. T. I p. 380. Itemque *In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti domini Dei aeterni*, in *Vghell.* Ital. Sacr. T. V p. 704, et: *In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni. Gattula* acceſſion. hiſt. Caſſin. p. 13 et 14; ac denique: *In nomine Domini et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*, in diplomate Bremenſi a *Schaten.* in hiſt. Weſtphal. allato p. 514, ut alia taceamus. At enim huiusmodi Caroli M. chartas ideo, quod principium fallit, licet non damnemus: formulas tamen plerasque alienas eis longo poſt tempore uel praefixiſſe imperitos uel falſa proiſus ſuppoſuiſſe inſtrumenta exiſtimamus. Quocirca, cum tabulae, quas Imperator

2. Aliae formulae rariores ſunt,

immo ſuſpectae.

perator insolitis auspiciis fecit, labem ac uitium aegre possint occultare; ab arbitrio notariorum formularum hanc uarietatem proficisci negamus, eamque potius, aliis accedentibus argumentis, falsi suspicionem monere perspicimus. Quae de diplomatibus adstrictioris significationis iam diximus, ea ad reliqua Caroli M. literarum monimenta, epistolas scil. capitularia, placita, notitias, alia, proferri nolumus; quamquam duae epistolae apud *Baluz.* T. I Capit. p. 413 et 483 deprehenduntur, quarum haud inusitatum est initium: *In nomine patris et filii et Spiritus Sancti.* Capitulare Aquisgranense primum a 789, quod idem *Baluz.* c. l. p. 209 sistit, haec in fronte habet uerba: *Regnante domino nostro Iesu Christo in perpetuum;* et notitiae cuidam traditionis auctoritate Caroli factae apud eumdem T. II p. 1394 praemittitur breue uotum: *In Dei nomine.* In *Vghell.* It. Sacr. T. V p. 1097 his auspiciis utitur placitum missorum: *In nomine patris et filii et Spiritus Sancti, Amen.* Placita plerumque haec primordia capiunt: *Dum in Dei nomine - - - residissem uel residissemus* &c.

3. Varia sunt initia literarum monimentis, a diplomatibus diuersis.

§. XLVII.

Quod ad nomen et honorum titulos, qui sequuntur inuocationem, attinet, iam docuit *Mabillon.* de re dipl. L. II c. 3 §. 7, tria temporum spatia discernenda esse. Vnum a regno Francorum susceptо usque ad Langobardicum, ab anno scil. 768 usque ad a. 774 computandum, quo ita scriptum: *Carolus gratia Dei Rex Francorum uir inluster.* Alterum inde decurrit ad a. 800, eique haec familiaris formula: *Carolus gratia Dei Rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum;* nonnumquam additur: *uir inluster.* Tertium ab anno 800 siue ab impetrata imperatoria dignitate usque ad uitae exitum his notatur elogiis: *Karolus serenissimus Augustus a Deo coronatus, magnus et pacificus Imperator Romanorum gubernans Imperium, qui et per misericordiam Dei Rex Francorum et Langobardorum.* Animaduertit praeterea Mabillonius, Carolum ante imperium initum ad nomen scribendum in diplomatibus, quae uiderit, literam C; in numis uero et C et K adhibuisse; Imperatori autem constituto literam K arrisisse, sicuti et aliis huius nominis Imperatoribus; nec Longobardos, sed Langobardos scriptos legi affirmat. Sed

Pro uariis epochis uariis titulis utitur Carolus M.

2. Modo *Carolus*, modo *Karolus* scribitur; rectius *Langobardi*, quam *Longobardi*.

Eccardo de rebus Franc. Orient. T. II p. 19 haec annotatio ratione nominis Carolini uacillare uidetur. Diploma, quod apud *Vghell.* T. V p. 174 correctius exhiberi dicitur, nihilominus mendosum uidetur in uerbis: *Carolus G. D. Rex Francborum et Lombardorum et Patritius Romanorum.* Id quoque exploratum habemus, nec Carolingos, nec sequentium aliquot saeculorum Imperatores ac reges nomina sua uocabulum *ego* aut *nos* antecedere uoluisse. Regulam ingenti documentorum numero roboratam censemus, qua Carolus rex formulam: *Dei gratia* uel *gratia Dei* sibi probauit. At non ignoramus exceptiones. Ita enim chartis, rarioribus quidem, proditur: *Carolus diuina gratia, diuina fauente gratia* uel *clementia, superna fauente* uel *Dei concedente clementia, diuina miseratione* uel *prouidentia ordinante Rex;* quin et Carolum Imperatorem, quod ab usu longius abhorret, scripsisse ferunt: *Carolus diuina donante* uel *fauente clementia* uel *gratia Imperator augustus.* Verum quid est, quod literas hasce exagitemus, cum earum perpaucae a falsi suspicione uacuae sint atque purae. Nonnumquam Carolus, dum adhuc rex esset, imperator dicitur, et rex, cum iam esset imperator; quod et aliis Imperatoribus contigit. Interdum patricii Romanorum titulus supprimitur, etiamsi ea dignitate Carolus iam fulgeret. Exempla produnt *Mabill.* de re dipl. p. 497 a. II regni Ital. *Marten.* T. I uet. scriptor. et monim. p. 51 a. XXIV regni Ital et apud *Vghell.* T. V Ital. Sacr. p. 326 in hoc incidimus: *Carolus diuina fauente clementia Rex Francorum et patritius Romanorum,* ubi Rex Langobardorum desideratur. Idem *Vghell.* T. I p. 412 aliam tabulam ostendit, cuius haec frons: *Karolus gratia Dei Rex Francorum et Romanorum et Langobardorum;* sed regis Romanorum titulus ab his temporibus perquam alienus habetur; ut hic sileam de *Carolo dominatore Saxonum*, de quo infra. Cum Carolo a pontifice corona imponeretur, acclamabant: *Carolo Augusto a Deo coronato magno et pacifico imperatori Rom. uita et uictoria. Annal Franc.* Eginhardi. Inde tertia, quam supra dedimus, formula nata uidetur. In appendice tamen: *qui et per misericordiam* etc. pro *qui et* legitur nonnumquam *quin et, ac*; aliquando istae uoces omittuntur. *Sereniſſimi* elogium Carolo etiam regi impertitur charta *Baluz.* Capit. T. II p. 1400: *Karolus Sereniſſimus gratia Dei Rex Franco.*

3. Non praemittitur nomini *ego* aut *nos.*

4. Constans est formula Caroli regis: *Dei gratia* uel *gratia Dei.* Formulae, huic dissimiles, falsos codicillos arguunt.

5. Carolus rex imperator; imperator rex aliquando uocatur; aliquando patricii nox omittitur.

6 Regis Romanorum titulus non permittitur.

7. Occasio tertiae formulae assumendae.

De Sereniſſimi, aliisque titulis Imperatoris.

Francorum et Langobardorum ac Patricius Romanorum. In *Vghell.* Ital. Sacr. T. II p. 199 haec singularia apparent: *Karolus excellentissimus augustus a domino coronatus* etc. et T. V p. 263: *Carolus Serenissimus Augustus a Deo ordinatus.* In Excerptis Chron. S. Vincent. de Vulturno apud *du Chesne* T. III Script. rer. Franc. p. 677: *Carolus diuina ordinante clementia imperator augustus.* Nomini Carolino ἀμώμως non adiicitur uocabulum: *magnus.* Quapropter *Anton. Pagi* T. III Crit. Baronianae ad a. 814 n. XXIII p. 479 scripsit: *titulus ille: magnus Carolo non nisi post mortem datus. - - - indeque liquet, quaecumque diplomata, in quibus magnus nuncupatur, mere supposititia eique afficta esse.* *Vghell.* T I. p. 50 producit donationem Abbatiae trium fontium factam, quae ita incoatur: *In nomine domini Dei Saluatoris nostri Christi Leo episcopus seruus seruorum Dei et Carolus magnus et pius rex.* Sed hanc falsam iudicarunt rerum periti. uid. § LXVII, 25. Imperio praepositus Carolus patricium se uocare desiit. Exempla, quae Mabillonio obstare, atque ideo notariis non satis exercitatis tribuenda uisa sunt, non ex ipsius Imperatoris chartis petuntur. In historiae uero Fuld. *Schannat.* cod. prob. p. 83 ita legitur: *Carolus Serenissimus Augustus a Deo coronatus qui et per misericordiam Dei Rex Francorum et Langobardorum et patricius Romanorum.* Capitularia hic iterum seiungimus. Haec enim cum ab episcopis et abbatibus literis consignari solerent, non a Cancellariis; diuerso modo loquuntur. Capitulare primum, quod tradit *Baluz.* T. I p. 190, incipit: *Karolus gratia Dei Rex regnique Francorum rector et deuotus sanctae ecclesiae defensor atque adiutor in omnibus apostolicae sedis.* Capitular. Aquisgr. siue primum a. 789: *Ego Karolus gratia Dei eiusque misericordia rex et rector regni Francorum et deuotus sanctae Dei ecclesiae defensor humilisque adiutor omnibus ecclesiasticae pietatis ordinibus seu secularis potentiae dignitatibus in Christo domino Deo aeterno perpetuae pacis et beatitudinis salutem.* Defensionem ecclesiae Romanae ad Francorum reges hereditario iure transiisse arbitratur *Petr. de Marca* in Concord. Sacerd. et imp. l. I c. 12. Constitutio de emendatione librorum et officiorum ecclesiast.: *Karolus dei fretus auxilio rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum religiosis lectoribus nostrae ditioni subiectis.* Apud eumdem c. l. p. 346 capitulis ad

8. *Magni* epitheton Carolo non nisi post mortem tribuebatur.

9. Patricii honoris uocabulum omisit Imperator factus.

10. Varius capitularium titulus.

L. Langobardorum additis hoc datur principium: *Karolus diuino nutu coronatus Romanum regens imperium Sereniſſimus Auguſtus*; In capitul. primo a. 806 ſiue in charta diuiſionis iam reperitur titulus *Caeſaris et ſemper Auguſti.* Initium enim eſt: *Imperator Caeſar Karolus rex Francorum inuictiſſimus et Romani rector Imperii pius felix ac triumphator ſemper Auguſtus.* Caeſaris titulus hic praeter morem adhibetur. Neque alias *ſemper Auguſtum* ſe ipſe dixit Carolus, quamquam alii id elogii ei tribuerint. Reſcripto de non adorandis imaginibus iſthaec praemiſit Carolus: *In nomine domini et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Karolus nutu Dei Rex Franc. Gallias, Germaniam Italiamque ſiue harum finitimas prouincias domino opitulante regens.* *Goldaſt.* T. II Conſt. Imp. p. 2.

11. Formulae epiſtolarum.

Formulam diplomatibus familiarem referunt quaedam epiſtolae, quas habet *Baluz.* T. I p. 271, 273, 462 et 483. In epiſtola ad Elipandum hanc uſurpauit: *Carolus gratia Dei rex Franc. et Langobard. ac patricius Roman. filius et defenſor ſanctae Dei eccleſiae Elipando Toletanae ciuitatis metropolitano et ceteris in partibus Hiſpaniae conſacerdotibus orthodoxae fidei et fraternae caritatis in Chriſto Dei filio proprio et uero optamus ſalutem.* *Baron.* T. VIII. annal. ad a. 794. *Karolus gratia Dei rex et defenſor ſanctae eccleſiae Homero auricolario ſalutem.* Item: *Karolus gratia Dei Rex Francorum et defenſor ſanctae Dei eccleſiae dilecto fratri et amico Offae regi ſalutem.* *Baluz.* T. I cap. p. 271, 275.

12. Inſtrumenta quaedam priuatorum ſtilo curiae Imperatoriae utuntur.

Id denique ſingulare obſeruamus, priuatos interdum homines formula Imperatoris chartas ſuas incoaſſe. Ita Auſtrifonſus diaconus placitum orditur: *In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Carolus Sereniſſimus Auguſtus a Deo coronatus, magnus et pacificus Imperator Romanorum gubernans imperium qui et per miſericordiam Dei Rex Francorum et Langobardorum. Anno regni eius, quo Langobardiam cepit, trigeſimo tertio. Et filius eius dominus noſter Pippinus Rex anno regni eius uigeſimo ſexto, menſe Ianuario indict. XV. In nomine Domini. Notitia iudicati.* *Murator.* antiquit. Ital. T. I p. 535. addatur alia notitia huiusmodi e T. V p. 917 et charta Sichimundi, qua eccleſiae a ſe exſtructae dotem ſtatuit T. I p. 669, et inſtrumentum traditionis Alberti Clerici T. II. p. 775; adiung. T. III p. 557.

§. XLVIII.

Titulis interdum annectitur significatio siue promulgatio uel generatim uel speciatim concepta. Illa fit ut plurimum his uerbis: *omnibus fidelibus nostris tam praesentibus quam et futuris.* Haec uero, quam immunitatibus concessis plerumque accedere perspicimus, pro uaria terrarum conditione, uaria est. In *Marten.* T. I uet. script. et monim. p. 38 praeceptio quaedam monasterio Prum. a Carolo rege data ita aliorum notitiae traditur: *omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, uicariis, centenariis uel reliquis fidelibus nostris tam praesentibus quam futuris;* et ib. p. 42 confirmantur iura S. Martini Turon. cum hac, quam dicunt, intimatione: *omnibus abbatibus, uirisque illustribus, ducibus, comitibus, domesticis, grafionibus, uicariis, centenariis, iunioribusque nostris discurrentibus, praesentibus uidelicet et futuris.* add. Chron. Farfens. ap. *du Chesne* T. III p. 652. *Mabill.* T. II Ann. Bened. p. 698 n. 9 in append. In *Vghell.* Ital. Sacr. T. II p. 91 tabulae pro episcopo Mutinensi conditae hanc tenent formulam: *omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, Gastaldis atque omnibus monasteriis Deum timentibus praesentibus et futuris.* Id. T. II p. 199: *omnibus igitur nobilibus catholicis nostro in regno consistentibus tam de sacerdotali ordine quam et laicali scire uolumus.* Id. T. VIII p. 37: *Omnibus agentibus nostris tam praesentibus, quam futuris domino iuuante, qui nos in solium regni nostri instituit.* In epistolis nomen illius, ad quem diriguntur, subiicitur: e. c. *dilectissimo filio nostro Pippino glorioso regi sempiternam in domino salutem.* *Baluz.* Capit. T. I p. 461 et aliis §. anteced. sub fin. cit.

Formulae promulgandi.

§. XLVIIII.

Aggrediamur prooemium, quod ad ipsum chartarum argumentum accommodatur. Donationes enim piae, quibus ob mercedem aeternam loca sacra ornauit Carolus, ita formant prologum: *Quicquid enim ad loca ecclesiarum Dei beneuola deuotione concedimus, hoc nobis ad salutem animae nostrae proficere credimus.* *Calmet* hist. de Lorraine T. I preuves p. 283. *Quicquid enim locis uenerabilibus &c. Quicquid enim ob amorem Dei locis sanctorum uenerabilium &c.* Et complures aliae formulae, ab his reapse nihil dissidentes.

Prooemia ducuntur a pio et utili;

dentes. Notes particulam *enim*, ſimilemue, quae ſine cauſſa, quam tamen requirit alias, apponi uidetur. Nec minus frequenter eadem ſententia his effertur uerbis: *ſi petitionibus ſacerdotum in omnibus non negamus, dominum exinde retributorem habere confidimus.* Item: *ſi enim ex his, quae diuina pietas nobis largiri dignata eſt, locis uenerabilibus concedimus, hoc nobis ad aeternam beatitudinem procul dubio pertinere confidimus.* *Heda* in hiſt. epiſc. Vltraject. p. 39 et 41. *Si erga uenerabilium commoditatem locorum iuſta prouiſione curam impendimus &c. Maximum regni noſtri in hoc augeri credimus monimentum, ſi petitionibus ſacerdotum ac ſeruorum Dei, in quo noſtris auribus fuerint productae, libenti animo obtemperamus atque ad effectum perducimus.* *Vghell.* T. V p. 704. T. II p. 91. *Et quia monente ſcriptura ita oportet unumquemque conſtanter praeparari, quatenus ueniens in conſpectu ſuperni iudicis illam mereatur domini piam uocem audire: uenite benedicti patris mei* &c. *Mabillon.* de re dipl. p. 645. *Incipientia regni noſtri affectum de noſtra erectione integro auxiliante domino uigilaui et pro ipſa bona opera auctum cum conſilium ponteficum uel ſeniorum optimatum noſtrorum emunitate pro noſtro confirmandum regnum et mercede uel inepiſcendam uitam aeternam renouare deliberemus, quod ita et fecimus.* ib. p. 500. Nonnulla exordia petuntur, lite praeſertim diremta, a iuſto; itemque ab honeſto ac decoro. *Tunc regalis celſitudo ſuis culminis ſublimatur, quando cunctorum iurgia iuxta propoſitionis uel reſponſionis eloquia inter alterutrum ſalubre deliberat ſententia, quatenus ſub Deo in rege manet poteſtas quomodo cuncta terrebilia debeant ordenare.* Ita in placito apud *Mabill.* de r. d. p. 498, et ſq: *Oportet ſerenitas noſtra, ut ea quae a fidelibus noſtris poſtulata fuerint, iuſte et rationabiliter pro ſeruitio et fidelitate quae circa genitorem meum Pippinum regem et circa me habere uidentur, eis impertire debeamus.* Chartis, quae periere, renouandis hoc modo praeluditur: *Regale enim neceſſe eſt releuentur elementia, qui damnitatem paſſi ſunt per incuriam.* Id. T. II annal. Benedict. p. 698 n. 15 in append. Interdum praefatio, rarius licet, plane omittitur.

2. a iuſto decentique.

§. L.

Altera promulgandi formula abſtracte et concrete propoſita.

Dicendum eſt iterum de promulgatione, quae uel exordium excipit, uel loco illius, ubi nullum adeſt, ponitur. Annunciatur uel

uel uniuerſis: *Igitur notum ſit omnibus fidelibus noſtris praeſentibus et futuris;* uel accedit honorifica quaedam compellatio: *Igitur notum, compertum, ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini. Igitur cognoſcat, comperiat, magnitudo ſeu utilitas, ſolertia, induſtria ueſtra. Quapropter, ideirco, igitur ſolertia ueſtra nouerit;* uel nominantur ordines hominum, qui chartam noſſe debent: *Igitur omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, uicedominis, uicariis, centenariis, actionariis, miſſis noſtris diſcurrentibus ſiue cunctis fidelibus ſanctae Dei eccleſiae et noſtris praeſentibus atque futuris notum eſſe uolumus. Mabill.* ueter. analect. p. 293. *Igitur notum ſit omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, guaſtaldis ſeu reliquis tronariis et cunctis fidelibus noſtris. Vghell.* T. I p. 412. uid. tamen infra §. LXVII, 26. Deprehenditur ſaepius formula generalis, etiamſi iam aliqua titulo ſubiecta fuerit. u. c. *omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, actionariis uel reliquis fidelibus noſtris tam praeſentibus quam futuris,* et poſtea: *quapropter compertum ſit omnium ueſtrum magnitudini. Margarin.* bullar. Caſin. T. II p. 19. add. *Gattul.* acceſſ. hiſt. Caſin. T. I p. 13 et 14. Immo, quorum intereſt, ii certiores duplici modo fiunt apud *Baluz.* T. II capit. p. 1400: *notum ſit omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus uel cunctis fidelibus noſtris tam praeſentibus quamque futuris*, et paullo poſt: *Igitur cognoſcat almitas ueſtra.*

§. LI.

Iam ipſum diplomatis argumentum perſequitur Imperator, interiecta uoce fere perpetua: *qualiter.* Enarrat uel ſtrictim, uel paullo copioſius. Nominat petitores et deprecatores, atque eos, qui codicillos *obtutibus* ſuis confirmandos *obtulerunt*, quorum precibus cum ob ipſorum merita, tum ob ſuae ipſius animae aliorumue remedium annuit. Multas igitur compellandi formulas pro tanta hominum uarietate docemur, multumque his chartarum praeſidiis res genealogica pariter ac hiſtorica adiuuatur. Carolus de ſe, quaſi de pluribus, loquitur. In libello tamen confirmationis immunitatum mon. S. Dionyſii in *Mabill.* r. d. p. 500 ſcribi uoluit: *bonae memoriae genitore meo*, quamquam in reliqua charta numerus plurium approbetur; quod idem animaduertimus in *Hund.* metrop. Salisb. T. I p. 149: *omnia, quae a patre meo*

Appellantur deprecatores.

2. Imp. loquitur numero plurali.

Pipino rege et ab anteceſſoribus meis eidem eccleſiae credita ſunt. Varia ſibi ſubinde tribuit praeconia *celſitudinis*, *excellentiae*, *clementiae*, *pietatis*, *ſerenitatis*, parcius, in tabulis alicuius pretii, *maieſtatis*.

3. uarii tituli.

De titulo maieſtatis uid. *Pfeffinger.* ad Vitriar. T. I p. 383. Si res ipſas huius Imperatoris, e diplomatibus eruendas, contemplamur, patriam eius, quam Eginhardus iam ignorauit, ſibi inueniſſe uiſus eſt *Brouverus* l. III antiq. Fuldenſ. c. 12, duce charta, quae talia continet: *donamus et contradimus domino noſtro ſaluatori ſanctoque Bonifacio, martyri, qui in Fuldenſi requieſcit monaſterio, terram conceptionis noſtrae h. e. totam comproninciam circa flumen Vnſtrudt, ipſamque cohortem noſtram in Vargalaba cum omnibus compertinentiis ſuis et cum omnibus uillis longe uel prope poſitis, quae ad eam reſpiciunt, cum omni proprietate ſicut eam nos a parentibus noſtris in proprietatem accepimus.* conf. *Schannat.* tradit. Fuld. n. LXIX. At enim hoc documentum totum non eſt luci expoſitum, nec formulae cunctis placebunt, nec terra conceptionis ſemper natale ſolum cenſetur; quidi quod conceptio ſpatium terrae cultae circumſeptaeque ſignificare uidetur, quam et comprehenſionem, capturam Germanice *Bifang* dixerunt. *Eccard.* rer. Franc. orient. T. I p. 445. Si quid in re dubia ſtatuendum, Aquisgrani, ob teſtimonium monachi S. Galli l. II c. 30, ſub auras dias prodiit Carolus, anno quidem Chriſti 742 IV Non. April. *Mabill.* ſupplem. r. d. c. 9 §. l. Vt rebus gerendis mature adſuefieret, pater illi a. 761 monaſterii Aniſolenſis tutelam demandauit, ut liceret monachis *ſub ſermone tuitionis ſuae uel humanitatis et mundeburde praedicti Caroli quietos uiuere et die noctuque pro ſtabilitate regni ſui et ipſius Caroli, qui eorum cauſas habeat receptas, iugiter Dei miſericordiam et omnium ſanctorum deprecare. . . et ſi tales cauſas aduerſus ipſum monaſterium aut contra abbates ipſius loci ortas fuerint aut ſurrexerint, quae a uobis aut iunioribus ueſtris abſque eorum diſpendio terminatas non fuerint, uſque in noſtram praeſentiam uel ante ipſum illuſtri uiro Carolo omnimodis reſeruentur et ibidem finitiuam ſententiam per legem et iuſtitiam accipiant.* *Eccard.* c. l. p. 571 ſq. ubi quoque ritum traditionis *foraſmiten*, h. e. iactare, explicat. A. 762 Pippinus monaſterium Prumienſe larga dote inſtruxit, tabulasque huius rei cuſtodes dedit, quibus praeter Pippinum, eiusque coniugem Bertradam et epiſcopos quosdam et comites,

4. De patria Caroli M.

5. ac rebus in iuuentute geſtis.

6. Prumienſe monaſter. donis augetur, ſubſcribente Carolo.

mites, ſubſcripſerunt filii., Carolus et Carolomannus. *Mabill.* T. II annal. Benedict. c. 26. Parentum dona ſua ipſius liberalitate auxit Carolus apud *Marten.* T. I uet. ſcript. et monim. p. 45: *donamus ad monaſterium domini et ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti quod bona memoria domnus ac genitor noſter Pippinus quondam rex nec non domna ac genetrix noſtra Berterada regina nouo opere a fundamentis pro futura ſalute in loco qui dicitur Prumia uiſi ſunt conſtruxiſſe - - res aliquas proprietatis noſtrae in pago nuncupante Logonahe et in pago qui dicitur Heinrichi et in Angrisgouve, quas antedictus abba et Albardus miſſi noſtri iuſto tramite ſecundum legem in cauſſa noſtra ſuper hominem aliquem nomine Alpadum adquiſiſſent.* Iterum meminit ib. p. 51 parentum: *domnus et genitor noſter ſancta recordatio Pippinus quondam glorioſiſſimus rex et domna ac genitrix noſtra bona memoria Bertrada regina.* Memoriam quoque maiorum honorifice recolit, aliosque propinquitate ſibi iunctos non ſine laude appellat. In charta eccleſiae S. Mariae Aquisgr. apud *Miraeum* t. I oper. p. 496 ſiſtitur *inclytae memoriae proauus noſter Pipinus quondam maior domus.* *Heda* de epiſc. Vltrai. p. 39 haec affert: *confirmationem bonae memoriae domini genitoris noſtri Pipini quondam regis - - nobis protulit relegendam de rebus, quas anteceſſores noſtri Pippinus anterior ſeu Karolus uel Karolomannus, itemque et praefatus genitor noſter ad ipſam caſam Dei conceſſerunt.* *Marten.* t. I vet. S. et M. p. 48: *qualiter tempore genitoris noſtri bonae memoriae Pippini quondam regis ſeu et auunculi noſtri Karlomanni res aliquae in ducatu Alamanniae fiſci ditionibus redactae fuerint.* Ib. p. 47: *eo quod bonae memoriae Karlomannus quondam Germanus noſter.* Nec filios ſilentio praeteriit. *Vghell.* t. V p. 264: *quia dilectiſſimus filius noſter Pipinus rex Longobardorum ad petitionem uiri uenerabilis Petri epiſcopi ſanctae Comenſium urbis eccleſiae ſerenitati noſtrae petiit.* add. §. antec. LXVIII. *Baluz.* T. II cap. p. 1400: *Oſtendit nobis epiſtolam, quam dilectus filius noſter Ludouicus ei fecerat.* *Hund.* metrop. Salisb. T. I p. 149: *qualiter nos propter nomen domini et aeternam remunerationem ſeu pro oportunitate dilectiſſimi filii noſtri Ludouici regis.* Nec coniugum oblitus eſt. *Marten.* c. l. p. 37: *qualiter nos et coniunx noſtra Hildegard regina ob amorem Dei - - - donamus.* *Calmet* hiſt. de Lorr. p. 284, 291: *qualiter nos in elemoſina dilectiſſimae*

7. Memoriam propinquorum ſancte colit;

8. itemque coniugum!

 ſimae

epiſtola ad Faſtradam.

ſimae coniugis noſtrae Hildegardae reginae uillam noſtram concedimus uel condonamus. *Baluz.* t. I cap. p. 256: *Karolus gratia Dei Rex Francorum et Langob. ac patricius Roman. dilectae nobis et ualde amabili coniugi noſtrae Faſtradae reginae ſalutem amabilem tibi in domino per hos apices mittere ſtuduimus et per te dulciſſimis filiabus noſtris uel ceteris fidelibus noſtris tecum manentibus.* Eam de uictis Auaribus certiorem facit. Ceterarum Caroli uxorum memoriam, in chartis ſuis cuſtoditam, nos non deprehendimus. Ex epiſt. Stephani P. quae 45 eſt cod. Carol. colligere licet, Carolum iam ex uoluntate patris uxorem duxiſſe, quam alii concubinam putant atque Himiltrudin appellant; hac dimiſſa, filiam regis Langob. Deſiderii, pontifice uehementer reſiſtente, ſibi matrimonio iunxit, quam tamen haud diu retinuit, ſed, poſt Hildigardin et Faſtradam, in thorum Luitgardin Alamannam recepit, qua uitam exuente, concubinis uſus eſt, niſi Carolum matrimonium impar ſiue ex lege Salica iniiſſe exiſtimaueris, quamuis in hac lege connubia huiusmodi perſpicue non tradantur. Quae fuerint reliquae Caroli uxores? Quibus uerbis exteros principes nuncuparit, uidebimus § LV. Pontificem Roman. *ſanctitatis, beatitudinis, apoſtolicae coronae* laudibus euexit, quae illi tamen cum aliis epiſcopis, immo laicis, communes erant. Ita *apoſtolicus in Chriſto pater Herchenradus epiſcopus urbis Pariſius ciuitate pontifex dicitur* in *Mabill.* r. d. p. 498. *Excellentiae* titulum Hadriano P. impertit in epiſt. 22 in *du Cheſn.* T. II. Epiſcopi et Abbates *uenerabilium* praedicatione condecorantur. Apud *Mir.* T. I p. 245 occurrit *uenerabilis uir Albricus presbyter atque electus rector* (epiſcopus Vltraiectinus.) *Vghell.* T. II p. 245 memorat: *patrem noſtrum Apollinarem reuerendiſſimum ſanctae Regienſis eccleſiae praeſulem noſtram adiiſſe clementiam.* In *Hellvvich.* antiqu. Laurisham. p. 12 *bonae recordationis dominus Ruotgangus archiepiſcopus in monaſterio, quod uocatur Lauresham*, inuſitata ratione appellatur. *Magnificus Hucbertus rector baſilicae S. Marcelli martyris* legitur in *Sammarth.* Gall. Chriſt. T. IV inſtrum. p. 225. Baſilica uero tunc ad clericos ſaeculares pertinebat. *Religioſos monachos* Gislarannum et Agabertum notos reddit *Mabill.* r. d. p. 507, idque elogii defendit p. 14. Charta monaſter. Cormaricenſ. in *Baluz.* T. II cap. p 1401 enarrat *petitiones dilectiſſimi fidelis noſtri Albini uenerabilis monaſterii S. Martini.* Proceres ſaeculari,

Quae fuerint reliquae Caroli uxores?

9. Quomodo compellet pontificem Rom. et epiſcopos, abbatesque.

10. Duces et

culari, quam dicunt, dignitate conſpicui uocantur interdum *illuſtres*, quo titulo nec reges Francorum maiorem affectabant; ſaepius fidelium numero habentur; nominantur plerumque ſine uerborum ornamentis. In *Sammarth.* Gall. Chriſt. T. V inſtrum. p. 461 reperitur *uir illuſter Adalricus ſiue Atticus dux et coniux eius Berſwinda.* In *Mabill.* ueter. analect. p. 354 *illuſter Volfandus.* Thaſſilo dux Boicus hunc illuſtris titulum ſibi ipſe arrogauit apud *Hund.* T. II metrop. Salisb. p. 125. In *Eccard.* T. II c. l. p. 683 arceſſitur *Audulfus glorioſus comes.* *Mabill.* de r. d. l. III §. 9 exhibet regulam, omnia diplomata Imperatorum ante Henricum I ſeu aucupem, quae haec uerba continent, *principes noſtri*, falſa eſſe. Admittenda uidetur, ſi praeſertim uocabulum principis adſtrictius intelligatur. Aragiſus Dux Beneuentanus ducis honorum faſtidio captus princeps dici maluit, regiamque appetens dignitatem chartis ſubſcripſit: *ex noſtro ſacratiſſimo palatio.* *Sigon.* l. IV de regno Ital. p. 93.

comites illuſtres dicuntur.

II. Principis titulus nondum auditur.

§. LII.

Carolum undique magnum fuiſſe, abunde patefit, cum ipſa monimentorum eius argumenta contemplamur. Haec rei Francorum uniuerſae faciem haud obſcure depingunt; uerumtamen, quae uſquequaque pateant, regulas formare non audemus, etiamſi nobis annales opem ferant. Tam amplum uidelicet erat imperium, tam uaria, quae parebant, nationum indoles, tam acre patrii moris et libertatis ſtudium, ut fruſtra tibi perſuadeas, omnes prouincias cum hereditate tum bello quaeſitas et uectigales una lege cum regno Francorum cohaeſiſſe, aut maieſtatem eius una ratione coluiſſe. Scrutetur aliquis ſingularia populorum ſubiectorum iura, eaque inter ſe contendat, et, quae plurium communia ſint, ſeparatim deſignet. Sic ſub regulas late porrectas rem Francorum uocabit. At quantus labor! Nos ex inſtituti noſtri ratione pauca delibabimus. Prouidit nempe et publicae et priuatae rei Carolus perquam uigilans et induſtrius. Inſtituta maiorum, quae ſibi proba uiſa ſunt, non firmauit tantum, ſed et addidit noua. Vt bonarum artium ſtudia efflorescerent, ſummopere laborauit. Et quanto feruore, quanta contentione diuini numinis

Statum reipublicae accurate deſcribere, arduum eſt.

Digitized by Google

cultum inſtaurarit, narrant annales, loquuntur leges, teſtantur chartae. Operae pretium nos facturos eſſe arbitramur, ſi, quae religionis cauſſa publicis literis mandauit, paullo accuratius oſtendamus. Haec inter documenta eminent *Capitularia*, quae quidem e uariis fontibus hauſta inter ſe non ſatis conſentiunt. Ex iis tamen, ut diplomata rectius intelligantur, nonnihil, duce *Baluzio*, decerpemus. Huic p. 189 capitul. T. I ſub regni auſpiciis aliqua capitula promulgaſſe uidetur Carolus, quorum plurima iam Karlomannus a. 742 ſanxerat, quaeque poſtea L. VII capitular. a c. 123 inſerta partim ad omnes, partim ad epiſcopos et ſacerdotes pertinent. C. XIII ſtatuit, *ut nemo negligens ſit, quando pro rege uel fidelibus ſuis orandum fuerit;* C. XI: *ut ieiunium quatuor temporum et ipſi ſacerdotes obſeruent et plebi denuntient obſeruandum.* C. IV: ne ignotus epiſcopus uel presbyter *ante probationem Synodalem in eccleſiaſticum miniſterium admittatur.* C. VI decernit, *ut unusquisque epiſcopus in ſua parochia ſollicitudinem adhibeat, adiuuante Graphione, qui defenſor eccleſiae eſt, ut populus Dei paganias non faciat, ſed ut omnes ſpurcitias gentilitatis abiiciat et reſpuat ſiue profana ſacrificia mortuorum, ſiue ſortilegos uel diuinos, ſiue phylacteria et auguria, ſiue incantationes, ſiue hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines iuxta eccleſias ritu pagano faciunt ſub nomine ſanctorum martyrum uel confeſſorum domini, qui potius quam ad miſericordiam ſanctos ſuos ad iracundiam prouocant;* Indiculum ſuperſtitionum et paganiarum erudite exponit *Eccard.* de reb. Franc. orient. T. I p. 407 ſq. C. VII: *ut parochiam ſuam ſingulis annis unusquisque epiſcopus circumeat.* C. VIII ut epiſcopo presbyter ſubiectus *in quadrageſima rationem miniſterii ſui reddat*, et *paratus ſit ad ſuſcipiendum epiſcopum* circumeuntem parochiam *cum collectione et adiutorio populi, qui ibi confirmari debet; et in coena domini ſemper nouum chriſma ab epiſcopo ſuo quaerat, et de uetere nullus baptizare praeſumat, ſed ardere in luminaribus eccleſiae faciat.* C. IX: *ut nemo accipiat eccleſiam infra parochiam ſine conſenſu epiſcopi ſui, nec de una ad aliam tranſeat.* C. XVII: *ut nullus iudex neque presbyterum neque diaconum aut clericum aut iuniorem eccleſiae* ſine conſenſu epiſcopi ſui *diſtringat* (compellat mulcta uel capto pignore) ſi fecerit, ab eccleſia *ſit ſequeſtratus.* C. XVIII: *Vt nullus epiſcoporum uel ſecularium ulterius cuiusquam res retinere praeſumat; quod ſi quis hoc facere tentauerit, tamdiu ſit ab omnium caritate ſuſpenſus et a communionis gratia ſeque-*

2. Differitur de rebus eccleſiaſticis ex capitularibus.

Officia et iura epiſcoporum. Epiſcopus, adiuuante Graphione, parochiae ſuae prouideat.

Parochiam ſingulis annis circumeat.

ſequeſtratus quoad uſque res ablatas cum fructuum ſatisfactione reſtituat. C. I prohibet *ſeruos Dei per omnia omnibus armaturam portare uel pugnare aut in exercitum et in hoſtem pergere, niſi illi tantummodo, qui propter diuinum miniſterium miſſarum ſcilicet ſolennia adimplenda et ſanctorum patrocinia* (h. e. reliquias) *portanda ad hoc electi ſunt* i. e. *unum uel duos epiſcopos cum capellanis presbyteris. Et unusquisque princeps unum presbyterum ſecum habeat, qui hominibus peccata confitentibus iudicare et iudicare poenitentiam poſſit;* C. II: *ne ſacerdotes fundant ſanguinem Chriſtianorum uel paganorum;* nec ex C. III *uenationes et ſilualicas uagationes cum canibus* exerceant, *nec accipitres et falcones habeant.* C. V: *ſi plures uxores habuerint, uel ſanguinem Chriſtianorum uel paganorum fuderint, aut canonibus obuiauerint, ſacerdotio priuentur, quia deteriores ſunt ſecularibus.* C. X: *ut magnam curam habeant de inceſtis et infirmis et poenitentibus, ut morientes ſine ſacrati olei unctione et reconciliatione et uiatico non deficiant.* C. XIV: *ne, niſi in locis conſecratis uel in itinere in tabernaculis et menſis lapideis ab epiſcopo conſecratis, miſſam celebrent.* C. XV et XVI: *qui miniſterium ſuum adimplere non ualent, nec* ab epiſcopis admoniti *diſcere curant, ab officio remoueantur.* Capitularis a. 779 hoc eſt initium: *incipit decretum Karoli precioſi regis Francorum anno feliciter undecimo regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi regis in menſe Martio facto capitulare, qualiter congregatis in unum Synodali concilio epiſcopis, abbatibus, uirisque inluſtribus comitibus una cum piiſſimo domno noſtro ſecundum Dei uoluntatem pro cauſis opportunis conſenſerunt decretum.* *Baluz.* T. I p. 195, et *Murator.* T. I P. II ſcriptor. p. 94 ſq, qui ex iis, quos uidit, codicibus, multas alias conſtitutiones inſertis quibusdam formulis ueteribus ſubiunxit, quae in *Baluzii* Capitul. et *L. Langobard.* paſſim deprehenduntur. *Sirmondus* hanc Synodum Heriſtallienſem dicit, ſed repugnantibus annalibus, ſicuti uidetur *Eccardo* rer. Franc. orient. T. I p. 659, qui pro menſe Martio Maium ponendum eſſe exiſtimat, eo quod hoc menſe Duriae campus habitus fuit, qui aliis Synodus dicitur. Verum ex fide *annal. Bertin.* et *Metenſ.* ad h. a. Synodus Compendii, comitia Duriae celebrata uideri poſſent. Capitulis ipſis, quae uaria continent et in addit. IV capit. a c. 120 occurrunt, cauetur c. I, *ut epiſcopi ſubiecti ſint metropolitanis;* C. II: *ut ſine tarditate ordinentur epiſcopi, qui nondum ſunt ordinati.* C. IV: *ut de presbyteris et clericis poteſtatem habeant;* C. V: *ut inceſtuoſos*

3. Ne clerici arma gerant;

ne uenationibus uacent, ne plures uxores habeant, nec ſanguinem fundant, ne miſſam, niſi in locis conſecratis celebrent.

4. Vbi conditum fuerit hoc capitulare a. 779, diquiritur.

5. Varia de epiſcopis et clericis.

ſtuoſos emendent et uiduas. C. VI: ne alterius epiſcopi clericus *recipiatur nec ordinetur in aliquo gradu.* Similia habet C. VIII *Capitular. Baiuuar.* p. 207: *Vt clericum nemo recipere audeat ſine conſenſu epiſcopi ſui. Et ſi eum aliquis acceptum habet, quando licentia ipſius epiſcopi fuerit, aliter non faciat, niſi eum eius praeſentiae perſcrutandum, ſi dignus fuerit, deducat.* In primis notatu digna ſunt c. VII et XIII

6. de decimis. de decimis, *ut unusquisque ſuam decimam donet atque per iuſſionem pontificis diſpenſentur. De rebus uero eccleſiarum, unde nunc cenſus exeunt, decima et nona cum ipſo cenſu ſit ſoluta et unde antea non exierunt, ſimiliter decima et nona cum ipſo cenſu ſit ſoluta, atque de caſatis quinquaginta ſolidus unus et de caſatis triginta dimidius ſolidus et de uiginti tremiſſis unus. Et precariae ubi modo ſunt renouentur et ubi non ſunt ſcribantur. Et ſit diſcretio inter precarias de uerbo noſtro factas et inter eas quas ſpontanea uoluntate de ipſis rebus eccleſiarum faciunt.* Nimirum Carolus M. inter reges Francorum primus forte decimas impoſuit omnibus, cum antea ex liberalitate, hortantibus epiſcopis, proficiſcerentur, qui de ſingulis caſatis ſiue colonorum habitationibus ſingulos tantum ſolidos in eccleſiae uſus recipiebant. Imperatis uero decimis, cenſus ita imminuebatur, ut de quinquaginta caſatis unus ſolidus daretur; quod de precariis de *uerbo* h. e. iuſſu regio factis, non de *ſpontaneis*, intelligendum. Iubet uero Rex precarias fieri, ubi nondum ſunt, ne fundi eccleſiarum uel inculti iacerent uel ſerui dei agricultura diſtraherentur. *Nonae* decimarum loco, quas coloni pro praeſtito agro exhibebant, inſtitutae ſunt. Plura de his rebus uide apud *Eccard.* c. l. p. 661 ſeq. C. XV ſancitur,

7. de cerariis, tabulariis. *ut de cerariis et tabulariis atque chartulariis, ſicut a longo tempore fuit, obſeruetur. Cerarii* ad luminaria eccleſiae ceram quotannis porrigere tenentur. *Tabularii* et *chartularii* ſunt manumiſſi ſub lege cenſus perſoluendi, uid. tamen §. LVII, 2. C. III *de monaſteriis, quae regularia fuerunt, ut ſecundum regulam uiuant, nec non et monaſteria puellarum ordinem ſanctum cuſtodiant. Et unaquaeque Abbatiſſa ſine*

Vt abbatiſſae ſemper in coenobiis reſideant. *intermiſſione in ſuo monaſterio reſideat.* C. VIII: *ut homicidae et ceteri rei, qui legibus mori debent, ſi ad eccleſiam confugerint, non excuſentur, neque eis ibidem uictus detur.*

8. Codicem canonum Carolus a Rom. Pontifice accipit. Poſtquam Carolus Romae commoratus a P. Hadriano Codicem Canonum acceperat, in uſum eccleſiarum Francicarum aliquos canones ex eo aſſumſit, illosque capitul. Aquisgran. promulgato iuſſit obſeruari, cuius ſubſcriptio haec

haec eſt: *anno dom. inc. DCCLXXXIX Indict. XII a. XXI regni noſtri actum eſt huius legationis edictum in Aquisgrani palatio publico. Data eſt haec charta die X Kal. Apriles.* In praefatione de ſe modo dicit *ego*, modo *nos*: *Conſiderans pacifico piae mentis una cum ſacerdotibus et conſiliariis - - quapropter placuit nobis ueſtram rogare ſolertiam o paſtores eccleſiarum Chriſti et ductores gregis eius et clariſſima mundi luminaria, ut uigilis cura et ſedula admonitione populum Dei per paſcua uitae aeternae ducere ſtudeatis. - - Quapropter et noſtros ad uos direximus miſſos, qui ex noſtri nominis auctoritate una uobiſcum corrigerent, quae corrigenda eſſent. Sed et aliqua capitula ex canonicis inſtitutionibus, quae magis uobis neceſſaria uidebantur, ſubiunximus, ne aliquis, quaeſo, huius pietatis admonitionem eſſe praeſumptioſam iudicet, qua nos errata corrigere, ſuperflua abſcindere, recta coartare ſtuduimus, ſed magis beneuolo caritatis animo ſuſcipiat. Nam legimus in regnorum libris quomodo ſanctus Joſias regnum ſibi a Deo datum circumeundo, corrigendo, admonendo, ad cultum ueri Dei ſtuduit reuocare. Non ut me eius ſanctitati aequiparabilem faciam, ſed quod nobis ſint ubique ſanctorum ſemper exempla ſequenda.* Priora capita LVIII ſunt particulae conciliorum ueterum, ad ſingula capita notatorum. Reliquorum maxima pars continet praecepta ex ipſis ſacris literis petita. Pauca tantum deguſtabimus. c. LXII: *ut paruuli, qui ſine rationabili aetate ſunt, non cogantur iurare, ſicut Gunebodigni* (h. e. qui lege Gundebada uiuunt) *faciunt. Et qui ſemel periuratus fuerit, nec teſtis ſit poſthaec, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa uel alterius iurator exiſtat.* C. LXIII: *praecipimus, ut nec cauculatores* (praeſtigiatores, Gauckeler) *nec tempeſtarii uel obligatores* (qui ligamentis magicis utuntur) *non fiant; item de arboribus uel petris uel fontibus, ubi aliqui ſtulti luminaria uel alias obſeruationes faciunt, omnimo mandamus, ut iſte peſſimus uſus et Deo execrabilis, ubicunque inuenitur, tollatur et deſtruatur.* C. LXVIII: ut epiſcopi inueſtigent diligenter doctrinae rationem presbyterorum, qui aeque ac diaconi arma portare itidem prohibentur. C. LXIX: *ne domus Dei et altaria ſacrata peruia ſint canibus, ne ſecularia negotia uel uaniloquia in eccleſiis agantur, ut intentos habeant animos ad Deum quando ueniunt ad miſſarum ſolemnia et ut non exeant ante completionem benedictionis ſacerdotalis.* C. LXXIIII: ne *Abbatiſſae benedictiones cum manus impoſitione et ſignaculo ſanctae crucis ſuper capita uirorum* dent, *nec uelent uirgines cum benedictione ſacerdotali.* C. LXXVI: *pſeudographiae et dubiae narrationes, uel quae omnino contra fidem catholicam ſunt,*

Carolus ius ſacrorum exercet; corrigit, addit, demit.

9. Ne paruuli iurare cogantur.

Superſtitio euertitur.

Ne abbatiſſae manus impoſitione benedictiones dent.

Pſeudographa tollantur.

sunt, ut epistola pessima et falsissima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes et in errorem alios mittentes, quod de caelo cecidisset, nec credantur, nec legantur, sed comburantur, ne in errorem per talia scripta populus mittatur. C. LXXVII: *ut isti mangones et cottiones* (Gall. coquins) *qui sine omni lege uagabundi uadunt, per istam terram non sinantur uagari et deceptiones hominibus agere. Nec isti nudi cum ferro, qui dicunt se data sibi poenitentia ire uagantes.* Notandum est praecipue c. LXXVIII: *Monachi ut cantum Romanum pleniter et ordinabiliter per nocturnale uel gradale officium peragant secundum quod beatae memoriae genitor noster Pippinus Rex decertauit, ut fieret, quando Gallicanum cantum tulit ob unanimitatem apostolicae sedis et sanctae Dei eccleſiae pacificam concordiam.* Etenim iam Pippinus Romanum cantum in Gallia uoluit adoptari; sed repugnabant plurimi clericorum. Cum uero posthaec, teste *Monacho Egolismensi* in uita Caroli M. p. 249, orta esset contentio inter cantores Romanorum et Gallorum, Carolus approbauit cantum Romanum siue Gregorianum, qui a Gregorio II, prout *Eccard.* c. l. t. I p. 718 contendit, ita nuncupatus uidetur, quemque in Francia docere debebant cantores Romani Theodorus et Benedictus, *sed tremulas uel uinnulas siue collisibiles uel secabiles uoces in cantu non poterant perfecte exprimere Franci naturali uoce barbarica, frangentes in gutture uoces potius quam exprimentes. Similiter erudierunt Romani cantores supra dicti cantores Francorum in arte organandi. Ita Egolism. c. l.* C. LXXX, quod est ultimum, tradit primaria capita religionis christianae, quae *praedicari* oporteat, et adhortatur episcopos, ne sinant *noua et non canonica aliquos ex suo sensu et non secundum scripturas sacras fingere et praedicare populo.* Additur capitulare secundum eiusdem anni, quod c. XVI continet, quae ad uitam monasticam spectant et partim ex regula S. Benedicti depromta sunt, partim cum decretis Synodi Francofurdiensis consentiunt. C. XVI: *ut disciplina monachis regularis imponatur non secularis*, i. e. *non orbentur* (oculis priuentur) *nec mancationes* (abscissiones membrorum) *alias habeant, nisi ex auctoritate regulae.* Ad eumdem annum refertur capitulare III ex XXI cap. compositum C. III *de monasteriis minutis, ubi nonnanes* (monachae) *sine regula sedent, uolumus ut in uno loco congregatio fiat regularis et episcopi praeuideant, ut fieri possit et ut nulla Abbatissa foras monasterio exire praesumat sine nostra iussione nec sibi subditas facere permittat, et earum*

Mangones et cottiones ne tolerentur.

10. Cantus Romanus in Franciam inducitur.

11.

ne monachi mutilentur.

12. Episcopi prouideant monasteriis nonnarum.

rum clauſtra ſint bene firmata et nullatenus ibi Winileodes (amatoria cantica, a *Wine* Angloſax. amicus, unde verwant, et *leod* lied, canticum) *ſcribere uel mittere praeſumant et de pallore earum propter ſanguinis minuationem* (ne ſcilicet apud amaſios conquerantur in iſtis canticis. *Eccard.* T. I rer. Franc. Orient. p. 733) c. IV: *ut nullus in pſalterio uel in euangelio uel in aliis rebus ſortire praeſumat, nec diuinationes aliquas obſeruare.* C. VII: *ut audiant epiſcopi baptiſterium* (h.e. actum uel librum ritus baptizandi) *presbyterorum, ut ſecundum morem Romanum baptizent.* C. VIII: *de calceamentis* (ſandaliis forte in miſſis ſolennibus adhibendis) *ſecundum Romanum uſum.* C. IX: *ut in diebus feſtis uel dominicis omnes ad eccleſiam ueniant et non inuitent presbyteros ad domos ſuas ad miſſas faciendas.* C. X: *omnino prohibendum eſt omnibus ebrietatis malum. Et iſtas coniurationes* (gildonias, de quibus §. LVI, 2.) *quas faciunt per ſanctum Stephanum, aut per nos, aut per filios noſtros prohibemus. Et praecipimus, ut epiſcopi uel abbates non uadant per caſam miſcendo. Miſcere Cangio eſt confabulari; Eccardo* c. l. *ientaculum ſumere.* C. XV: *ut epiſcopi et Abbates et Abbatiſſae cupplas canum non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec ioculatores.* C. XVI: *de pauperibus in plateis uel in quadruiis iacentibus, ut ad eccleſiam ueniant et illorum confeſſiones donentur.* C. XVII: *ut ſuper altaria teguria fiant uel laquearia.* C. XVIII: *ut cloccas* (campanas) *non baptizent, nec chartas per perticas appendant propter grandinem.* Ad haec tempora *Baluz.* p. 249 refert quoque capitulationem de partibus Saxoniae, quam *Herm. Adolph. Meinders* in diſſ. I de religione Gentilium in ueteri Saxonia notis illuſtrauit. c. I praecipit, *ut eccleſiae Chriſti non minorem habeant honorem, ſed maiorem, et excellentiorem, quam fana habuiſſent idolorum.* C. II: *ſi quis confugium fecerit in eccleſiam, nullus eum de eccleſia per uiolentiam expellere praeſumat, ſed pacem habeat, uſquedum ad placitum praeſentetur, et propter honorem Dei ſanctorumque eccleſiae ipſius reuerentiam concedatur ei uita et omnia membra;* ſed puniatur ex arbitrio regis. C. IV: *ſi quis ſanctum quadrageſimale ieiunium contemſerit et carnem comederit, morte moriatur*, niſi cauſſa neceſſitatis ſubſit. Capite eos plecti iubet c. VIII, qui ad baptiſmum uenire nolunt; c. IX, qui hominem diabolo ſacrificant; c. X, qui aduerſus Chriſtianos conſpirant; niſi quis c. XIV ad *ſacerdotem confugerit et poenitentiam*

NeNonnae Winileodes ſcribant.

Vt presbyter in eccleſia, non in aedibus priuatorum miſſam faciat.

Ne coniurationes fiant per S. Stephanum, per regem &c.

Ne campanas baptizent.

13. Capitulatio de partibus Saxoniae.

Aſylum eccleſiae.

Qui quadrageſimale ieiunium contemnit, capite plectatur; item, qui ad baptiſmum uenire recuſat.

tentiam agere uoluerit; huius enim *teſtimonium de morte excuſet.* c. XVI et XVII ſtatuunt, *ut eccleſiae decima ſubſtantiae et laboris* ab omnibus reddatur, immo de rebus fiſci. C. XV: *ad unamquamque eccleſiam curtem et duos manſos terrae pagenſes ad eccleſiam recurrentes condonent et inter centum uiginti homines nobiles et ingenuos, ſimiliter et litos ſeruum et ancillam eidem eccleſiae tribuant.* C. XVIII: *ne in dominicis et feſtiuis diebus placita publica teneantur.* C. XIX: *ut infantes baptizentur infra annum;* qui neglexerint, *ſi de nobili genere fuerit, centum uiginti ſolidos fiſco componant; ſi ingenuus, ſexaginta; ſi litus, triginta.* C. XXI: *ſi quis ad fontes aut arbores uel lucos uotum fecerit, aut aliquid more gentilium obtulerit et ad honorem daemonum comederit, ſi nobilis fuerit, ſolidos ſexaginta; ſi ingenuus, triginta; ſi litus, quindecim. Si uero non habuerint, unde praeſentialiter perſoluant, ad eccleſiae ſeruitium donentur uſque dum ipſi ſolidi ſoluuntur.* C. XXII: *ut corpora Chriſtianorum Saxonum ad coemiteria eccleſiae deferantur et non ad tumulos paganorum.* C. XXIII: *diuinos et ſortilegos eccleſiis et ſacerdotibus dare conſtituimus* (ſc. in ſeruitutem.) In capitulari de cauſis regni Italiae, quod *Baluz.* p. 257 a. 793 datum uidetur, c. I, ut Xenodochia recte regantur, praecipitur; C. II uetat, ne laici eccleſias baptiſmales habeant; C. III: ut ſacerdotes habeant aduocatos, monet, C. VI: *de monaſteriis et Xenodochiis quae per diuerſos comitatus eſſe uidentur, ut regalia ſint, et quicunque ea habere uoluerit, per beneficium domni Regis habeat.* C. VIII: *ſi cuiuscunque res in eleemoſyna datae ſunt et ipſe mortuus fuerit, antequam eas diſpenſet, tunc miſſus dominicus una cum epiſcopo parochiae ipſius conſideret, qualiter in domni regis mercede* (uel indulgentia uel ſpe diuinae remunerationis) *ipſa eleemoſyna fiat facta et infra triginta noctes impleta eſſe debeat.* Capitulare a. 794 ex concilio Francofordienſi natum multa repetit ex capitularibus in primis a. 789; additis quibusdam aliis conſtitutionibus. C. IV: *ut epiſcopi iuſtitias faciant in ſuas parochias; ſi non obedierit aliqua perſona epiſcopo ſuo de abbatibus, presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, monachis et ceteris clericis, uel etiam aliis in eius parochia, ueniant ad metropolitanum ſuum, et ille diiudicet cauſam cum ſuffraganeis ſuis. Comites quoque noſtri ueniant ad iudicium epiſcoporum. Et ſi aliquid eſt, quod epiſcopus metropolitanus non poſſit corrigere uel pacificare, tunc tandem ueniant accuſatores cum accuſato cum literis Metropolitani, ut ſciamus ueritatem rei.* C. VI: de altercatione Viennenſis et Arelatenſis epiſcopi,

Quantum in eccleſias conferendum ſit?

Infantes intra annum baptizentur.

paganae prauitatis poenae.

Corpora in coemiteria inferantur.

14. Capitulare de cauſis regni Italiae.

ne laici eccleſias baptiſmales habeant.

monaſteria et Xenodochia regalia in beneficium danda.

15. De poteſtate epiſcoporum iudiciaria.

epiſcopi, utri Tarentaſia, Ebredunum et Aquae ſubiectae ſint. C. VII: *definitum eſt etiam ab eodem domno rege ſiue a ſancta Synodo, ut Petrus epiſcopus conteſtans coram Deo et angelis eius iuraret cum duobus aut tribus, ſicut ſacrationem ſuſcepit, aut certe cum ſuo archiepiſcopo, quod ille in mortem Regis ſiue in regnum eius, non conſiliaſſet, nec ei infidelis fuiſſet. Qui epiſcopus, dum cum quibus iuraret non inueniſſet, elegit ſibi ipſe, ut ſuus homo ad Dei iudicium iret et ille teſtaretur abſque reliquiis et abſque ſanctis euangeliis, ſolummodo coram Deo, quod ille innocens exinde eſſet et ſecundum eius innocentiam Deus adiuuaret illum ſuum hominem, qui ad illud iudicium exiturus erat. Et exiuit tamen eius homo ad iudicium Dei, neque per regis ordinationem neque per ſanctae Synodi cenſuram, ſed ſpontanea uoluntate, qui etiam a domino liberatus idoneus exiuit*, atque adeo Petrus in gratiam receptus eſt. C. VIII: Gerbodo incertae ordinationis epiſcopo dignitas abrogata C. X: *ut recluſi non fiant, niſi quos ante epiſcopus prouinciae atque Abbas comprobauerint et ſecundum eorum diſpoſitionem in recluſionis loco ingrediantur.* C. XXIII decimas et nonas ſolui iterum iubet, additis hiſce: *experimento enim didicimus, in anno, quo illa ualida fames inrepſit, ebullire uacuas annonas a daemonibus deuoratas et uoces exprobrationis auditas.* C. XV: *ut abbas in congregatione non eligatur, ubi iuſſio regis fuerit, niſi per conſenſum epiſcopi loci illius.* C. XXIV: ut eccleſiae per eos reſtaurentur, qui beneficia habent et inde ablata reſtituantur. C. XXXVI: ut presbyteri contumaces cum regiae capellae clericis non communicent. C. LII: eccleſiae ab ingenuis conſtructae, uendi poſſunt, dum ne eccleſia deſtruatur. C. XL: *ut nulli noui ſancti colantur, aut inuocentur, nec memoriae eorum per uias erigantur, ſed ii ſoli in eccleſia uenerandi ſint, qui ex auctoritate paſſionum aut uitae merito electi ſunt.* C. L: *ut nullus credat, quod non niſi in tribus linguis Deus orandus ſit, quia in omni lingua Deus adoratur et homo exauditur, ſi iuſta petierit.* C. LIII ab apoſtolica ſede et ſynodo impetrauit Carolus, ut Hildeboldum epiſcopum in ſuo palatio aſſidue haberet, et C. LIV eoque ult. *commonuit, ut Alcuinum ipſa ſancta Synodus in ſuo conſortio ſiue in Orationibus recipere dignaretur, eo quod eſſet uir in eccleſiaſticis doctrinis eruditus.* Capitulare interrogationis ad epiſcopos apud *Baluz.* p. 327 de Chorepiſcopis in primis tractat; ne deinceps fiant; *ut ſi chorepiſcopi aliquam conſecrationem aut confirmationem fecerint, ab epiſcopis canonice reformentur; ut presbyteri et miniſtri eccleſiae a ſuis*

16. De iudicio aliquo Dei ſubeundo.

Gerbod. epiſcopus dignitatem amittit.

17. De abbatibus eligendis, Eccleſiae ab iis, qui beneficia habent, reſtaurentur. Eccleſiae ſunt in commercio priuatorum. Ne noui ſancti colantur. Deus in omni lingua adorandus. Hildebold. epiſc. in palatio aſſidue degit. Alcuinum Synodo commendat Carol.

18. De chorepiſcopis.

ſuis et non ab aliis epiſcopis chriſma petant uel accipiant; et ut Chorepiſcoporum ſuperſtitio tollatur. Chorepiſcopi uero eccleſiis uicanis adminiſtrandis praeficiebantur; quorum de officio uid. *Petr. de Marca* de Concord. Sac. et Imp. L. II c. 13 et 14. Inter hodiernos et ueteres chorepiſcopos hoc diſcrimen intercedere ait *Pagi* T. III crit. p. 485, quod hi ipſarum eccleſiarum, quibus ſeruiebant, dicebantur; illi uero titulos eccleſiarum in partibus infidelium poſitarum gerunt. *Ayrer.* de adiunctis ſuperintendentium, chorepiſcoporum ueteris eccleſiae propagine. Ib. p. 329 edictum exſtat dominicum de honore et adiutorio epiſcopis a comitibus et aliis iudicibus praeſtando, quod *Baluzio* circa annum Chriſti DCCC datum uidetur. In capitulari epiſcoporum p. 357 ſacerdotes uariis modis admonentur. C. VII, ut decimarum partem primam ad ornamentum eccleſiae eligant, ſecundam autem ad uſum pauperum uel peregrinorum; tertiam ſibimet ipſis ſoli reſeruent. C. XVI: *nulli ſacerdotum liceat fideiuſſorem eſſe, neque derelicta propria lege ad ſecularia iudicia accedere praeſumat.* C. XVII: *ut qui poſſeſſionem eccleſiae uel parrochiam per triginta annos ſine alicuius interpellatione tenuerit, iure perpetuo poſſideat.* C. XX: *ut nullus ſacerdos quicquam cum iuramento iuret, ſed ſimpliciter cum puritate et ueritate omnia dicat.* Capitula a. 802 data miſſis dominicis repetunt uarias conſtitutiones eccleſiaſticas atque docent, miſſos etiam inquiſiuiſſe uitae rationes epiſcoporum, abbatum, monachorum. C. XXXV inceſtae nuptiae prohibentur, et ne quis coniunctiones faciat, *antequam epiſcopi presbyteri cum ſenioribus populi conſanguinitatem coniungentium diligenter exquirant et tunc cum benedictione iungantur.* C. XLI additur ſymbolum fidei, cum admonitione. Capitulare Aquisgran. a. 803, idque huius anni primum, tractat de epiſcopis per clerum et populum de propria dioeceſi eligendis, de rebus eccleſiae non diuidendis, earumque priuilegiis ſeruandis; item de chorepiſcopis, et de purgatione ſacerdotum. C. VII: *Ipſe ergo ſacerdos ſi ſuſpicioſus aut incredulus ſuo epiſcopo aut reliquis ſuis conſacerdotibus ſiue bonis et iuſtis de ſuo populo, uel de ſua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut in praedicta ſuſpicione remaneat, cum tribus aut quinque uel ſeptem bonis ac uicinis ſacerdotibus, exemplo praedicti Leonis papae, qui duodecim presbyteros in ſua purgatione habuit, uel eo amplius, ſi ſuo epiſcopo uiſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi ineſſe perſpexerit,*

19. De honore epiſcopis praeſtando.

20. Quomodo decimae diſtribuendae?

Ne ſacerdos ſit fideiuſſor, nec iuret.

21. Miſſi res eccleſiaſticas ac politicas inquirere debent.

De inceſtis nuptiis.

22. De electione epiſcoporum.

De purgatione ſacerdotum et Leonis P.

ſpexerit, et cum aliis bonis et iuſtis hominibus, ſe ſacramento coram populo ſuper quatuor euangelia dato purgatum eccleſiae reddat. In Capitular. V eiusd. a. C. I cautum: *ſi quis presbyter aut diaconus chriſma dare aut accipere praeſumſerit, gradum amittat. Ceteri clerici et nonnanes* (monachi) *diſciplinam corporalem et carceris cuſtodiam ſuſtineant. Laici qui acceperint, aut alicui dederint, manum perdant.* Abutebantur enim chriſmate ad medicinam. Capitul. VIII h. a. epiſcopis et ſacerdotibus concedit immunitatem ab expeditionibus bellicis, qua honor eis non minuitur. *Baluz.* p. 415 ad a. 804 refert Capitulare ad Salz. De decimis cauet Imp, ut ſi quis uoluerit cum conſenſu epiſcopi eccleſiam aedificare, antiquiores eccleſiae ideo decimam non perdant. Quaedam capitula ad presbyteros pertinent; ut totum pſalterium, ſignaculum h. e. ſymbolum apoſtolicum et baptiſterium memoriter teneant, et cantum et compotum (computum) ſciant; ne baptizent, niſi in paſcha et pentecoſten, excepto infirmo; ne feminas ſecum habitare permittant, excepta matre, ſorore, amita; ne in tabernis bibant. Capitulare I a. 805 ad Teotonem uillam iterum monet c. V, ut computum diſcant omnes, et ut infantes mittantur diſcere artem medicinalem. C. XI, ut proprii ſerui uel ancillae non ſupra modum in monaſteria ſumantur, ne deſertentur uillae. C. XIV: *ut infantulae aetatis puellulae non uelentur, antequam illae eligere ſciant quid uelint, et ut pulſentur* h. e. examinentur *ſalua canonica ſententia et auctoritate.* C. XV: *ut laici non ſint praepoſiti monachorum infra monaſteria, nec archidiaconi ſint laici.* Archidiaconatus enim beneficii lege etiam a militibus tenebantur. Anno 805 apud Theodonis uillam capitulum edidit Carolus de honore epiſcoporum et reliquorum ſacerdotum, ſub hac ſanctione: *Qui autem in his, quod abſit, aut negligentes eisque inobedientes fuerint inuenti, ſciant ſe nec in noſtro imperio honores retinere, licet etiam filii noſtri fuerint, nec in palatio locum, neque nobiſcum aut cum noſtris ſocietatem aut communionem ullam habere, ſed magis ſub magna diſtrictione et ariditate poenas luere.* Capitulare V a 806 c. V monet, *ut ſinguli epiſcopi, abbates et abbatiſſae diligenter conſiderent theſauros eccleſiaſticos, ne propter perfidiam aut neglegentiam cuſtodum aliquid de gemmis aut de uaſis reliquo quoque theſauro perditum ſit, quia dictum eſt nobis, quod negotiatores Judaei nec non et alii gloriantur, quod quicquid eis placeat, poſſint ab eis emere.* Capitul. VI eiusd. a. continet excer-

23. de abuſu chriſmatis.

Nonnihil ad partes presbyterorum.

24. *Computus* addiſcatur et ars medicinalis.

Ne puellae infantes uelentur.

Ne ſint laici praepoſiti monachorum.

25. De honore epiſcop.

26 Theſaurus eccleſiae cuſtodiatur diligenter.

Digitized by Google

excerpta ex canonibus. A. 807 adſcribitur a *Baluz.* p. 461 epiſtola Imperatoris ad Pippinum filium Reg. Ital. qua prohibet, ne Duces et eorum iuniores, aliiue *manſionaticos et parauereda* (h. e. equos ad curſum publicum) accipiant non ſolum ſuper liberos homines, ſed etiam in eccleſias Dei, monaſteria, xenodochia, plebes et reliquos ſeruientes eccleſiarum Dei; *ne carnaticos et uinum ab eis exactent;* item diſponit de compoſitionibus presbyterorum.

27. Ne ab eccleſiis praeſtationes exigantur.

28. De eleemoſyna Hieroſolymam mittenda.

Capitul. I a. 810 c. XVII *de eleemoſyna mittenda ad Hieruſalem propter eccleſias Dei reſtaurandas.* Capitular. I et II a. 811 comprehendunt interrogationes pro communi utilitate, in primis de moribus clericorum; c. IV quatenus ſe epiſcopus aut abbas rebus ſaecularibus debeat inſerere; c. V: *quid ſit quod unusquisque Chriſtianus in baptiſmo promittat uel quibus abrenunciet.* Capitul. II c. IV, quid ſit apud eos ſaeculum relinquere, *uel in quibus internoſci poſſint hi qui ſaeculum relinquunt ab his qui adhuc ſaeculum ſectantur, utrum in eo ſolo quod arma non portant, nec publice coniugati ſunt.* C. V: *Inquirendum etiam ſi ille ſaeculum dimiſſum habeat, qui cotidie poſſeſſiones ſuas augere quolibet modo qualibet arte non ceſſat, ſuadendo de coeleſtis regni beatitudine, comminando de aeterno ſupplicio inferni et ſub nomine Dei aut cuiuslibet ſancti tam diuitem quam pauperem, qui ſimplicioris naturae ſunt et minus docti atque cauti inueniuntur, ſi rebus ſuis exſpoliant et legitimos heredes eorum exheredant ac per hoc plerosque ad flagitia et ſcelera propter inopiam, ad quam per hoc fuerint deuoluti, perpetranda compellunt, ut quaſi neceſſario furta et latrocinia exerceant, cui paternarum rerum hereditas, ne ad eum peruenirent, ab alio praerepta eſt.* C. X: *In quo canonum uel in cuius ſancti patris regula conſtitutum ſit, ut inuitus quislibet aut clericus aut monachus fiat, aut ubi Chriſtus praecepiſſet aut quis Apoſtolus praedicaſſet, ut de nolentibus et inuitis et uilibus perſonis congregatio fieret in eccleſia uel canonicorum uel monachorum.* C. XI: *et quamuis bonum ſit, ut eccleſiae pulchra ſint aedificia, praeferendus tamen eſt aedificiis bonorum morum ornatus et culmen.* C. XII: *qua regula monachi uixiſſent in Gallia, prinsquam regula S. Benedicti in ea tradita fuiſſet, cum legamus, S. Martinum et monachum fuiſſe et ſub ſe monachos habuiſſe, qui multo ante S. Benedictum fuit.* Eodem, ut uidetur, anno epiſtola generalis ad Archiepiſcopos regni Francorum dabatur, qua interrogauit aliqua Carolus de baptiſmo, catechumenis, aliisque ritibus ſacris. Exemplum huius epiſtolae affert *Baluz.*

29. Interrogationes quaedam.

Ne ſub religionis ſpecie ſimplicioris ingenii homines patrimonio ſuo ſpolientur.

De regula monachorum ante S. Benedictum.

30. Carolus indagat capita quaedam doctrinae Chriſtian. de baptiſmo et catechumenis.

p. 483

p. 483 ad archiepiſcopum Odilbertum; itemque *Mabill.* in anaſect. uet. p. 75, adiectis reſponſionibus huius Odilberti, ac libro de ſacramento baptiſmi Leidardi epiſcopi Lugdun. ib. p. 74 alia deprehenditur epiſtola Caroli, de gratia ſeptiformis ſpiritus, quae ſic incoatur: *Karolus diuina miſericordia Rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanor. Hiltibaldo, Maginharto, Agino, Gerhoho, Hartricho ſanctis epiſcopis. Gratias agimus ſanctitati ueſtrae, quia ad familiariter a nobis interrogata familiare nobis reſponſum dare uoluiſtis &c.* In capit. I a. 813 plurima congruunt cum concil. Arelat. VI canonibus. C. XXVII: *ut hoc inquiratur, ſi de partibus Auſtriae uerum eſt, quod dicunt annon, quod preſbyteri de confeſſionibus accepto pretio manifeſtent latrones.* *Goldaſt.* t. II ſcript. rer. Alam. p. 134 Alamannicae eccleſiae ueteris canones tradit ex pontificum epiſtolis excerptos a Remedio Curienſi epiſcopo iuſſu Karoli M. regis Francorum et Alamannorum.

de gratia ſeptiformis ſpiritus.

31. Inquiratur, an preſbyteri accepto pretio latrones manifeſtent.

§. LIII.

Ex his cognoſcimus, quantam in rem ſacram contulerit curam Imperator, quantaque fuerit auctoritate. Ius ſacrorum hac aetate non, ut decet, diſpenſatum eſſe, quis miretur? Quis neſciat inſidias mille tam opimae praedae paratas? quem fugiat uis ſuperſtitionis? Carolus tamen, quantum rebus iam perturbatis licebat, ſatis magnum ſe praeſtitit. Iure ſuo, priſcoque more congregauit concilia, eisque praefuit. Id non modo capitularia, ſed etiam ipſa conciliorum decreta docent. Neque enim principi ius cauſſas, quas dicunt, eccleſiaſticas cognoſcendi ac dirimendi eripiebatur, nec comitia res tantum politicas tractabant. Synodi et comitia ſaepius promiſcue appellantur. Quapropter cum ueteres canones confirmauit Imperator noſter, tum nouos, pro rerum neceſſitatibus, ex conſilio epiſcoporum optimatumque, condidit. Tanti namque roboris non erant ſententiae patrum conuocatorum, ut principem regnique comitia tota obſtringerent. Audiamus teſtes ipſos epiſcopos in c. 26 Synodi Arelatenſis auctore Carolo habitae: *Haec igitur ſub breuitate, quae emendatione digna perſpeximus, quam breuiſſime adnotauimus et domino Imperatori praeſentanda decreuimus poſcentes eius clementiam, ut, ſi quid hic minus eſt, eius prudentia ſuppleatur; ſi quid ſecus, quam ſe ratio habet, eius iudicio*

Carolus ſibi uindicat ius ſacrorum.

2. Conuocat concilia.

Qualis auctoritas epiſcoporum,

emendetur; ſi quid rationabiliter taxatum eſt, eius adiutorio diuina opitulante clementia perficiatur. cf. §. LII, 8. Etſi Pontifex Roman. interdum conſuleretur, eius tamen decreta, niſi ſe Imperatori probarent, poſthabebantur. Latius de conciliis generalibus ſub Carolo M. habitis et eorundem ratione et modo egit *Petr. de Marca* L. VI de conc. ſac. et imp. c. 25; ac l. VII c. 20 nouam praxin iudiciorum eccleſiaſticorum ſub ſecunda regum dynaſtia introductam monſtrat contenditque, capitula Hadriani et apocryphas pontificum Roman. epiſtolas, tametſi in honore haberentur apud Gallos, uim tamen legis non obtinuiſſe, ſi conſtaret, eas canonibus aduerſas eſſe. Hinc efficitur, ut Carolus haud ſecus ac noſter Imperator caput chriſtiani populi uocetur; defenſorem et protectorem eccleſiae, non Romanae ſolius, ſe ipſe dixit exhibuitque. uid. ſupra §. XLVII, 10. In *ordine Romano* legitur ſacramenti formula, qua ſedi Romanae defenſionem pollicitus eſſe fertur: *In nomine Chriſti ſpondeo atque polliceor ego Imperator coram Deo et beato Petro Apoſtolo, me protectorem fore ac defenſorem huius ſanctae Romanae eccleſiae in omnibus utilitatibus, quatenus diuino fultus fuero adiutorio, prout ſciero poteroque.* *Goldaſt.* quoque eam t. II conſtit. imp. p. 5 tradit, ſed in rationali cum *Leopoldo a Bebenburg* fictam declarat. Excutitur etiam a *Polycarpo Leyſero* in conſilio de diplomatico hiſt. German. corpore concinnando p. 10. Vtcumque ſit, uecordem eſſe oportet, cui ob hoc iusiurandum Carolus Pontifici Rom. ſubiiciendus uideatur. Num hodie Imperator, ideo quod clauigero ſupremo protectionem ſpondet, gentis chriſtianorum caput eſſe deſinit? Nonne eorum quoque ciuium chriſtianorum Germaniae aduocatus eſt, qui Papae uocem audire nolunt? Immo pontifex ipſe, dum Imperatorem aduocatum aſſumſit, eum aliqua poteſtate inſtruxiſſe recte cenſetur, quam Carolus, ut rem patrimonialem et indiuiduam, in bona ſua retulit, ac in teſtamenti ſui §. 15 apud *Baluz.* t. I cap. p. 444 ita diſpoſuit: *Super omnia autem iubemus atque praecipimus, ut ipſi tres fratres curam et defenſionem eccleſiae ſancti Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab auo noſtro Karolo et beatae memoriae genitore noſtro Pippino rege et a nobis poſtea ſuſcepta eſt, ut eam cum Dei adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur et iuſtitiam ſuam, quantum ad ipſos pertinet et ratio poſtulauerit, habere*

et Pontificia Rom.

2. Se defenſorem eccleſiae exhibet Imp.

Formula iurisiurandi aduocati dubiae fidei;

nec ſubiectionem infert.

Defenſionem eccleſiae tribus filiis Carolus commendat.

bere faciant. Similiter et de ceteris eccleſiis, quae ſub illorum fuerint poteſtate, praecipimus, ut iuſtitiam ſuam et honorem habeant, et paſtores atque rectores uenerabilium locorum habeant poteſtatem rerum, quae ad ipſa loca pia pertinent, in quocumque de his tribus regnis illarum eccleſiarum poſſeſſiones fuerint. Ceterum rem praeſentem illuſtrarunt, quotquot fere uel de aduocatia armata, uel imperatoris, uel de protectione aequali eccleſiae Romanae et proteſtantium commentati ſunt, *Magerus*, *Sleuogtius*, *Beckius*, *Goebelius*, *Helfferichius*, *Schvvederus*, *Lubouici*, *Muldenerius*, alii. At enimuero munere aduocati eccleſiae Rom. non terminabatur imperatoris poteſtas. Merito imperium Romanum gubernare dicebatur, quia tam Pontificem Rom. quam urbem Romae eodem comprehendebat. Neque enim honoraria fuit Caroli patricia dignitas, neque ſola praefectura urbis conſpicua. Tanta putatur, ut imperatorius honor Carolo patricio maiorem poteſtatem non tribuerit, quamquam hac ſumma rerum potitus amplitudinem ſuam magis explicare potuerit, eamque ab omni alieno uinculo liberam declarare. Quantam hinc auctoritatem nactus ſit in pontifice Rom. et epiſcopis conſtituendis, diſcimus e *Gratiani* decreto diſt. LXIII c. 22 et 23: *Hadrianus autem Papa cum uniuerſa ſynodo tradiderunt Carolo et poteſtatem eligendi Pontificem et ordinandi apoſtolicam ſedem. Dignitatem quoque patriciatus ei conceſſerunt. Inſuper archiepiſcopos et epiſcopos per ſingulas prouincias ab eo inueſtituram accipere diffinitur, et ut, niſi a rege laudetur et inueſtiatur, epiſcopus a nemine conſecretur et quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis uinculo eum innodauit et niſi reſipiſceret, bona eius publicari praecepit.* A multis haec in diſceptationem uocantur, ſed tuetur ea, praeſertim aduerſus Baronium, *Pfeffinger.* ad Vitr. t. I p. 1350 ſq. add. *Schilter.* de libert. eccl. Germ. l. II c. XI. Sed fac, ſint falſi canones; res tamen ipſa uera, cum potiſſimum cogitamus, Carolum de Pontifice M. bene meritum perpetuam cum ipſo amicitiam coluiſſe, quam etiam produnt literae Hadriani in *codice Carolino.* cf. §. LII, 8. *Anaſtaſius* in uita Hadr. t. III ſcript. Murat. p. 186 fuſe commemorat, quam ſolenni apparatu Carolus patricius ab hoc pontifice ſuſceptus fuerit, in quem larga benignitatis documenta contulit Rex, in re diplomatica notatu digna: *Quarta feria egreſſus praeno-*

4. Eximia iura in pontif. Rom. urbemque Romae ſibi uindicat reſeruatque. De patricii dignitate, ac poteſtate.

Quid iudicandum de c. 22 et 23 d. 63?

Quam ſolenni ritu Carolus Patricius a Pont. Rom. ſuſceptus fuerit?

praenominatus pontifex cum ſuis iudicibus tam cleri quamque militiae in eccleſia b. Petri Apoſtoli, pariterque cum eodem rege ſe ad loquendum coniungens conſtanter eum deprecatus eſt atque admonuit et paterno affectu adhortari ſtuduit, ut promiſſionem illam, quam eius ſanctae memoriae genitor Pipinus rex et ipſe praecellentiſſimus Carolus cum ſuo germano Carolomanno atque omnibus iudicibus Francis fecerant b. Petro et eius uicario ſanctae memoriae domno Stephano iuniori Papae, quando in Franciam perrexit pro concedendis diuerſis ciuitatibus ac territoriis iſtius Italiae prouinciae et contradendis b. Petro eiusque omnibus uicariis in perpetuum poſſidendis, adimpleret in omnibus, cumque ipſam promiſſionem, quae in Francia in loco, qui uocatur Cariſiacus facta eſt, ſibi relegi fecisſet, complacuerunt illi et eius iudicibus omnia, quae ibidem erant adnexa et propria uoluntate, bono ac libenti animo aliam donationis promiſſionem ad inſtar anterioris ipſe antedictus praecellentiſſimus et reuera chriſtianiſſimus Carolus Francorum Rex aſcribi iuſſit per Etherium religioſum ac prudentiſſimum Capellanum et notarium ſuum, ubi conceſſit easdem ciuitates et territoria b Petro easque praefato pontifici contradi ſpopondit per deſignationem confinium ſicut in eadem donatione continere monſtratur i. e. a Lunis cum inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone i.e. in Verceto, deinde in Parma, deinde in Rhegio et exinde in Mantua atque monte ſilicis ſimulque et uniuerſum exarchatum Rauennatium ſicut antiquitus erat, atque prouincias Venetiarum et Hiſtriam, nec non et cunctum ducatum Spoletanum et Beneuentanum. Factaque eadem donatione et propria ſua manu ipſe chriſtianiſſimus Francorum Rex eam corroborans uniuerſos epiſcopos, abbates, duces etiam et graphones in ea adſcribi fecit. Quam prius ſuper altare b. Petri et poſtmodum intus in ſancta eius confeſſione ponentes tam ipſe Francorum Rex tamque eius iudices b. Petro et eius uicario ſanctiſſimo Hadriano Papae ſub terribili ſacramento ſeſe omnia conſeruaturos, quae in eadem donatione per eumden Etherium adſcribi faciens ipſe chriſtianiſſimus rex Francorum intus ſuper corpus b. Petri ſubtus euangelia, quae ibidem oſculantur pro firmiſſima cautela et aeterna nominis ſui ac regni Francorum memoria propriis ſuis manibus poſuit, aliaque eiusdem donationis exempla per ſcriniarium huius ſanctae noſtrae eccleſiae deſcripta eius excellentia ſecum deportauit. En! ſpecimen chartarum paricularum. *Holſtenius* in Ortelium p. 166 ſe donationem quamdam Caroli M. in archiuo S. Petri uidiſſe ait. add. *Murator.* t. V antiquit. Ital. diſſ. 69 de cenſibus ac reditibus

Donatio Caroli M.

ditibus olim ad ecclesiam Romanam spectantibus. Quid uero quantumue donauerit Carolus, ex hoc testimonio non omnibus liquet. Summam potestatem se sibi reseruasse, ex eo appareret, quod in locis concessis iudicia exercuit. Hadriano rebus humanis erepto, Carolus Leonem eligi permisit, cui nouam dignitatem gratulatus est in epistola, quam *Baluz.* T. I cap. 271 tradit: *Karolus gratia Dei Rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum Leoni Papae perpetuae beatitudinis in Christo salutem. Perlectis excellentiae uestrae literis et audita decretali chartula, ualde, ut fateor, gauisi sumus seu in electionis unanimitate seu in humilitatis uestrae obedientia et in promissionis ad nos fidelitate &c.* luget Hadriani obitum, suamque ecclesiae Romanae defensionem pollicetur. Angilberto, Romam eunti, in singularibus literis praescribit admonitiones Papae exponendas: *admoneas eum*, inquit, *diligenter de omni honestate uitae suae, et praecipue de sanctorum obseruatione canonum, de pia sanctae Dei ecclesiae gubernatione, secundum opportunitatem collationis inter uos et animi illius conuenientiam. . et de simoniaca subuertenda haeresi diligentissime suadeas illi, quae sanctum ecclesiae corpus multis male maculat in locis &c.* Cur Angilbertus Romam missus fuerit, ostendunt *Annal. Eginh.* ad a. 796: *Et mox per legatos suos claues confessionis S. Petri ac uexillum Romanae urbis cum aliis muneribus regi misit* (Leo,) *rogauitque, ut aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramenta firmaret. Missus est ad hoc Angilbertus Abbas monasterii S. Richarii.* Quis non perspiciat ex his Pontificis et populi Rom. obsequium, dominatum Caroli? Cum hic ipse Romam adiret, a Leone P. non modo ingenti pompa exceptus est, uerum etiam adoratus, more antiquorum principum, et Imperator salutatus. Ante uero quam id contigerat, iudicium de criminibus Pontifici obiectis habuit, quod denique iureiurando Pontificis, innocentiam suam probaturi, dirimebatur. Formulam sacramenti deprehendas apud *Baronium*, *Eccard.* t. II rer. Fr. or. p. 2, et alias: *Auditum, fratres carissimi, et deuulgatum est per multa loca, qualiter homines mali aduersus me insurrexerunt et debilitare uoluerunt et miserunt super me grauia crimina, propter quam causam audiendam iste clementissimus ac serenissimus dominus Rex Carolus una cum sacerdotibus et optimatibus suis sancta peruenit ad urbem: quamobrem ego Leo Pontifex sanctae*

Caroli ius in eligendo pontifice.

Epistola Caroli ad Leonem Pont.

Angilbertus Romam missus sacramenti fidem recepturus.

Leo P. crimina obiecta iureiurando diluit.

Romanae ecclesiae a nemine iudicatus neque coactus, sed spontanea mea uoluntate purifico et purgo me in conspectu coram Deo et angelis eius, qui conscientiam meam nouit, et b. Petro principe apostolorum, in cuius basilica consistimus, quia istas criminosas et scelleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec perpetrare iussi Testis mihi est Deus, in cuius iudicium uenturi sumus et in cuius conspectu consistimus et hoc propter suspiciones tollendas, mea spontanea uoluntate facio, non quasi in canonibus inuentum sit, aut quasi ego hanc consuetudinem aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis nec non et fratribus et coepiscopis nostris imponam. Capit. a. 802 c. 7, in §. antec. n. 22 docet, Leonem cum duodecim presbyteris iurasse. Praeterea Imperatoris imago in numis Romae cusis exprimebatur, ac pontifex in literis suis annos imperii computabat. Causam Imperatoris iam orarunt uiri cordati *Murator.* in dritti del' imperio sopra lo stato ecclesiastico; *Blanc* in diss. histor. sur quelques monnoyes de Charle magne, de Louis le debonnaire, de Lothaire et de leurs successeurs frapées dans Rome, qui potestatem Imperatorum in primis aduersus Alemannum asserit; *Baluz.* in praefat. Capitular. Quid auctoritatis Caesar in pontifice eligendo habeat, expositi *Euer. Otto* in diss. de iure imperatoris circa electionem pontificis Romani; *Estor.* in commentatione de iure excluiuae, quo Caesar uti potest, quum patres purpurati in creando pontifice sunt occupati, accedunt testimonia catholicorum de iuribus Caesaris augusti circa electionem pontificis Romani. At, proh! dolor, non omnes lucem, diuino munere nostris diebus datam, perferre possunt. Semper pontifici perinde litant, ac si caesares et reges ipsi subiici oporteret, ut seruus exsistat seruorum. uid. *Pichleri* augusta quinque Carolorum historia, praecipue in quaesitis ex gestis religiosis Caroli M. *Grebneri* tractatus historico-iuridicus de statu ecclesiae et iuris ecclesiastici obseruantia sub imperio regum et imperatorum stirpis Carolingicae. De episcopis multa narrant *capitularia*, sed ita, ut neque inter se, neque cum annalibus concordent. Nemo Carolum episcopos constituisse negat; disputant nonnulli, quo iure? At enimuero si penes eum auctoritas sacrorum fuit, si multo ante et aliquanto post Caroli aetatem huiusmodi potestas a principibus exercebatur; quid mirum, ipsum iure suo usum esse, cum

Alia argumenta iuris Caesarei in Pont. R. quod multi defenderunt.

5. Carolus constituit episcopos;

cum praeſertim in Germania multas eccleſias excitauerit, alias larga dote ornauerit. Ac licet diplomata paene omnia, quibus epiſcopis ſedes in Saxonia deſignantur, ſint labefactatae fidei; ideo tamen eas Carolum re ipſa ordinare potuiſſe, haud diffitemur. Saxones enim feroces, quos armis non poterat, religione manſuetos facere laborabat. Non autem omnes epiſcopos Caeſar ipſe nominabat; interdum clero electionem ea mente permittebat, ut electos ſibi probaret confirmaretque. §. LII, 22. *Conring.* in diſſ. de conſtitutione epiſcoporum Germaniae iam huic argumento ſatisfecit. Vbi Pontifex Rom. his rebus ſuam auctoritatem interponebat praeter morem: nihil tamen diſſentiente tentabat Carolo. Arnonem *Archiepiſcopum* Salisburgenſem appellauit Leo P. ſed *cum conſenſu et uoluntate*, ut ait in bulla apud *Hund.* metrop. Salisb. t. I p. 4 *praedicti filii noſtri domini Caroli praecellentiſſimi regis.* Epiſcopi baculos geſtabant iisque inueſtiebantur, tametſi e tabulis non conſtet. *Eckhard.* in diſſ. de pedo paſtorali §. 16 uſum baculi curui Caroli M. tempore inualuiſſe coniicit. *Quia enim aegre tulit Imp.*, inquit, *epiſcopum aliquem in Germania recto baculo, eoque non breuiori, ſed quali ſolebat, uti Carolus longiori et aureo, qui figuram regii ſceptri potius habuerit, eſſe uſum; fieri potuit, ut incuruato ſint uſi baculo epiſcopi, quo a ſceptro eſſet diſtinctus atque ſic offenſam Imperatoris declinarent.* Iam uero *Monachus Sangall.* l. 1 de geſt. Caroli M. c. 19 uerba Caroli recitat: *Quidam ex epiſcopis non contentus epiſcopatu, quem in primae Germaniae ſede obtinet, ſceptrum noſtrum, quod pro regiminis noſtri ſignificatione aurcum ferre ſolemus, pro paſtorali baculo, nobis ignorantibus ſibi uindicare uoluit.* Dignitas epiſcoporum tanta cum poteſtate coniuncta erat, ut comitiis adeſſent, non conſilia, ſed ſuffragia quaſi dicturi. Iuris huius honor ſuis ipſorum perſonis, non ſedibus inhaerebat, quae tam regia, qua hodie, nondum pollebant auctoritate. Quis negauerit, Carolum magnifica munera et eximia iura in epiſcopos contuliſſe? at eum nauiter impudentem eſſe oportet, qui illis ſuperioritatem territorialem tribuat. Equidem circumfertur decantatum iſtud: *Herbipolis ſola iudicat eſſe, ſola;* Carolus S. Burchardo epiſcopo Wurzburgenſi ducatum Franconiae cum poteſtate iudiciorum confirmaſſe perhibetur. Sed quibus auctoribus? inidoneis certe. conf.

Nonnumquam clerici eos eligebant.

Arno archiepiſcopus conſenſu Caroli conſtituitur.

De pedo paſtorali.

6. Epiſcoporum poteſtas perſonarum propria; non ſuperioritas territorialis.

Becki

Beckii diſſ. de ducatu Franconiae. *Pfeffinger.* ad Vitr. t. I p. 1178 add. *Helmſtetteri* diſſ. an ſtatus eccleſiaſtici habuerint regalia tempore Francorum. Id agere debebant epiſcopi, ut decens ordo in eccleſia ſeruaretur, ut conuentus publicos ſalutis communis cauſſa frequentarent, ut clericis et abbatibus cultus ſacri ac diſciplinae ratione bene praeeſſent; quapropter a negotiis profanis alieni, et ab expeditionibus bellorum, niſi grauior immineret neceſſitas, immunes eſſe iubebantur; conf. §. LII, 3. *Cang.* in Gloſſar. de hoſte et exercitu epiſcoporum. Interim ipſi iurisdictioni Imperatoris aut miſſorum eius ſubiecti erant, quamuis Pontifex Rom. iam hac aetate ad ſupremam iudiciorum poteſtatem eniteretur. *Petr. de Marca* de conc. Sac. et imp. l. VII c. 20 ſq. Multominus epiſcopi ſibi iudicium cauſſarum ciuilium arripere poterant, quod c. 281 l. VI capitul. e codice Theodoſ. petitum innuere uidetur; iſthanc enim legem falſam eſſe monſtrauit *Jac. Gothofredus.* Notum eſt, epiſcopis antehac quartam reditum eccleſiae aſſignatam fuiſſe. At ſub his temporibus opibus aucti, luxu perditi, diſtributionem antiquam parum curabant. *Paulinus* epiſcopus Aquileienſis in epiſt. ad Carol. M. in *Baluz.* t. I miſcell. p. 363 ita conqueritur: *res eccleſiae quae uocatae ſunt uota fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum, quibus fideles fidei ardore et Chriſti amore ſuccenſi ob animarum ſuarum remedium et caeleſtis patriae deſiderium ſanctam ditauerunt eccleſiam, ut his eccleſia Dei exornaretur et milites Chriſti alerentur et pauperes recrearentur et captiui pro temporum opportunitate redimerentur, rapientes, non ut paſtores, ſed ut praedones, in militiam et uanitatem mundanam contra ius diuinum expendere non detrectant. Vnde facillime coniici poteſt, quod plus terrena quam caeleſtia diligunt, plus mortales homines, quam dominum metuunt, cum ſcriptum ſit: obedire oportet Deo magis quam hominibus. Et iterum Apoſtoli inquiunt: Non enim oportet nos relinquere uerbum Dei et miniſtrare menſis.* Clericis, pauperibus, eccleſiae fabricandae definita praedia dari coeperunt. *Thomaſſin.* uet. et nou. diſcipl. eccl. p. III l. II c. 16, 19. Epiſcopi tamen cum clero ſuo adhuc canonicam uitam uiuere ſolebant, nec ſibi bona menſae ſeparata habebant. Quae accuratius oſtendit *Floerckius* in commentatione de orig.

Non niſi urgente neceſſitate militiae obnoxii erant epiſcopi. (§. LII, 21, LV, 26)

7. De reditibus eccleſiaſticis diſtribuendis. Male adminiſtrantur.

bonorum

bonorum menſae epiſcopalis c. I §. 6. De decimis conf. §. LII, 6, 20, 24. Canonici haud ita pridem ad regulam perpetuam adſtricti erant, quamquam nec antea, alia tamen ſub notione, incogniti eſſent. *Murator.* t. V antiq. diſſ. 62 in canonicorum genus ſat antiquum, quod ſaec. IV ſub S. Euſebio epiſcopo Vercellenſi floruit, incidere ſibi uiſus eſt. Nunc uero monachi ſiue regulares et canonici inter ſe diſcernebantur. Vt clerici et abbates, diuitiis praeſertim creſcentibus, eo diligentius rem diuinam procurarent; aduocatos uel ipſi ſibi adſciſcebant, uel a rege exſpectabant. Huiusmodi munus et nobiles et ingenui, qui propriam habebant haereditatem, in ſe recipiebant. Capit. II a. 813 c. 14. Formulam aduocatum conſtituendi leges Caroli M. apud *Murator.* t. I P. II ſcript. p. 95 expromunt: *Domne comes, hoc dicit Raynaldus epiſcopus, quod uult eligere Donatum, ut ſit ſuus aduocatus et de epiſcopatu, quod habeat, de hac hora in antea licentiam et poteſtatem de rebus eccleſiae appellationes faciendi et recipiendi et res eccleſiae per pugnam requirendi et excutiendi et quod fecerit per ſe uel cum epiſcopo de rebus eccleſiae permaneat ſtabile: dicis ita epiſcopo? dico domine comes. Praecipite fieri notitiam.* Ex his perſpicuum eſt, quae partes fuerint aduocatorum, quas iam luculentius, tabularum ope, expoſuerunt *du Freſne* in gloſſar. u. aduocatus; *Mager.* de aduocatia armata. *Murator.* t. V antiq. diſſ. 63. *Paullini* de aduocatis monaſticis; *Grupen.* in orig. et antiquitat. Hanouerenſ. c. V. Si qui eccleſias exſtruxerunt, earum ſaepius aduocati manebant, ac propterea haud diuerſi erant a patronis. Ceterum initia iuris patronatus nonnulli ad Carolum M. retulerunt; *Beſold.* diſſ. de patrocinio et clientela. At multo antiquiora eius ueſtigia leguntur. *Franciſc. de Roye* de iur. patronatus proleg. p. 2. conf. tamen *Boehmer.* iur. eccl. l. III t. 38 §. 23, qui §. 25 ex tabula *Vghelli*, quam poſthac excutiemus, nonnihil lucis afferre uoluit. Iam patientia te, lector, deficeret, ſi cuncta largitatis genera, quibus rem diuinam adiuuit Carolus, enumerarem. Specimina quaedam exhibuiſſe ſat eſto. De praediorum eccleſ. immunitatibus generatim tractant Capitul. incerti anni II et III apud *Baluz.* t. I p. 519. In *Vghelli* Ital. Sacr. t. II p. 243 ſq. Regienſis eccleſiae iura et tradi-

8. De canonicis.

9. De aduocatis.

Quomodo ſint conſtituendi.

de patronis eccleſiarum.

10. Diplomata munificentiam uariam docent, epiſcoporum eccleſiis exhibitam. Confirmat Carolus

ecclesiae Regiensis iura, chartis combustis, eam iudicum potestati subtrahit,

traditiones regum et reginarum, chartarum monimentis flamma consumtis, tribus codicillis eodem die confirmat; ac primis quidem eam praeterea a iudicum potestate et teloneis liberat: *ut nullus quilibet iudex tyrannica potestate in curtis uel rebus ipsius episcopi aut causis audiendis, nec froda* (freda) *exigenda seu mansionaticas aut paraticas faciendas uel fideiussiones tollendas, neque ullas retributiones* (redhibitiones) *publicas requirendas uel in propriis domibus sacerdotum uel clericorum suorum potestatiue aut tyrannice aliquando exerceat.*

a teloneis immunem facit,

Insuper de omnem ripaticum siue in salso siue in dulci, atque teloneum in omnibus foris nundinum seu nataticum (nauaticum) *aut potentaticum* (pontaticum uel portaticum) *saepe dictae sanctae ecclesiae Regen. absque ulla contradictione in perpetuum perdonamus.* Episcopus enim Apollinaris ante petierat: nec *per Padum sursum uel dorsum nauigando ripaticum tollendo, sicuti est Ferrariam aut Comaclum ubi supra dictus locus sacer salinas dinoscitur habere - - petit etiam quandam syluam iuris nostri sitam in comitatu Parmense &c.*

ac silua quadam donat.

Episcopo Wormatiensi *omnem siluaticum in Otewalt*, qui ad fiscum pertinuerat, concedit. *Schannat.* hist. episc. Wormat. cod. probat. p. I. Solennem exemtionis formulam ita interpreteris: fideiussores tollebat iudex, cum reum uadem sistendi eius dare cogebat. Fredum mulcta erat iudici exsoluenda. Pro fredo *Vghellus* perperam interdum exscripsit *feodum.* In Gall. Christ. *Sammarth.* t. IV col. 225 inter instrumenta Caroli charta a. 779 habet: *nec ulla potestas ad causas audiendum uel frida criandum* (h. e. clamandum) *aut fideiussorem tollendum.* In *Meurisse* episc. Metens. p. 185 freda locis sanctorum traduntur: *et ubi fredum ipsi agentes aut reliqui homines memoratae ecclesiae acciperent, freda ad ipsa loca sanctorum deberent Christo praesule proficere in augmentum* Si qui missi fuerint ad ius dicendum, *nullus mansionem contradicere* debebat, ex capit. l III c. 39. Quae missis apparabantur conuiuia, *paratae* dicebantur, unde uetus formula apud *Pithoeum: non ad mansionaticos uel repastos exigendum.* Redhibitiones sunt tributa ac praestationes aliae. *Stringebantur* homines, quando in uincula et carceres coniiciebantur. Latius haec exponit *Bignon.* in notis ad formulas Marculfi apud *Baluz.* t. II cap. p. 880. sq. Alterum diploma Regiense iura immunitatesque ecclesiae generatim roborat; tertium *Muratorio* suspectum uidetur.

II. Formula immunitatis a potestate iudiciaria explicatur.

tur. uid. infra §. LXVII,35. Pari modo exemit ecclesiam Mutinensem, petente episcopo Geminiano, ib. p. 91 Ital. Sacr.: *ut in monasteria et xenodochia seu ecclesias baptismales uel reliquas possessiones, quae ad dictum episcopatum pertinent, tam de donatione regis quam reginarum seu reliquorum Deum timentium hominum, unde moderno tempore ipsa casa Dei iuste inuestita est, aut quod diuina pietas ibi ampliscare uoluerit, nullus iudex publicus ad causas audiendum, uel fodra (treda) undique exigendum seu mansiones aut paratas faciendum, nec fideiussiones tollendum, neque hominibus ipsius episcopatus distringendum nec ullas redhibitiones publicas requirendum, iudiciaria potestas ibidem quoquam tempore ingredi uel exactare penitus non praesumat.* Ecclesiae Mutinensis similiter eximitur.

Precibus Dolcissimi, ep. Cenetensis satisfacturus, t. V p. 174 corroborat *omnes plebes atque iurisdictiones locorum uel terrarum que in prescriptis finibus uel terminationibus comprehenduntur.* Ecclesiae Cenetensi confirmat plebes et iurisdictiones;

Fortunato Gradensi patriarchae itidem immunitatem praestat ib. p 1095: *petiit, ut tale beneficium circa dictam memoratam sanctam ecclesiam ex nostra indulgentia concedere et confirmare debeamus, quatenus sub immunitatis nomine tam ipse, quam sacerdotes et reliqui, nec non serui, coloni, qui in terris suis commanent in Istria, Romandiola seu in Longobardia uel ubique quieto tramite uiuere et residere debeant -- nullus iudex publicus iniuste ad causas audiendum uel feuda (freda) exigendum &c.* Gradensi patriarchae immunitatem.

12. Episcopus Comensis teloneum, Berinzonam plebem, comitatum Clauennae, cluſas et pontem accipit:

Episcopo Comensi Petro comitatum Clauennae donauit, atque alia, quae petiit, donauit: ut *speciatiter theloneum de Meanto et Gegis, eum ipso loco et Berinzonam plebem, comitatum, districtum et ipsum portum, et comitatum Clauennae et eluſas et pontem iuris nostri Clauenne clericis Cumanis in canonicalem usum plenissima deliberatione donare et confirmare deberemus.* ib. p. 264.

Pariter ac episc. Placentinus in finibus descriptis teloneum consequitur.

Iulianus Episcopus Placentinus itidem teloneum impetrat, petens: *ut ob amorem Dei et animae nostrae salutem omnem iudiciariam uel omne teloneum de curte iam dictae ecclesiae nuncupante Gusiano eum suis adiacentiis, quae est sita in montaneis Placentinis per fines subtus denominatas, tam de Arimannis, quam et de aliis liberis hominibus per memoratas fines uel infra consistentibus, omnia quae a publico exigebantur pro mercedis nostrae augumentum in ipsa ecclesia sanctorum praedictorum concedere uiſi essemus.* Id. t. II p. 199.

13. Episcopo Vltraiect. confirmat decimas;

Episcopo Vltraiect. apud *Hedam* p. 39 decimas confirmat: *de rebus quas antecessores nostri -- ad ipsam easam Dei concesserunt uel ad illum episcopatum, ut omnem decimam de terris seu de mancipiis aut de teloneis uel de negotiis aut unde-*

cunque ad partes fiſci cenſus ſpectare uidebatur - - ut in luminariis ſeu ſtipendiis monachorum atque canonicorum, qui ibidem gentiles ad Chriſtianitatem conuertunt &c. et p. 41 uillam Luſiduna in pago Flehite ſuper alueum Hemi tradit *cum terris, manſis, domibus, aedificiis, mancipiis, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, mobilibus et immobilibus, omnia et ex omnibus, quantumcunque Wiggerus comes ibidem per noſtrum beneficium tenuit, etiam et foreſtas illas.* *Buchel.* in not. ad hoc diploma: *nuper quidam impoſtor*, inquit, *ut magno alicui uiro blandiretur corrumpere et peruertere non dubitauit et pro Liſiduna Lindinium reponere, qui locus eſt in Betua.* In *Mabill.* uet. analect. p. 293 eccleſiae Cenoman. nonas et decimas, et beneficia maſculis deficientibus, relinquit: *ibi nominatim eas in noſtro praecepto ſcribere praecepiſſemus ſub legitimo cenſu et nonas et decimas perſoluendas ſeu reſtaurationes eccleſiae faciendas - - praeſentaliter uero hoc concedimus, ut quando quisque de illis, qui ſaepe dictae eccleſiae beneficia noſtra largitione habent, de hoc ſaeculo infantibus maſculis non natis uel nobis non commendatis* (in uaſalliticum) *migrauerint, iam dictus pontifex uel ſui ſucceſſores ſiue eorum miniſtri atque canonici in poteſtatem et dominationem praefixae eccleſiae absque ullius conſignatione reuocare faciant;* et p. 294 pluribus exponitur, quibus ex rebus cenſus et nonae et decimae pendi debeant: *ut de omnibus conlaborationibus terrae tam feni quam et annonae omnium generum tam de ſua dominicata quam et de uaſallorum ſuorum, de uinericiis* (uincis uel uindemiis) *quoque et perdonato de paſtionilus et paſcuariis, de herbaticis et pullis, de piſcationibus et paſtionaticis i. e. de glandaticis, de melle et conlaborationibus, quae in hortis fiunt, de nutrimintibus animalium et caſeis, qui fiunt de uaccariciis dominicatis ac de omnibus redhibitionibus, quae ab hominibus memoratae matris eccleſiae recipiuntur, excepto hoſtilenſe i. e de bobus et coniecto* (contributione) *ad carros conſtruendos - - cenſum legitimum et nonas et decimas anni ſingulis partibus praeſcriptae matris eccleſiae abſque ulla maritione* (impedimento) *uel dilatione redd.re aut minoratione pleniter perſoluere faciant - - qui negligit cenſum perdat agrum et per hanc auctoritatem uel eorum negligentia uel contemtu ipſe perdant beneficia.* Eidem eccleſiae ius cudendae monetae conceſſiſſe dicitur Carolus, in charta Ludouici P. apud *Baluz.* t III miſc. p. 100. conf. *Bunau.* comment. de iure circa rem monetariam in Germania §. 29 ſq. Commutationem bonorum inter Egilvvardum epiſc. Wirceburg.

et uillam Liſiduna tradit.

Eccleſiam Cenoman. locupletat cenſu, nonis et decimis, et beneficiis uacantibus;

unde praeſtentur cenſus, nonae et decimae?

14. Eidem eccleſiae ius monetae permittit.

15. Confirmat eam mutationem.

burg. et Audulfum comitem initam confirmat: *Dedit igitur iam dictus uir Agilwardus uenerabilis episcopus de rebus monasterii sui, quod est constructum in honore S. Saluatoris, ubi S. Kylianus martyr pretiosus corpore requieseit, una cum consensu et uoluntate seruorum Dei ibidem consistentium, praedicto uiro Audulfo glorioso comiti ad partem nostram ecclesiam unam in uilla, quae uocatur Fridunbach, quae est in pago, cuius uocabulum est Colloguoe - - Similiter et in compensationem huius meriti dedit iam dictus Audulfus comes per nostrum comiatum* (commeatum, ueniam, Gall. congé) *de eius beneficio suprascripto uiro Agilwardo uenerabili episcopo et eius congregationi ad partem ecclesiae suae Wirzeburgensium, quae est constructa in honore S. Saluatoris, ecclesiam unam in pago Dubragaoe in uilla, cuius uocabulum est Sciffa, super fluuium, qui uocatur simili modo Sciffa - - Vnde et duas commutationes pari tenore conscriptas manibusque bonorum hominum roboratas nobis ostenderunt ad relegendum, sed pro integra firmitate petierunt celsitudini nostrae, ut in elymosina per nostrum mansuetudinis praeceptum ipsas commutationes denuo confirmare deberemus &c.*

16. Iudicium finium regundorum inter patriarcham Aquileg. et archiep. Salisb. componit.

Nec desunt libellorum exempla, quibus Imperator ecclesiarum controuersias composuit. Cum Vrsus patriarcha Aquilegiensis et Arno Iuuauensis archiepiscopus de prouincia Carantana inter se contenderent, utrius ad dioecesin pertineret, ille synodalibus gestis nisus, hic auctoritate pontificum Romanorum: Carolus diuisit prouinciam, Draui fluuio finitore, ac suam utrique partem assignauit. Tabulae exstant in *Vghell.* t. V p. 36, *Mezger.* hist. Salisb. et apud alios. Quid iuris episcopo Metensi ratione Salonae in abbatem S. Dionysii tribuendum sit, definit charta *Mabill.* r. d. p. 499: *qualiter ueniens Folradus capellanus palatii nostri et Abba S. Dionysii nobis retulit priuilegium a partibus S. Dionysii, quam senodalis consilius anno nono ad Patrisbrunna ex promisso Angalramno episcopo et Wibario archiepiscopo constituerunt de res proprietatis suae in loco qui dicitur Salona - - et meo in priuilegio insertum inuenimus, ut neque Angalramnus episcopus, neque successores sui neque archidiaconus neque missus ecclesiae suae Mediomatricus ibi in ipso coenobio pontificium habere non debeant, nisi si Abbas S. Dionysii expetierit ordinationes faciendi, chrismandi et tabulas benedicendi* Eidem monasterio S. Dionys. aduersus Herchenradum episcopum Paris. monasterium Placicium adscribitur, ac simul iudicium crucis declaratur: *dum per ipsis strumentis de utras-*

Aduersus ep Metensem defenditur Abbas S. Dionysii.

Vindicatur S. Dionys. monast. Placicium, et iudicium crucis explicatur.

utrasque partis certamen non declaratur, ut recto tramite ad Dei iudicium ad crucem eorum homines - - exire adque stare deberint - - quod ita et in capella nostra recensenda missa Harnaldo presbitero uisi fuerunt stetisse et ea hora protegente diuina dextera Dei Deus omnipotens suum iustum iudicium declarauit ut homo memorato Herchenrad. ep. nomine Corellus ad ipso Dei iudicium ad ipsa crucem trepidus et conuictus aparuit.

Fori priuilegium ministrorum ecclesiae Cenoman.

Id. c. l. p. 498. Fori priuilegium impertit tabula eccl. Cenoman. in *Mabill.* uet. analect. p. 293: *ut nullus iudex aut comes aut aliquis liber homo aut quaelibet persona praedictae ecclesiae ministros uel aduocatos in mallo publico accusare praesumat, sed prius conueniat ministros rerum et iudices uillarum atque hominum, a quibus laesus est, ut ab eis familiarem et iustam accipiat iustitiam, et si a praedictis ministris suam iustitiam accipere non ualuerit, tunc conueniat episcopum iam dictae ecclesiae, ut ab ipso suam iustitiam familiarem et bonam atque iustam accipiat et si ab ipso episcopo neque a suis ministris suam iustitiam accipere nequiuerit, postmodum licentiam habeat, ut in mallo publico suas querelas iuste et rationabiliter atque legaliter quaerat*

17. De aduocatis eccl. Regiensis.

Aduocatos eccleſiae Regienſ. memorat documentum *Vghell.* t. II p. 246: *habeantque sibi pontifices ipsius ecclesiae aduocatos duos uel tres, si necesse fuerit, quos ipsi elegerint, qui causam ipsius ecclesiae diligenter inquirant et examinent. Ipsi uero aduocati ab omni publica exactione sint immunes.*

18. Monaſteria ſibi curae habet Carolus.

Si monaſteria contemplamur, quot inſignia munificentiae ſpecimina animaduertimus! Noua coenobia excitauit Carolus, quamquam origines fabulis ſaepius inquinentur. Iam ſub regni initiis a. 769 Brantoſmi monaſterium in Aquitania condidiſſe fertur. *Mabill.* t II ann. Bened. p. 217 n. 24.

Condit coenobia, aut, ut condantur, permittit, ueluti Abbati Flauiniac.

Abbati coenobii Flauiniac. apud Corbiniacum coenobium conſtruere permittit ac praecipit: *ut monachi quos ibi mittetis, ne aliquando mandatorum Dei uiam obliti saepius in Flauiniacum reuertantur coenobium ibique officia sua confirment et meliorati iussu tuo et monachorum tuorum reuertantur. Censum uero quemcumque statueris eis omni tempore soluant; ab alio uero censu tuo amore liberos reddo uti reddidi Flauinicum.* Analect. moniment. coenob. Flauiniacenſ. Sirmondi apud *Labb.* t. I MSt. p. 270.

Renouat documenta antiqua, aut donationes uetuſtas Mon. Epternac.

Roborat literis coenobiorum patrimonia, ſi neceſſarium uiſum eſt, ac confirmat inſtrumenta antiqua, renouat amiſſa. In tabulis monaſt. Epternac.: *eo quod bonae memoriae Karlomannus quondam Germanus noster - - uisus fuit condonare, sed negligentia eueniente nequaquam cartula concessionis*

ipsius

ipſius germani noſtri exinde accepta fuiſſet ; apud *Marten.* t. I uet. ſcr. et mon. p. 47. *Calmet.* hiſt. Lothar. t. I prob. p. 294. Iura antiqua S. Dionyſ. monaſt. firmatin *Mabill.* r. d. p. 500 : *unde et ipſas praeceptiones manus roboratas et bonae memoriae genetore meo Pippini condam regis ſe prae manibus habere affirmat et hoc usque nunc inuiolabiliter aſſerit eſſe conſeruatum.* Addatur charta confirmationis monaſt. S. Stephani (quod *Mabill.* t. II ann. Bened. p. 220 obſcurum) deprecante Maurolo epiſcopo Andecan. *Coint.* t. V ann. eccl. p. 750; Monaſterii Noualicienſis, petente Frodoino abbate. *Murator.* t. III antiq. p. 972; monaſt. Gorzienſis. *Calmet.* c. l. p. 283; monaſt. Honaug. *Laguille* hiſt. d' Alſace p. 8. At ſua ipſius quoque liberalitate ornauit monaſteria. Ita monachorum S. Martini Turon. menſae uillas aſſignatas approbat, addens: *eiusdem monaſterii cellelario fratrum miniſtretur, ſicut ordinatum eſt, unde tempore ſibi inſtituto fratribus pleniter ſeruire poſſit. Portarius autem menſe Decembri de ſuo miniſterio ſeruiat, de aliis uero uillis ſolito modo ligna et annonae ſiue uolatilia miniſtrentur.* *Marten.* c. l. p. 33 et p. 37 eorumdem ueſtimentis prouidet. Abbati S. Dionyſ. monaſteriolum quoddam S. Deodati in Voſago hoc modo largitur: *donamus ad caſa ſancti domni Dionyſii martyris - - ubi et domnus et genitor noſter Pipinus rex requieſcere uidetur et nos, ſi Deo placuerit, ſepelıri cupimus donatumque ibidem ad ipſo ſancto loco eſſe uolumus et ubi Folleradus Abbas et cuſtos praeeſſe dignoſcitur - - ea uidel. ratione, ut ſemper ipſi fratres decem aut quindecim per uices ibidem ipſum locum cuſtodire debeant et ibi aſſidue in pſalmis et miſſas et ceteras obſecrationum orationibus uel peculiares orationes pro nobis et pro domno atque glorioſo genitore noſtro dominum preces exorare die et nocte non deſiſtant.* *Calmet.* c. l. p. 284. *Hugo* in ſacrae antiq. monim. p. 195 t. I huic diplomati hanc adiicit annotationem : *quis collatum paucis abhinc annis monaſterium Tullenſi eccleſiae Iacobo epiſcopo ereptum putabit a Carolo M. ut Dionyſianae faciat eccleſiae de furto donatiuum.* Apud eumdem *Calmet.* c. l. Abbati S. Arnulfi haud diſſimilis fit donatio : *qualiter nos in elemoſina dilectiſſimae coniugis noſtrae Hildegarde reginae - - uillam cum omnibus ſuis adiacentiis ideo ſpecialiter in ipſo ſancto loco concedimus, ut exinde pro remedio praedictae coniugis noſtrae continue die noctu-*

Mon. S. Dionyſ.

S. Steph.

Noualicienſis Gorzienſ. Honaug.

Variae donationes, quibus ornauit mon. S. Martin. Turon.

Menſae proſpicit et ueſtimentis.

Abbati S. Dionyſ. monaſteriolum S. Deodati tradit;

Abbati S. Arnulfi uillam.

noctuque luminaria ad eius ſepulchrum fieri debeant - - et quod ex iisdem luminaribus ſuperfuerit, illi exinde praeordinati ab ipſis cuſtodibus alantur, qui pro ſaepe fatae dilectae noſtrae coniugis anima miſſas quotidie faciant uel pſalmodiam et preces in conſpectu domini iugiter effundant.

19. Venationes permittit coenob Sithienſi

Venationem permittit coenobio Sithienſi: *ut ex noſtra indulgentia in eorum proprias ſiluas licentiam haberent eorum homines uenationem exercere, unde fratres conſolationem habere poſſint, tam ad uolumina librorum tegenda, quamque et manicias* (manicas, chirothecas) *et ad zonas faciendas, ſaluas foreſtes noſtras, quas ad opus noſtrum conſtitutas*

et S. Dion.

habemus. *Mabill.* r. d. p. 611, et monaſt. S. Dionyſ. p. 645: *uillas quas ipſe domnus genitor noſter per manus noſtras ad ipſam caſam Dei dudum delegauerat - - ſicut uſque nunc a fiſco noſtro cognoſcuntur eſſe poſſeſſa cum utriusque ſexus genera feramina ceruorum capreolorum ex quorum coriis libros ipſius ſacri loci cooperiendos ordinamus, nec non etiam ex ſupradicta uenatione infirmorum fratrum corpora ad tempus reparanda et roboranda conſtituimus - - ita ut nullus comes nec uicecomes nec uicarius nec centenarius nec ullus exactor iudiciariae poteſtatis aut teloneum aut freda exigenda aut feramina ſine licentia Abbatis capienda aut laqueos tendere uel pedicas.*

20. Abbati Anian. terram intra fiſci terminos ſitam concedit.

Benedicto Abbati Anian. poſſeſſionem cellae nouae confirmat: *quod ipſe* (Benedictus) *una cum monachis ſuis loca aliqua erema infra fiſcum noſtrum nuncupante Iuuiniacum, antiquo uero uocabulo uocatur Fonte-agricolae nunc autem noua cella appellatur, quam ipſi proprio opere aedificauerunt, etiam et molina duo infra ipſius terminum fiſci ſuper fluuium Lero uiſi ſunt conſtruxiſſe et inter mare et ſtagnum loco qui uocatur Porcarias una cum conſenſu comitum et ceterorum Chriſtianorum ibi circumquaque habitantium de loca erema accepiſſet - -* (petitur confirmatio et impetratur) *ut neque nos neque iuniores ſeu ſucceſſores, quae memorato uiro uenerabili Benedicto Abbati aut ſucceſſoribus ſuis de ſupradicta loca undecumque ad praeſens ipſe et monachi ſui cum aequitatis ordine ac iuſte et rationabiliter ueſtiti eſſe noſcuntur, inquietare aut calumniam generare praeſumatis.* in *Mabill.* Saec. IV act. SS. Ord. S. Bened. P. I p. 98.

21. Appendiciae enumerantur.

Res donatas cum appendicibus enarrari, multis exemplis comprobari poſſet. In *Mabill.* c. l. petente Angilberto Abbate monaſt. Centulens. confirmatur poſſeſſio uillae Foreſte *cum omni ornatu eccleſiae et omnibus uel appendiciis ſeu adiacentiis ſuis.* In t. II Ann. Bened. p. 719 legitur: *in aedificiis, curtis, oglatis, arboribus pomiferis et inpomiferis, aquis*

aquis aquarumque eductibus &c. Oglata, olca, terrae portio arabilis foſſis uel ſepibus undique clauſa. *Cang.* in gloſſar. Alia paſſim indicabimus. Commutationes rerum eccleſiarum auctoritate regis contrahebantur. Quae Fulradus Abbas S. Dionyſii et Eufemia Abbatiſſa S. Petri Metenſ. inter ſe commutarunt, rata eſſe iubet Carolus. *Mabill.* r. d. p. 501. Commutationem Meroldi epiſcopi Cenom. et Rabigaudi Abbatis Aniſol. approbat in *Marten.* c. l. p. 35. At commutationes haſce conſilio fratrum fieri debuiſſe, ex pluribus chartis, praeſertim *Martenianis* conſtat, quae habent: *per conſenſum et conhibentiam fratrum.* Ab onere uectigalium uariis formulis liberantur monaſteria. In charta mon. S. Germani Pariſ. apud *Hedam* p. 43: *ut annis ſingulis quocumque in regno noſtro negociantes ipſius ſancti loci pergere uelint, ſicut ipſe Robertus Abbas mercari uidetur, tam ad luminaria comparanda, quam pro reliqua neceſſitate diſcurrentes - - ne teloneus exigatur, nec de nauali uel carrali, neque de ſaumi* (clitellis) *ſeu tranae* (tractoria) *enectione uel rotaticum uel pontaticum nec puluer aticum* (uectigal pro labore uiarum et puluere in uiam regiam comportato) *nec ſalinaticum nec ceſpitaticum uel ullam redhibitionem quam fiſcus noſter exinde poſſit ſperare.* *Mabill.* r. d. p. 469 et t. II ann. Bened. p. 276 n. 58, p. 699 in append n. 16 pro mon. Honaug. *ut nullo teloneo nec nauigato nec carrado, enectione nec rotatico nec pontatico nec ſalutatico nec pulueratico nec ceſpitatico, nec ulla redhibitione, quod fiſcus noſter exinde poterit ſperare.* *Doublet.* p. 708 ſq. *nullum teloneum, neque excluſaticum* (quod ad excluſas, écluſes, penſitatur) *neque decimum, neque barganaticum* (uel a barca uel a *barganiare*, barguigner, marchander dictum) *Baluz.* t. II capit. p. 1401 exhibet documentum mon. Cormaricenſ. quo permittitur, ut monachi - - *licentiam haberent naues duas per Ligerim fluuium et Meduanam ſ. Sartam huc illucque pro neceſſitatibus dirigendi et nullum teloneum neque de ſale neque de ullis quibuslibet rebus - - dare debeant - - nec teloneum nec ſaluaticum nec portaticum.* *Vghell.* t. V p. 704 in tabulis S. Mariae de Organo: *ut neque naualia telonia, quae ripaticos uocant, atque terreſtria, neque in tranſitibus portarum uel pontis urbis Veronae uel cuiuslibet alterius ciuitatis aut oppidi aliquid dare ſeu perſoluere cogantur.* uid. tamen §. LXVII, 24. Add. priuilegium mon. Flauiniac. in *Labb.* t. I MS.

22. Confirmantur commutationes, quae conſenſu fratrum fieri debebant.

23. A uectigalibus immunia praeſtantur quaedam coenobia, e.c. S. Germani

Honaug.

Cormaricenſ.

S. Mariae de Organo

p. 270; mon. Noualicienſ. *Murator.* t. V antiq. p. 967. Abbati S. Emerami decima uectigalium pars ad concinnanda luminaria conceditur. *Lunig.* ſpicil. eccl. III th. p. 642. Haud pauca monaſteria in ſingularem ſuam defenſionem, tuitionem, protectionem uel mundiburdium recepit, illisque poteſtatem Abbatem eligendi indulſit, atque alienae iurisdictioni ea ſubtraxit. In *Mabill.* Saec. IV Act. SS. P. I p. 193 Benedictus Abbas Anian. monaſterium manibus Caroli delegatum defenſioni ipſius et dominationi tradidit, qui poſſeſſiones acquiſitas et acquirendas confirmat, a iudiciaria poteſtate eximit, atque hanc adiicit clausulam: ſi deceſſerit Benedictus, *qualem meliorem et nobis per omnia fidelem ipſa ſancta congregatio de ſupraſcripto monaſterio aut de qualicumque loco uoluerint eligere Abbatem, qui ipſam ſanctam congregationem ſecundum regulam S Benedicti regere ualeat per hanc noſtram auctoritatem et permiſſa indulgentia licentiam habeant et ubicumque uoluerint ordinari aut ipſi aut monachi ipſorum uel a quolibet pontifice ex praecepto et conſenſu noſtro poteſtatem habeant.* *Besly* hiſt. des comtes de Poictou p. 155: *qualiter uir illuſtris Rogerius comes fidelis noſter monaſterium proprietatis, quod ipſe in loco nuncupato Karrofum in pago Pictauenſe conſtruxit, cum omnibus appenditiis ſuis et adiacentiis in manibus noſtris pleniſſima deliberatione uiſus eſt delegare, ubi et uirum uenerabilem Dauid conſtituit Abbatem - - ſtatuentes ergo iubemus, ut neque uos neque iuniores ſeu ſucceſſoresque ueſtri uel quislibet ex iudiciaria poteſtate in eccleſiis uel locis uel agris ſeu reliquis poſſeſſionibus ſupraſcripti monaſterii noſtri ad cauſas audiendum uel freda undique exigendum, nec manſiones aut paratas faciendum uel fideiuſſores tollendum, aut homines ipſius eccleſiae diſtringendum nec ullas redibitiones requirendum ullo unquam tempore ingredi aut exactare praeſumatis.* *Vghell.* t. IV p. 74 literas, quibus monaſterium S. Ambroſii firmatur, tradit: *iubemus, ut ſicut conſtat ab iam ſato uiro uenerabili Petro archiepiſcopo* (in chartae primordiis dicitur epiſcopus) *monaſterium - - ſtabilitum eſſe, inſpecta ipſius auctoritate per hoc noſtrum ſerenitatis praeceptum atque confirmationis donum perpetuis temporibus iure firmiſſimo ſtabiliter permanere habeat et neque Abbas ibidem ordinetur extraneus ullo unquam tempore, niſi ex ipſa congregatione, ut ſupra diximus, ſanctae Dei eccleſiae Mediolanenſium nobisque per omnia fidelis, quem fratres eligere uoluerint, qui eos ſecundum diuinas leges*

24. Multa in mundiburdium ſuſcipit, a poteſtate iudiciaria liberat, abbatis electionem permittit. Anian. monaſt.

Karrofenſe;

S. Ambroſ.

leges et regulam S. Benedicti ualeat gubernare. Chron. Farf. in *du Cheſne* t. III ſcript. rer. Franc. p. 652: *ipſi monaſterio concedere debemus, qualiter ipſa caſa Dei ſub tali priuilegio eſſe deberet, ſicut cetera monaſteria Lirinenſium, Agaunenſium et Luxouienſium, ubi priſca patrum Baſilii, Benedicti, Columbani uel ceterorum patrum regula cuſtodiri uidetur, ut nullus epiſcoporum pro electione abbatis dationem accipere debeat et poteſtatem non habeat de ipſo monaſterio auferendi cruces, calices, patenas, codices uel reliquias.* Haec *Mabill.* t. II Annal. Bened. p. 232 n. 59 ita illuſtrat: ubi dum priſca patrum Baſilii, Benedicti et Columbani uel ceterorum patrum regula monaſteriis Lirinenſi, Agaunenſi et Luxouienſi tribuitur, uel id de harum regularum in eodem monaſterio coniunctione interpretandum, uel potius dicendum eſt, his uerbis haberi rationem primitiuarum regularum, principio in illis monaſteriis obſeruatarum, in quibus una tunc ſancti Benedicti regula uidetur uiguiſſe, cuius unius fit mentio in diplomate Ludouici Auguſti, ubi de iisdem monaſteriis agitur, conceſſo, ut idem Farfenſe monaſterium ſub tali priuilegio conſiſtat, *ſicut cetera monaſteria, quae in Francia ſub S. Benedicti patris norma conſiſtunt.* Fuſior explicatio deprehenditur in praefat. Act. SS. Ord. S. Bened. ſaec. IV P. 1, ubi aduerſus Cointium antiquitatem regulae S. Benedicti aſſerit. cf. § LII, 29. *Ratpert.* monachus S. Galli de orig. et diuerſis caſibus monaſterii S. Galli c. 3 apud *Goldaſt.* t. I rer. Alamann. p. 3 edit. Senckenberg. tabulas huc ſpectantes memorat: *quod audiens Rex* (Karolus) *gauiſus eſt et protinus utriusque coenobii fratribus S. Galli ſcilicet et Augenſis firmiſſima auctoritate priuilegium optatum contradidit* (quod *Coint.* ad a. 780 refert) *et ſcripta emunitatis ad haec eadem retinenda fieri praecepit, quae ſignaculo ſuae auctoritatis firmauit, conſtituens atque praecipiens, ut poſt mortem epiſcopi monachi praedictorum monaſteriorum poteſtatem haberent ſibi eligendi abbates et ut nulli absque regibus deinceps eſſent ſubiecti. Fratres igitur laeti redierunt in ſua, epiſcopus autem cartas utrorumque, quas rex fieri praecepit, ſecum retinuit. Cum igitur idem praeſul finem ſibi praeſentis uitae cogneſceret imminere, aſſumta Augenſium fratrum carta ad ipſum monaſterium deuenit, cartam autem fratrum de monaſterio S. Galli in ſcriniis Conſtantienſis eccleſiae dereliquit, eo quod noluiſſent nepotem illius ſibi Abbatem, ſicut pridem promiſerant, eligere. Senſerant enim, cartam a rege datam multum eſſe de-*

25. Farfenſe. De regulis antiquis monachorum.

26. De iure eligendi Abbat. S. Galli.

Mon. S. Galli ſoli regi ſubiicitur,

prauatam et multo aliter, quam rex iuberet et res eorum indigeret, esse conscriptam. Idcirco nepotem illius sibi Abbatem eligere neglexerant. Similiter autem et fratres alterius monasterii fecerant. Postquam igitur praefatus episcopus uita excessit, Augenses quemdam senem presbyterum et monachum nomine Petrum sibi elegerunt Abbatem cum consilio Hildigardae reginae, cuius etiam adminiculo res apud illos ita perstitit, quia a Geraldo comite Germano praedictae reginae locus ipse maxime constitit et augebatur. Quanti monasterium S. Galli fecerit Carolus, testificatur etiam *Ekkehard.* Minimus de uita B. Notkeri c. 29: *Karolus M. Imperator in tantum dilexit locum S Galli et ita familiaris erat fratribus, ut eum non aliter nominarent, nisi noster Karolus - - nam et auxit locum praediis uehementer et firmauit eum regalibus, testamentis et honoribus.* In *Hund.* metrop. Salisb. t. I p. 149 S. Emerami ecclesia in libertatem hac lege uindicatur, ut unoquoque anno septem aureos Romam ad altare S. Petri persoluat. Si qua causae cognitione opus esset, rex uel missum rem inuestigare iubebat, uid. Chron. Farf. in *Murator.* t. II p. II script. rer. Ital p. 442, uel iudicabat ipse. In praecepto mon. Caunens. apud *Baluz.* t. II capit. p. 1399 et nouae hist. Occitan. t. I p. 28 legimus: *si aliquae causae aduersus eos surrexerint uel homines eorum autoltae fuerint, quas in promptu absque graui illorum dispendio definire non potueritis, usque in nostram praesentiam reseruentur, quatenus ante nos secundum legis ordinem accipiant finitiuam sententiam.* *Cang.* in uoce *autoltae* haeret. Si non reponendum: *aut toltae fuerint* h. e. iniustae exactiones, scriptum forte autolta pro autarta, rebelli. Varia placita nostram aetatem attigere, quibus rex nonnumquam ipse praefuerat; egregia certe ueteris iudiciorum ordinis documenta. Dabimus ipe- cimen ex *Mabill.* r. d. p. 501: *Aduocatus S. Dionysii - - repetens ab eis et dicens eo quod rem S. Dionysii in ipso pago Tellao in loco qui dicitur Sonarciaga uilla super fluuium Itta, quem S. Dionysius per suum brachium conquisiuit* (quod obscurum Mabillonio, nisi si hanc uillam Clodouaeus iunior S. Dionysio concessit, ut ei satisfaceret ob raptum (si tamen id uerum est) argentum, quo brachium ipsius conclusum erat) *post se retinebant in sua potestate malo ordine - - - unde et aduocatus S. Dionysii - - - suam notitiam, quam se proposuit habere ante nos legibus obtulit uel adpraesentauit ad religendum. Relecta ipsa notitia inter-*

quod multum Carolus dilexit.

De mon. S. Emerami. 27.

Cognoscit rex controuersias monasteriorum. Caunens.

Placitum pro mon. S. Dionys.

interrogatum fuit ipſo Rifero comite, ſi haec cauſſa uel ipſa notitia uera et uerax erat aut non. Sed ipſe Riferus comes nobis taliter ſuum praebuit teſtimonium, quod haec cauſſa uel ipſa notitia uera et uerax eſſet - - proinde nos taliter una cum fidelibus noſtris i. e. cum Richardo comite, Gunthardo comite &c. Woraldo comite palatii noſtri uel reliquis quamplurimis uiſi fuimus iudicaſſe - - propterea iubemus, ut quia hanc cauſſam ſic actam uel perpetratam eſſe cognouimus, ſupraſcriptus aduocatus S. Dionyſii contra ſaepedictos homines inſpecta ſua notitia iam dictam uillam Sonarciagam ad partem S. Dionyſii omni tempore habeat euindicatam atque elidicatam. Ib. p. 502 monaſterio S. Dionyſii bona, iniuſte emta, nihilominus confirmantur: *qualiter - - res aliquae in ducatu Alamanniae fiſci ditionibus redactae fuerunt, quas modo diuerſi homines quaſi iure proprio poſſidebant iniuſte et aliquis exinde iam per uenditiones, donationes, ſeu diuerſos quoslibet modos habebant diſperſas: ex quibus Hrodbardus comis quondam ab Hunnido ſeu ab aliis hominibus per cartas uinditionis exinde res aliquas uiſus fuit comparaſſe - - quae partibus S. Dionyſii martyris, ubi eius precioſum corpus requieſcit, inlicito ordine uiſus fuit uendidiſſe uel delegaſſe, unde Mainarius Abba per ſuos Wadios legibus nobis uiſus eſt reueſtiſſe. Sed - - praefatas res ad ipſa caſa Dei prumptiſſimo animo et uoluntate benigna concedere ac delegare decreuimus.* Iudicio aderat Carolus in uilla Selateſtati, apud *eumdem* t. II ann. Bened. p. 699 n. 18: *perinde nos taliter una cum fidelibus noſtris hi ſunt Mudrigo, Odrigo, Theodrigo, Bernehardo, Albuino, Aginhardo, Beringario, comitibus et Anſelmo comite palatii noſtri uel reliquis quampluribus uiſi ſumus iudicaſſe, ut dum ipſi - - nullatenus poterant denegare - - uiſi ſunt reddidiſſe uel reuertiſſe et per eorum feſtucam ſibi in omnibus dixiſſe exitum.* Forte pro reuertiſſe legendum *reueſtiſſe*, quemadmodum paullo ante, Wadium interdum etiam ſignum translatae poſſeſſionis, feſtucam, ſignificat. *Cang.* u. Wadium. Ib. n. 17 mandat, ut eccleſiae Honaugienſi ablata reſtituantur: *commendat omnibus iudicibus terrae illius, ut illi quaerant omnes res eccleſiae cum ratione ſecundum legem Francorum, quia res peregrinorum propria ſunt regis. Hellwich.* antiqu. Laurisham. in Iohannis ſcript. Mogunt p. 12: *ueniens ad nos Hariſtallio palatio uir uenerabilis Gundelandus Abba de monaſterio Lauresham - - nobis innotuit, eo quod homo aliquis nomine Heimricus de ipſo monaſterio calumnias generare uoluiſſet, dum diceret, quod ſuus pater Cancor eum de ipſo monaſterio*

cuius bona quaedam roborantur.

Iudicio Selateſtati adeſt.

28. Reſtituuntur ablata eccl. Honaug.

Res peregrinorum regis propriae.

Alia uindiciarum exempla, mon. Lauriſham.

ſterio ueſtitum dimiſiſſet - - tunc ipſe Heimricus - - per feſtucam ante nos exinde dixit exitum. Tunc nos una cum fidelibus noſtris - - taliter uiſi fuimus iudicaſſe, ut de hac cauſſa omni tempore ipſe abbas habeat euindicatum atque elitigatum. Prum. *Marten.* c. l. p. 51 in charta mon. Prum: *inuentum eſt manifeſte per Odilbardum et alios ueraces homines infra patriam habitantes de praedicta uilla Lauriaco, quod noſtrae hereditati legibus ac iuſte deberetur et nullam inibi Aſoarius Abba deberet habere iuſtitiam. Qui in conſpectu noſtro ac plurimorum proceerumque noſtrorum praeſentia ſtans in iudicio ſecundum quod lex Romana edocet et ſui Scabinii ei* Legis Rom. fit mentio. *iudicauerunt, praedictas uillas - - reddidit.* lb. p. 59: *manſum unum una cum ſeruo nomine Williario cum omni peculiare uel acqueſitu ſuo et totam legem, quam pro ipſo manſo uel pro ipſo ſeruo ipſe Tancradus uenerabilis Abba et eius aduocatus reuuadiauit* (h. e. ſatisdederunt, ſe in iudicio ex lege hac de re reſponſuros eſſe) *pro eo quod Meginfredus quondam ſeruus noſter non habens partem ad ipſam caſam Dei antea delegauerat et miſſus noſter Remigiarius comes in cauſſa noſtra legibus ſuper eum euindicauit.* Ex huiusmodi tabulis uaria quoque probationum genera addiſcimus. Chron. Vulturn. apud *du Cheſne* t. III ſcript. rer. Franc. p. 677: *neque per poſſeſſiones parentum ſeu per aliam quamlibet rationem excepto per ueriſſimas cartulas, cum quibus ſe accuſatores regulariter defendere queant iuſtasque conſignationes utiliter conſignatas;* et in *Murator.* rer. Ital. ſcript. t. I p. II p. 349: *ut ſi aliquo tempore orta fuerit contentio inter abbatem Vulturnenſem uel aduocatum ſuum ſeu de ſeruis uel aliqua cauſa, liceat eis ſe defendere per ſcariones eiusdem monaſterii, ſicuti antiquitus conſuetudo fuit.* Scarionem *Cangius* interpretatur oſtiarium uel miniſtrum iudicem (quaſi noſtrum Scherg) uel certe iudicem minorem. *Murator.* t. I antiq. p. 133 ſq. oſtendere laborat, ſcariones fuiſſe ſeruorum praefectos, über die Scharen. In codicillis *Vghell.* t. V p. 704 praeſcribitur, quomodo de rebus monaſterii S. Mariae de Organo cognoſci oporteat: *Sancimus, ut ubicumque ad praefatum aliquid pertinet monaſterium ſiue in montibus ſeu in planiciebus ſecundum legum promulgationes Romanarum, ſi quaelibet inde particula diminuta fuerit, requiratur, ita ut per circummanentes boni teſtimonii bonaeque famae homines inquiſitio de rebus eiusdem fiat coenobii, ſicque ad ius et dominium atque poſſeſſionem perpetuam ipſius monaſterii deuoluatur. Permutationes uero*

29. Varii probandi modi. per inſtrumenta

Vulturnenſibus liceat ſe per ſcariones defendere.

Probatio per teſtes.

immo-

immobilium rerum eiusdem monaſterii, quae factae ſunt, tam cum praediis poteſtatis noſtrae, quam cum aliis hominibus ita firmas et ſtabiles perenniter fore decernimus, ac ſi ab initio conſtitutionis eius ipſae res eidem collatae fuiſſent coenobio. Notatu praeterea dignus eſt libellus ſupplex monachorum Fuldenſ. Carolo Imperatori exhibitus, quo turbarum cauſſae, quas Ratgarius abbas mouerat, imperator uero poſtea per aliquot epiſcopos compoſuit, exponuntur. *Brouver.* antiq. Fuld. l. III p 212. Ceterum eccleſias quasdam cathedrales monachi tenebant; hinc eccleſiae primariae interdum etiamnunc *Münſter* dicuntur. Inſigniores abbates nonnumquam epiſcoporum titulo fulgebant, ueluti abbas S. Martini Turon. et S. Dionyſii Pariſ. *Mabill.* ſaec. III act. SS. p. I in praefat. §. 3 ſq.

Querelae Fuldenſ. aduerſus abbatem.

90. Monachi poſſident eccleſias cathedrales. Abbates quidam epiſcopi uocantur.

§. LIII.

Nunc uideamus, qua ratione Imperator Status politici curam ſuſceperit. Quo latius eius imperium patebat, eo acrius laborandum erat, eoque maior prudentia requirebatur. Regis idea in praeſcriptis ſuis expreſſa cernitur; ex his et Carolum noſtrum cognoſcemus, ſi perſpexerimus, quo modo ius iſtud praecipuum maieſtatis, legum nempe ferendarum, in uſum deduxerit. Sub regni exordio iam capitulare edidit, ex ſententia *Baluz.* p. 189, quod ita incipit: *Karolus gratia Dei rex regnique Francorum rector et deuotus ſanctae eccleſiae defenſor atque adiutor in omnibus apoſtolicae ſedis. Hortatu omnium fidelium noſtrorum et maxime epiſcoporum ac reliquorum ſacerdotum conſultu ſeruis Dei per omnia omnibus armaturam portare &c. probibemus.* (§. XLVII, 10) *Baluz.* T. II in notis p. 1032 annotauit, in VII libro Capitul. c. 123 uerba: *apoſtolicae ſedis* cum ſequenti: *hortatu* coniungi, cum tamen in codice Laudunenſi et apud Burchardum et Iuonem diſtinguantur, nec alia capitularia, niſi rarius, apoſtolicae ſedis mentionem faciant. In c. XII huius capitularis primi ſtatuitur, *ut ad mallum uenire nemo tardet primum circa aeſtatem, ſecundo circa autumnum. Ad alia uero placita, ſi neceſſitas fuerit, uel denuntiatio regis urgeat, uocatus uenire nemo tardet.*

Status publici conditio.

2. De conuentibus publicis ordinariis.

Moris erat apud Francos, aliosque Germaniae populos, ut menſe Martio, quo annus incoabatur, comitia celebrarentur, quae campus Martius dicebantur, uel mallus. Sed cum iſtud tempus

tempus neque iter facientibus, neque militi luſtrando ſatis conueniret, Pippinus pro campis Martiis Maios inſtituit. Auctis uero, cum imperio, negotiis, circa autumnum alterum placitum habebatur, pro futuri anni neceſſitatibus. Patet praeterea ex hoc capitulo, regem quoque extra ordinem placita indixiſſe. uid. *du Freſne* uoc. *mallus* et *placitum*. et ſur l'hiſtoire de S. Louis par de Joinville et diſſ. IV et V des cours et des feſtes ſolenelles des roys de France. *Eccard.* de reb. Franc. orient. t. I p. 548 et t. II p. 98. A. 777 Saxones ex omni parte uenerunt et domno regi Carolo per Wadium manibus ſuis reddiderunt patriam, et ſpoponderunt, ſe eſſe Chriſtianos. Et anno ſequenti iterum multitudo Saxonum baptizata eſt et ſecundum morem illorum omnem ingenuitatem illorum et alodem manibus gurpierunt, (nobis *gevverfen*, h. e. dimiſerunt) ſi amplius immutaſſent ſecundum malam conſuetudinem illorum. *Mon. Egolism.* p. 242. In capitulari a. 779 c. XII ea uoluit conſeruari Carolus, *quae in placitis et Synodis Pippinus rex conſtituit.* c. XIV *de truſte facienda nemo praeſumat.* h. e. ut nemo iuramento fidelitatis ſe alteri, quam regi addicere audeat; *truſtis* enim exponitur fides, *treue.* *Eccard.* ad L. Salic. p. 64. *Baluz.* in not. ad h. c. iſtud mutilum eſſe opinatur, ac ſuppleri debere ex L. Langobard. L. III tit. 4 c. 2: *de truſte facienda, ut nemo praeſumat ad uos uenienti manſionem uetare, et quae neceſſaria ſunt, ſicut uicino ſuo ei uendat.* *Truſtem* autem interpretatur *ſeruitium regale.* c. XVII: *de itinerantibus qui ad palatium aut aliubi pergunt, ut eos cum collecta nemo ſit auſus adſallire. Et nemo alterius herbam defenſionis tempore* (h. e. quando prata ſegetesque clauduntur) *tollere praeſumat, niſi in hoſtem* (expeditionem) *pergendo aut miſſus noſter ſit. Et qui aliter facere praeſumſerit, emendet* c. XVIII: *de teloneis qui iam antea forbanniti fuerunt* (h. e. aboliti) *nemo tollat, niſi ibi ubi antiquo tempore fuerunt.* c. XXI: *Si comes in ſuo miniſterio iuſtitias non fecerit, miſſos noſtros in ſua caſa ſoniare* (commorari, ſaumen) *faciat, usque dum iuſtitiae ibidem factae fuerint. Et ſi uaſſus noſter iuſtitias non fecerit, tunc et comes et miſſus ad ipſius caſam ſedeant et de ſuo uiuant, quousque iuſtitiam faciat.* Additur huic capitulari *decretale precum quorundam epiſcoporum, qualiter pro rege et exercitu eius hac inſtanti tribulatione* famis ſcil. et contagiorum *a fidelibus in orationibus et eleemoſynis*

3. Saxones ſe ſubmittunt.

4. De truſte.

De peregrinantibus.

Nova teloneа inhibentur.

Comes ad iuſtitiam adminiſtrandam cogatur.

5. Preces publicae et eleemoſynae imperantur.

moſynis Deo ſupplicandum ſit. Ordinant miſſas, pſalteria et ieiunia, itemque eleemoſynas ita, ut *unusquisque epiſcopus, aut abbas uel abbatiſſa, qui hoc facere poteſt, libram donet de argento, mediocres uero mediam libram, minores uero ſolidos quinque.* Eadem ratione conferant comites *fortiores et mediocres. Vaſſus dominicus de caſatis ducentis mediam libram, de caſatis centum ſolidos quinque, de caſatis quinquaginta aut triginta unciam unam.* Ex his *Blancus* in hiſt. des monnoyes de France p. 94 colligit, libram hoc tempore 20 Solidis conſtitiſſe, ac denarium pondus $25\frac{12}{15}$ granorum habuiſſe. Thaſſilone, Duce Baioariae, in monaſterium detruſo, hanc prouinciam a comitibus regi uoluit Carolus, quos inter erat Geroldus, de quo loquitur charta apud *Hund.* in M. S. T. II p. 7: *quoniam nos in eleemoſyna noſtra ad deprecationem Geroldi comitis fidelis noſtri concedimus atque confirmamus ad monaſterium S. Mauritii, quod eſt ſitum in ducatu Baioariorum* (ergo nomen ducatus non tollebatur cum ducibus). L. Baiuuariorum, Ratisbonae a. 788, uti coniectat *Velſerus*, *Cointius* a. 792, quaedam capitula addidit. *Baluz.* p. 207. c. I: *de banno regis inrupto componendo.* c. II: *ut eccleſia, uiduae, orphani uel minus potentes pacem rectam habeant. Et ubicunque fuerit infracta, ſexaginta ſolidis componatur.* c. IV: *ſimiliter et qui iuſſionem regiam in hoſte bannitus* (mannitus) *inruperit.* In capitulari III a. 789 c. I cauetur, *ut comites pupillorum et orphanorum cauſas primum audiant. Et in uenationem non uadant illo die quando placitum debent cuſtodire, nec ad paſtum.* (conuiuium) c. II: *de ſacramento fidelitatis cauſa quod nobis et filiis noſtris iurare debent, quod his uerbis conteſtari debet. Sic promitto ego ille partibus domni mei Karoli regis et filiorum eius quia fidelis ſum et ero diebus uitae meae, ſine fraude uel malo ingenio.* C. XI: *de eo quod miſſi noſtri prouidere debent ne forte aliquis clamor ſuper epiſcopum uel abbatem uel abbatiſſam uel comitem ſeu ſuper qualemcumque gradum ſit et nobis renuntiare.* C. XIX: *ut miſſi noſtri prouideant beneficia quomodo ſint condirecta et nobis renuntiare faciant.* Capitulatio de partibus Saxoniae c. XI ita ſancit: *Si quis domno Regi infidelis apparuerit, capitali ſententia punietur.* C. XXVI: *ut nulli hominum contradicere uiam ad nos ueniendo pro iuſtitia reclamandi aliquis praeſumat, et ſi aliquis hoc facere conauerit, noſtrum bannum perſoluat,* C. XXVIII: *ut munera ſuper innocentem nullus accipiat. Si fecerit, bannum ſoluat; ſi comes hoc fecerit, honorem ſuum perdat.*

6. Inter comites Baioariae erat Geroldus.

7. Additio LL. Baiuuar.

Sacramentum fidelitatis.

Miſſi beneficiorum curam habeant.

8. Capitulatio de partibus Saxoniae.

Digitized by Google

Ne comites altercantes rem regis negligant.

C. XXIX: *Vt uniuersi comites pacem et concordiam ad inuicem habere. studeant. et si forte inter eos aliqua discordia aut conturbium ortum fuerit, ut nostrum solatium uel perfectum* (profectum) *pro hoc non demittant.* C. XXX: *Si quis comitem interfecerit uel de eius morte consilium dederit, hereditas illius ad partem regis eueniat et in ius eius redigatur.*

Caedes comitum bonorum publicatione punitur.

C. XXXI: *dedimus potestatem comitibus bannum mittere infra suo ministerio de faida uel maioribus causis in solidis sexaginta; de minoribus uero causis comitis bannum in solidis duodecim constituimus.*

De banno comitum.

C. XXXIV: ne Saxones agant conuentus publicos, nisi per iussionem Regis. Noluit igitur Rex antiquas Saxonum leges abrogare, sed emendare et ad rem praesentem accommodare, posteaquam hic populus

Ne Saxones inuito rege conuentus habeant.

Francorum ciuitate receptus, et comitiorum regni particeps factus erat, sicut e Capitul. Saxon. a. 797 cognoscimus. Capitulare

9.

Tassilo se manibus regis tradit.

Francoford. a. 794 c. 1 tradit, Tassilonem in gratiam regis rediisse, postquam *omnem iustitiam et res proprietatis quantum illi aut filiis uel filiabus suis in ducatu Baioariorum legitime pertinere debuerant, gurpiuit atque proiecit. Vnde tres breues ex hoc capitulo uno tenore conscriptos fieri praecepit rex, unum in palatio retinendum, alium praefato Tassiloni, ut secum haberet in monasterio, dandum, tertium uero in sacri palatii capella recondendum fieri iussit.*

Pretium annonae definitur.

C. II: *ut nullus homo siue ecclesiasticus siue laicus sit ut nunquam carius uendat annonam siue tempore abundantiae siue tempore caritatis, quam modium publicum et nouiter statutum. De modio de auena denario uno, modio ordei denarius II, modio sigali denarii tres, modio frumenti denarii quatuor. Si uero in pane uendere uoluerit, duodecim panes de frumento habentes singuli libras duas, pro denario dare debeat &c. Et qui nostrum habet beneficium diligentissime praeuideat, quantum potest Deo donante, ut nullus ex mancipiis ad illum pertinentes beneficium fame moriatur, et quod supersit ultra illius familiae necessitatem, hoc libere uendat iure praescripto.*

De nouis denariis.

C. III: *in omni loco, in omni ciuitate et in omni emporio similiter uendent isti noui denarii et accipiantur ab omnibus. Si autem nominis nostri nomisma* (h. e. monogramma, quamquam *Sirmond.* Carolum Caluum primum monetis monogramma inscripsisse putet) *habent et mero sunt argento pleniter pensantes, si quis contradixit eos in ullo loco, in aliquo negotio emtionis uel uenditionis, si ingenuus est homo, quindecim solidos componat ad opus regis; si seruilis conditionis, si suum est illud negotium proprium, perdat illud negotium aut flagelletur nudus ad palum coram populo;*

impune non recusandis.

si

si autem ex iussione sui domini fecerit, tunc ille dominus solidos quindecim componat, si ei approbatum fuerit. Capitulare de uillis et curtis Imperatoris, quae iudicum et maiorum sint partes, census uarios, aliaque ad rem occonomicam pertinentia, docet. C. XVI: *nolumus ut quicquid nos aut regina unicuique iudici ordinauerimus aut ministeriales nostri Sinescalcus et Buticularius de uerbo nostro aut reginae ipsis iudicibus ordinauerint, ad eorundem placitum, sicut eis institutum fuerit, impletum habeant. Et quicunque per negligentiam dimiserit, a potu se abstineat, postquam eis nuntiatum fuerit, usque dum in praesentia nostra aut reginae ueniat et a nobis licentiam quaerat absoluendi.* Capitulare, de ministerialibus palatinis, homines ignotos et meretrices latitantes uult inuestigari c. I et II, et c. III si quis de *his qui in palatio deseruiunt aliquem hominem propter furtum aut aliquem homicidium uel adulterium uel aliud aliquod crimen ab ipso perpetratum et propter hoc ad palatium uenientem atque ibi latitare uolentem recipere praesumat; is malefactorem in collo ad mercatum portare debet, deinde ad cippum in quem idem malefactor mittendus est. Si seruus fuerit, similiter illum malumfactorem in collo suo usque ad cippum deportet et ipse postea in mercatum adducatur, et ibi secundum merita sua flagelletur. Similiter de gadalibus* (a *gaden*, quod lupanar) *et meretricibus uolumus ut apud quemcunque inuentae fuerint ab eis portentur usque ad mercatum, ubi ipsae flagellandae sunt; uel si noluerit, uolumus ut simul cum illa in eodem loco uapulentur.* C. IV: *quicunque homines rixantes in palatio inuenerit et eos pacificare potuerit et noluerit, sciat damnum quod inter eos factum fuerit participem esse debere.* Langobardorum legi a 801 capitula quaedam addidit Carolus, de heribanno, herisliz siue desertione, quod maiestatis crimen, de latronibus, mutilationibus; C. I: *si quis pro salute animae suae de rebus suis chartam donationis quamlibet facere uoluerit, non sicut hactenus fieri solebat, ius sibi uendendi, commutandi et per aliam chartam eandem rem alienandi reseruet, sed absolute faciat unusquisque de rebus suis, quod uelit et nouerit sibi a nostra auctoritate penitus interdictum esse duas de eadem re facere donationes.* C. VI: *aldiones uel aldianae ad ius publicum pertinentes ea lege uiuant in Italia in seruitute dominorum suorum, qua fiscalini uel liti uiuunt in Francia.* Quod de Saxonibus admonuimus, ad Langobardos quoque pertinet. Nimirum et his uetustas leges reliquit Rex, addendi iure sibi seruato; sed ut populi permisti erant,

10. De uillis regiis earumque iudicibus.

Negligentes potu se abstineant.

11. Quid sit officium ministerialium palatinorum? Ne facinorosos celent.

Rixantes inter se concilient.

12. Addit. LL. Langobardor. Ne quis duas unius rei donationes faciat.

Aldiones cum fiscalinis aequantur.

alii lege uiuebant Langobarda, alii Romana, alii Salica, dummodo ſuam quisque profiteretur.

13. Anno 802 Imperator ex optimatibus ſuis prudentiſſimos et ſapientiſſimos uiros tam archiepiſcopos, quam et epiſcopos et abbates laicosque in uniuerſum regnum miſit et per eos quaedam capitula diuulgauit. C. II ut omnes usque ad duodecimum aetatis annum fidelitatem Imperatori promittant, hac ſacramentali formula, quae exponitur in Capit II h. a. *qualiter promitto ego quod ab iſto die in antea fidelis ſum domno Karolo piiſſimo Imperatori filio Pipini Regis et Berthanae Reginae pura mente absque fraude et malo ingenio de mea parte ad ſuam partem et ad honorem regni ſui, ſicut per drictum debet eſſe homo domino ſuo. Si me adiuuet Deus et iſta Sanctorum patrocinia, quae in hoc loco ſunt, quia diebus uitae meae per meam uoluntatem, in quantum mihi Deus intellectum dederit, ſic attendam et conſentiam.* C. VI: *ut beneficium domni imperatoris deſertare nemo audeat, propriam ſuam exinde conſtruere.* C. XXVI: *ut iudices ſecundum ſcriptam legem iuſte iudicent, non ſecundum arbitrium ſuum.* C. VIII: ut nullum bannum uel praeceptum domni Imperatoris nullus *marrire* h. e. infringere praeſumat. Capitulatis ſecundi c. X *de illis hominibus qui noſtra beneficia habent deſtructa et alodes eorum reſtauratos.* C. XI *de illis Saxonibus, qui beneficia noſtra in Francia habent, quomodo aut qualiter habeant condricta* h. e. dirigant. In Capitular. III a. 803 c. III miſſi iubentur *Scabinios, aduocatos, notarios* per ſingula loca eligere et eorum nomina, quando reuerſi fuerint, ſecum ſcripta deferre. C. V: *ut illi qui beribannum ſoluere debent, coniectum faciant ad beribannatorem* h. e. exactori non nihil ſoluant praeter multam. C. VII: *ut bauga* (arcus) *et brunias non dentur negotiatoribus.* C. IX: *ut non mittantur teſtimonia ſuper ueſtitura domni Pipini R.* C. XIX: *ut populus interrogetur de capitulis quae in lege nouiter addita ſunt. Et poſtquam omnes conſenſerint, ſubſcriptiones et manufirmationes ſuas in ipſis capitulis faciant.* C. XX: *nullus ad placitum banniatur, niſi qui cauſam ſuam quaerit, aut ſi alter ei quaerere debet, exceptis Scabinis ſeptem, qui ad omnia placita praeeſſe debent.* C. XXIX: *ſi aliae res fortuito non praeoccupauerint, VIII Kal Iul. i. e. miſſa S. Iohannis Baptiſtae ad Mogontiam ſiue Cabillonem generale placitum noſtrum habere uolumus.* C. XXII: *ut nullus praeſumat per uitam regis et filiorum eius iurare.* Capitular. VII d. a. c. I *de banno domni Imperatoris et Regis, quem per*

Formula ſacramenti fidelitatis.

Ne quis detrimento beneficii domini patrimonium ſuum augeat.

14. Iudices ſequantur ſcriptam legem.

15. Miſſi eligant Scabinos, aduocatos, notarios.

Ne armadentur negotiatoribus.

Populus capitula confirmet

Septem Scabini omnibus placitis adeſſe debent

Ne quis per uitam regis iuret.

16. De banno

per semetipsum consuetus est bannire i. e. de mundiburgio ecclesiarum, uiduarum, orphanorum et de minus potentum personarum atque et de exercitali placito instituto, ut hi qui ista irruperint bannum dominicum omnimodis componant. In capitulari II et III a. 805, quae sunt eiusdem argumenti, cauetur c. V, *de armis infra patriam non portandis i. e. scutis et lanceis et loricis.* C. VI: *omnis homo de duodecim mansis bruniam habeat, qui uero bruniam habens, eam secum non tulerit omne beneficium cum brunia perdat.* C. VII: *de negotiatoribus, qui partibus Sclauorum et Auarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant i. e. partibus Saxoniae usque ad Bardenwvihc, ubi praeuideat Rediz et ad Schesla* (altenzella) *ubi praeuideat Madelgoz, ad Magadoburg praeuideat Atto. Ad Erpisfurt praeuideat Madalgoz.* (in altera editione: *ad Halagestat ipse Madalgoz*, quod *Eccard.* T. II rer. Franc. Orient. p. 104 Bambergam esse putat, olim *Altstat* dictam) *ad Forcheim ad Brianperg Odulf* (Nurembeig explicat *Eccard.* c. l.) *et ad Reginisburg Odulf. Ad Loriacum Warinarius.* C. IX: *ut nulli alteri per Sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis et unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem et sui senioris.* C. XV: *de liberis hominibus, qui ad seruitium Dei se tradere uolunt, ut prius hoc non faciant, quam a nobis licentiam postulent. Hoc ideo quia audiuimus aliquos ex illis non tam causa deuotionis quam exercitu seu alia functione regali fugiendo, quosdam uero cupiditatis causa ab his qui res illorum concupiscunt circumuentos audiuimus.* C. XVIII: „de falsis monetis, quia in mul„tis locis contra iustitiam et contra edictum nostrum fiant, uolu„mus, ut nullo alio loco moneta sit nisi in palatio nostro Illi tamen „denarii qui modo monetati sunt, si pensantes et meri sunt, habean„tur. C. XIX: missi heribannum exigant, ut de homine habente libras sex accipiant legitimum heribannum i e. libras tres. C. XX: *census regalis undecunque legitime exiebat, uolumus ut inde soluatur siue de propria persona hominis, siue de rebus.* Anno 806, II uel VIII Id. Febr. regnum inter filios diuisit; cuius rei chartam exhibet *Baluz.* p. 439, quam *P. Pithoeus* in praefat. Scriptor. histor. Franc. fictam esse putat; *Cointio* uero et iis, qui fide digniora exempla, quam Pithoeus, uiderunt, genuina uidetur merito. Apparet ex ea, populum successorem eligere potuisse, sicut Carolus ipse, Pipino mortuo, electus est; libero homini licere se commendare cuicumque uoluerit ex tribus regnis, quorum populis et

imperatoris, h. e. de mundiburdio ecclesiarum, uiduarum, orphanorum &c.

Qui XII mansos possidet, bruniam habeat.

Quousque negotiatores proficisci debeant.

Ne quis liber homo ecclesiasticus fiat sine regis permissione.

Nusquam fiat moneta nisi in palatio regis.

De heribanno et censu regali.

18. Diuiduntur regna.

Populi tamen consensus haud negligitur.

et affinitates inter se contrahere permittatur. Controuersiae propter terminos regnorum ortae, quae hominum testimonio declarari non possunt, iudicio crucis, non pugna uel campo decidantur. Filiae Imperatoris degant sub tutela fratris, quem elegerint, aut nubant. Capitulare tertium a. 806 c. I uetat, *ut nullus ad mallum uel ad placitum infra patriam arma i. e. scutum et lanceam portet.* Capit. IV h. a c. VIII: *quod non amplius de illis iustitiis* (censibus, ad fiscum pertinentibus) *missi nostri ad praesens modo faciant, nisi de temporibus Tassilonis seu Liutpirgae, exceptis illis, qui aui et genitoris nostri uel ad nos uenerint. Et marcham nostram, secundum quod ordinatum et saneitum habemus, custodiant una cum missis nostris.* Capit. V eiusd. a. c. VII et VIII: ne comites et alii, qui habent beneficia regalia, comparent sibi proprietates de ipso nostro beneficio, uel reddant id ad alios homines in proprietatem et in ipso placito dato pretio comparent ipsas res iterum sibi in alodum. Capitulare a. 807 Aquis datum docet, qua ratione in hostem eundum sit; C. IV: *ut comites nostri propter uenationem et alia loca placita sua non dimittant, nec ea minuta faciant.* C. V: *si partibus Hispaniae siue Auaratiae* (Auariae) *solatium fuerit necesse praebendi, tunc de Saxonibus quinque sextum praeparare faciant* (in hostem.) *Et si partibus Beheim fuerit neeesse solatium ferre, duo tertium praeparent. Si uero circa Sorabis patria deferenda necessitas fuerit, tunc omnes generaliter ueniant.* C. VI: *de Fresonibus uolumus, ut comites et uasalli nostri, qui beneficia habere uidentur et caballarii, omnes generaliter ad placitum nostrum ueniant bene praeparati. Reliqui uero pauperiores sex septimum praeparare faciant et sic ad condictum placitum bene praeparati hostiliter ueniant.* Capitul. a. 808 iterum de monetis praecipit, *ut in nullo loco moneta pereutiatur nisi ad curtem et illi denarii palatini mercentur et per omnia discurrant.* Capitul. I. a. 809 c. XIX: *ut nullus cogatur ad pontem ire ad flumen transeundum propter telonei causam, quando ille in alio loco compendiosius illud flumen transire potest.* C. XXV: *ut loca ubi placita esse debent bene restaurata fiant, sicut ore proprio diximus, quo in hiberno et in aestate ad placita obseruanda usus esse possit.* uid. n. sq. Capitul. II. h. a. cum priori fere conuenit. C. XI: *ut iudices, aduocati, centenarii, praepositi, uicarii, scabini, quales meliores inueniri possunt, constituantur ad ministeria sua exercenda.* C. XIII: *ut in locis ubi mallus publicus haberi solet tectum tale constituatur quod in hiberno et in aestate obser-*

19. Ad mallum inermis quisquis accedat. Deiustitiis.

20. Ne ex beneficiis proprietates comparentur.

21. Qui castra sequi debeant, ex Saxonibus, ex Fresonibus.

22. De monetis et teloneis. Propter teloneum nemo per pontem flumen transire cogatur. Restaurentur loca placitorum.

23.

obſeruandus eſſe poſſit. C. XIV: *ut ſacramenta, quae in palatio fuerint adbramita* (anberamet, a tradito ramo) *in palatio perficiantur, et ſi conſacramentales homines cum ipſo uenire renuerint, iuſſione dominica aut indiculo aut ſigillo uenire cogantur.* Capitulare III a. 811 exponit cauſſas, ob quas homines in exercitum non ſint profecti, ſcil. epiſcopi, abbates et eorum aduocati dicebant, ſibi in tonſos clericos non eſſe poteſtatem; nec comitibus in pagenſes. Immo ipſi epiſcopi, abbates ſiue comites liberos homines ad caſam miniſterialium nomine mittebant, qui ſunt falconarii, uenatores, telonearii, praepoſiti, Decani et alii quidam homines ſe Pippini et Chluduici dicebant, quorum ad ſeruitium ſibi eundum eſſet; pauperes proprietate ſua ſpoliatos eſſe; alii, ſeniores domi reſidere, eos debere cum ſenioribus pergere, ubicumque iuſſio Imperatoris fuerit. Capitular. I a. 812 docet, quotusquisque in hoſtem pergere debeat, et qui excepti ſint, nimirum *omnis liber homo qui quatuor manſos ueſtitos de proprio ſuo ſiue de alicuius beneficio habet, ipſe ſe praeparet et ipſe in hoſtem pergat ſiue cum ſeniore ſuo. Qui uero tres manſos de proprio habuerit, huic adiungatur unus, qui unum manſum habeat et det illi adiutorium, ut ille pro ambobus ire poſſit. Qui autem duos manſos tantum de proprio habet, iungatur illi alter, qui ſimiliter duos manſos habeat, et unus ex eis, altero illi adiuuante, pergat in hoſtem.* C. V: homines regis et epiſcoporum et abbatum, qui propter beneficia ſua uel propria in hoſtem pergere debent, ſe uero pretio redimunt, perinde ac domini eorum bannum ſoluant. C. VIII: Scribantur quatuor huius capitularis exemplaria; unum habeant miſſi noſtri; alterum comes, in cuius miniſteriis haec facienda ſunt; tertium miſſi noſtri, qui ſuper exercitum noſtrum conſtituendi ſunt; quartum cancellarius noſter. Capitulare ſecundum eiusd. a. itidem de bellica expeditione nonnulla tradit. C. II: *heribannus non exactetur neque in terris, neque in mancipiis, ſed in auro et argento, palliis, atque armis et animalibus atque pecudibus, ſiue talibus ſpeciebus, quae ad utilitatem pertinent.* C. III: Si quis demum poſt conditum placitum uenerit, tot diebus quot neglexit, carne et uino abſtineat. C. IV: *quicunque absque licentia uel permiſſione principis de hoſte reuerſus fuerit, quod factum Franci herisliz dicunt, uolumus ut antiqua conſtitutio i. e. capitalis ſententia, erga illum puniendum cuſtodiatur.* C. V: *quicunque ex eis beneficium principis habent, parem ſuum* (comaſallum) *contra hoſtes communes in exercitum pergentem dimiſerit et cum eo ire aut ſtare*

Quaedam ſacramenta in palatio fiant.

24. Cur multi militiam ſubterfugerint.

25. Qui in hoſtem pergere debeant, pro manſorum copia.

Quatuor ſcribantur huius capitularis exempla.

26. Vnde exigatur heribannus.

Poſt placitum uenientes carne et uino ſe abſtineant.

Herisliz capite punitur.

Honorem et benefi-

cium perdat, qui cum pari suo ire non uult.

ſtare noluerit honorem ſuum et beneficium perdat. C. VIII: *ut ſecundum antiquam conſuetudinem praeparatio ad hoſtem faciendam indicaretur et ſeruaretur i. e. uictualia de marcha ad tres menſes et arma atque ueſtimenta ita obſeruari placuit, ut his qui de Rheno ad Ligerem pergunt, de Ligere initium uictus ſui computetur &c.* Capitul. III d. a. de iuſtitiis faciendis. C. II: *Vt epiſcopi, abbates, comites, et potentiores quique, ſi cauſam inter ſe habuerint ac ſe pacificare noluerint, ad noſtram iubeantur uenire praeſentiam, neque illorum contentio aliubi finiatur, neque propter hoc pauperum et minus potentium iuſtitiae remaneant. Neque comes palatii noſtri potentiores cauſas ſine noſtra iuſſione finire praeſumat, ſed tantum ad pauperum et minus potentium iuſtitias faciendas ſibi ſciat eſſe uacandum.* C. IV: *ut nullus homo in placito centenarii neque ad mortem neque ad libertatem ſuam amittendam aut ad res reddendas uel mancipia iudicetur, ſed iſta aut in praeſentia comitis uel miſſorum noſtrorum iudicentur.* C. VIII: *propter* iuſtitias, *quatuor tantum menſibus in anno miſſi noſtri legationes noſtras exerceant in hyeme Ianuario, in uerno Aprili, in aeſtate Iulio, in autumno Octobrio. Ceteris uero menſibus unusquisque comitum placitum ſuum habeat et iuſtitias faciat.* C. X: *ut miſſi noſtri cenſus noſtros diligenter perquirant, undecunque antiquitus uenire ad partem regis ſolebant. Similiter et freda.* Capitul. II a. 813 c. VIII: *ut uicarii luparios habeant unusquisque in ſuo miniſterio duos, et ipſae pelles luporum ad noſtrum opus dentur.* C. IX: *et ipſe comes praeuideat, quomodo ſint parati* (qui in hoſtem pergunt) *i. e. lanceam ſcutum aut arcum cum duabus cordis et ſagittis duodecim.* C. X: *ut regis ſpenſa in carra ducatur ſimul epiſcoporum, comitum, abbatum et optimatum regis, formam, uinum, baccones* (pernas) *et uictum abundanter, molas, dolatorias, ſecures, taretros, fundibulas et illos homines qui exinde bene ſciant iactare, et marſcalci regis adducant eis petras in ſaumas uiginti, ſi opus eſt.* C. XVII: *quod nullus in hoſte baculum habeat, ſed arcum.* C. XVIII et XIX: de foreſtibus dominicis et de uillicis regiis; *ut feminae noſtrae, quae ad opus noſtrum ſunt ſeruientes, habeant ex partibus noſtris lanam et linum et faciant ſarcillos* (ſarcitos pannos) *et camiſilos et perueniant ad cameram noſtram per rationem per uillicos noſtros aut miſſos eorum a ſe transmiſſos.*

Quae ad expeditionem praeparentur.

27. Potentiorum cauſae a rege diriman-tur. Centenarii iuriſdictio reſtringi-tur.

Quatuor tantum menſibus miſſi iudicia exerceant; cenſus per-quirant.

28. De appara-tu militari.

Nemo baculum habeat.

De foreſtis et operis feminarum ſeruien-tium.

§. LV.

§. LV.

Caroli maieſtatem exteri perinde ac ſubditi ſuſpiciebant.

At multo plura documenta ſuperſunt, ex quibus artes regnandi Caroli intelliguntur. Iuſtitiae, prudentiae, humanitatis ſtudium, quod cum ingenti poteſtate coniunxit, id efficiebat, ut maieſtatem eius populi ualde colerent, amicitiam flagitarent, arma timerent. A frequentibus propterea legatis adibatur, quos plerumque in curia ſolenni audiebat. Cum Nicephoro Imper. Conſtantinop. quem fratrem appellat, pacem firmare contendit, teſte quodam reſcripto, quod *Goldaſt.* t. I conſtit. imp. p. 144 exhibuit, ſed male a. 803 adſcripſit, cum Pippini, Italiae regis, e uita digreſſi mentio fiat. Huic Nicephoro Venetias ideo Carolus reddidiſſe dicitur. *Murator.* t. I antiq. p. 59. Pacem dein renouat cum Michaele, a quo Baſileus ſiue Imperator dicebatur, et cum Leone Imp. Quin immo uti Irenen ſibi, haec uero Rotrudem, Caroli filiam, filio ſuo connubio; ita utrumque imperium aeterno foedere iungere tentauerat Carolus. Quam arctam cum Offa, Merciorum rege, amicitiam contraxerit, docent epiſtolae, quas ſiſtit *Baluz.* t. I capit. p. 193, 273 ſq. Prima ſignificatur uictoria de Langobardis et Saxonibus reportata: *Karolus gratia Dei Rex Francorum et Langobardorum et patricius Romanorum uiro uenerando et fratri cariſſimo Offano, Merciorum regi, ſalutem, honorem et amorem. Cum deceat reges potentes et famoſos amicitiae foedere conuinciri et mutuis gaudiis ad inuicem gratulari, ut in uinculo caritatis Chriſtus in omnibus et ab omnibus glorificetur, ueſtrae ſerenitati hoc eulogium duximus deſtinandum - - hoc igitur ſalubri mandato ego Karolus regum Chriſtianorum orientalium potentiſſimus uos, o Offane regum occidentalium Chriſtianorum potentiſſime, cupio laetificare et te in dilectione ſpeciali amplecti ſincerius.* In altera peregrinantibus et negotiatoribus libertatem et patrocinium promittit, atque Offam animae Hadriani pontif. uult bene precari. Tertia de presbytero quodam agit accuſato, quod carnem diebus quadrageſimalibus comediſſet; hic ut in patriam reuocetur, petit Carolus, ibidem iudicandus, unde exiuit. Inter epiſtolas *Alcuini* apud *du Cheſne* t. II p. 676 reperitur etiam epiſtola Caroli ad Athilhardum a chiepiſcopum et Ceolnulfum coepiſcopum, qua eos deprecatur, ut apud fratrem ſuum cariſſimum Offanum pro quibusdam miſeris exulibus rogent.

2. Pax cum Nicephoro, Michaele et Leone Imp. confirmatur.

3. Amicitia cum Offa, Merciorum rege, colitur per epiſtolas.

Diſſoluebatur tamen haec amicitia, cum per matrimonia roboranda uideretur Offae, quam uero filius eius poſtea reparauit.

4. Alredo et Eardulfo fauet Carolus. Alredus, rex Northumbriae, iam a. 769 Caroli beneuolentiam ſibi quaeſiuit, et Eardulfus regno Northumbriae a. 808 ope Caroli reddebatur.

5. Carolum Aaron magni fecit; et Tanti Aaron rex Perſarum noſtrum hunc imperatorem fecit, ut eum muneribus coleret, ac ipſius poteſtati ſepulcrum Seruatoris noſtri, Eginharto teſte, adſcriberet. Itaque non, ut in fabulis eſt, ipſe terram ſanctam adiit, quamquam a Conſtantino Imp. Conſtantinop. excitatus fuiſſe perhibeatur, cuius literas ex parte affert *Doublet.* in hiſt. Abbat. S. Dionyſ. l. IV p. 1207, quae lingua perpaucis ſane cognita ſcriptae ſic incipiunt: *Aios Anna benat ſaacabri mila pholi auſi laubem uiri &c.* Ecquae Adelfonſi Galliciae et Aſturiae regis demiſſione maior eſſe poteſt? dum apud Carolum *proprius* appellari cupiebat. Quid? quod nonnulli praefecti Saracenorum tantam in eo ſpem collocauerant, ut auxilium eius aduerſus tyrannum Abderhamanum implorarent; qua occaſione oblata Carolus in Hiſpaniam cum exercitu haud inutiliter profectus barbarorum excurſionibus praeſidia oppoſuit.

6. Adelfonſus demiſſe coluit; Saraceni quidam in auxilium eum uocarunt.

7. Principes Hunnorum Carolo paruerunt; Tuduin, qui in gente Hunnorum magnae poteſtatis erat, per legatos ſeſe dediturum ac Chriſtianorum ſacra amplexurum eſſe promiſit; Capcanum uero Hunnorum principem ſecundum priſcum ritum in regno confirmauit Carolus. *Annal. Franc.* ad a. 795, 805.

8. Hemming. R. Dan. pacem petiit. Qua ratione ipſi paruerit Croatia, monſtrat *Lucius* de regno Dalmat. et Croat. p. 50 ſq. Rebus ſuis haud melius conſuli potuiſſe exiſtimauit Hemmingus Rex Danorum, quam ſi pacem cum Carolo ſanciret. *Reuentlou.* de nexu foederum inter imperium Romano-Germanicum et regnum Daniae ſect. I §. 2.

9. Domi cauſſae arduae in comitiis agebantur; Vbi Carolum in regnis ſuis contemplamur, ſumma quidem maieſtate coruſcat; at dum populis Germanicis, liberiori imperio ac ſolutiori infenſis et inimicis, imperaret, arduorum negotiorum arbitria non a ſuo ſolius nutu pendebant, ſed in conciliis publicis penſitabantur.

Comitia haud leuis ponderis. Quocirca *Boeclero* de reb. ſaec. IX et X p. 19, comitiorum auctoritatem plus quam conſiliariam fuiſſe neganti, aſſentiri nequeo, cum alia omnia doceant literarum monimenta. conf. *Strube* de orig. nobilitat. Germ. Sect. II c. I §. 3 ſq. Eo tamen prolabendum non eſt, ut Carolo capitulatio (quod nonnullis uiſum)

ſum) praeſcripta cenſeatur. Leges in comitiis ſancitas fuiſſe, iam abunde expoſuimus. Idem innuunt *Annales Lambec.* ad a. 802: *congregauit duces, comites, et reliquo Chriſtiano populo cum legislatoribus et fecit omnes leges in regno ſuo legi et tradi unicuique hominum legem ſuam et emendare, ubicunque neceſſe fuit et emendatam legem ſcribere &c.* Conuentus publici exercebant quoque iudicia cauſſarum grauiorum, criminis praeſertim laeſae maieſtatis. Vt Thaſſilonem praeteream, Hartradus cum ſceleris ſatellitibus in comitiis Wormat. a. 786 maieſtatis damnatus eſt. Maxime uero deteſtamur audaciam Pippini, filii Caroli et Himiltrude, qui in patrem coniurauit, ſed immani detecto conſilio in conuentu Ratispon. feralis ſententia in eum dicebatur, at patris indulgentia in monaſterium Prumienſe receſſit, ut mos illius temporis ferebat. Inter ſocios criminis, quorum pars gladio caeſi, pars patibulis ſuſpenſi, appellabant quoque, ſed perperam, Theodoldum, quem ideo abſoluit charta apud *Mabill.* r. d. p. 504: *qualiter ſuadente diabolo Pippinus filius noſter cum aliquibus Dei infidelibus ac noſtris in uita et regno a nobis Deo conceſſo impie conatus eſt tractare - - aliqui uero fideles per iudicium Dei ſe exinde idoniauerunt, ſicut Theodoldus comes fidelis noſter uiſus eſt feciſſe, cui et nos omnes res proprietatis ſuae iuxta eius deprecationem et ſeruitio ac meritis compellentibus denuo et noſtro largitatis munere quantumcumque ex hereditate parentum aut de qualibet attractum iuſte et rationabiliter antea poſſiderat, cum Dei et noſtra gratia iure firmiſſimo ad legitimam proprietatem reddi fecimus et per auctoritatem noſtram pleniſſima deliberatione confirmauimus.* Adhaec in comitiis foedera feriebantur, legationes admittebantur, aliae decernebantur. Exempla porrigit *Ludewig.* de iure adlegandi Ordin. S. R. I. c. I §. 14. In primis belli pacisque negotia publice tractabantur. Ac licet militiae nemo facile ſe ſubtrahere poſſet: (§. LIIII, 15, 21, 25 paſſim) bellum tamen ſuſcipiendum ut publice probatum eſſet, oportebat. Quapropter *Eginhart.* c. VI: *bellum contra Langobardos*, inquit, *prius quidem et a patre eius, Stephano Papa ſupplicante, cum magna difficultate ſuſceptum eſt, quia quidam ex primoribus Francorum, cum quibus conſultare ſolebat, adeo uoluntati eius reniſi ſunt, ut ſe regem deſerturos, domumque redituros libera uoce proclamarent.* Clericos equidem militia uacare uoluit Carolus, at, neceſſitate poſtulante, ditiores praeſertim, ſaepius caſtra ſequebantur,

10. In his leges ferebantur;

11. Iudicia exercebantur praeſertim de crimine maieſtatis, cuius reus erat Hartradus, et Pippinus.

Theodoldus abſoluitur.

12. De foederibus, legationibus, bello et pace tractabatur.

13. Ne clerici quidem militiae ſe

penitus subtrahere poterant. immo priuilegium immunitatis post paullo obsolescebat. *Pez.* cod. diplom. c. 8 epistolam exhibet, qua Fulradus abbas S. Dionysii ad expeditionem bellicam euocatur, et apparatus militaris describitur: *Ita uero praeparatus cum hominibus tuis ad praedictum locum uenies, ut inde in quamcumque partem nostra fuerit iussio et exercitaliter ire possis i. e. cum armis atque utensilibus, nec non et cetero instrumento bellico in uictualibus et uestimentis, ita ut unusquisque caballarius habeat scutum et lanceam et spatham et semispatham* (cultrum maiorem, sahs) *arcum et pharetras cum sagittis et in carris uestris utensilia diuersi generis i. e. cuniada* (secures oblongas, coignées) *et dolaturia, tarratres* (terebras) *assias* (ascias) *fosorios* (ligones) *palas ferreas et cetera utensilia, quae in hostem sunt necessaria; utensilia uero ciborum in carris de isto placito in futurum ad tres menses, arma et uestimenta ad dimidium annum. Et hoc omnino praecipimus, ut obseruare faciatis, ut cum bona pace pergatis ad locum praedictum, per quamcumque partem regni nostri itineris uestri rectitudo uos ire fecerit h. e. ut praeter herbam et ligna et aquam nihil de ceteris rebus tangere praesumatis et uniuscuiusque uestri homines una cum carris et caballariis suis uadant et semper cum eis sint usque ad locum praedictum, qualiter absentia domini locum non det hominibus eius mala faciendi, dona* (tributa) *uero tua, quae ad placitum nostrum nobis praesentare debes, nobis mense Maio transmittere ad locum, ubicumque tunc fuerimus.* § LIIII, 28. conf. *Strauch.* diss. de armis priscor. German. *Mettingh.* de statu militiae Germanor. sect. III. *Murator.* t. II antiq. diss. XXVI de militia saecul. rudium in Italia. *Spec. Sueu.* c. 272 perhibet, Carolum Sueuos iure primi conflictus in expeditionibus ornasse, quod iam *Lambert. Schaffnab.* ad a. 1075 commentatus est; at hoc priuilegium inter monimenta Carolina nondum reperimus. Quemadmodum non omnes populi Carolo αμεσως parebant, sed multi inaequali tantummodo foedere deuincti erant: ita facile coniicere licet, administrationem tot rerumpublicarum perquam diuersam fuisse. Generatim ad ius prouinciis dicendum duces et comites constituebantur, quibus tamen et foris, iubente rege, dimicandum erat. conf. *Marculf.* l. I form. 8 t. II apud *Baluz.* p 380. *Conring.* de duc et comit. §. 19 existimauit, Carolum M. ducatus abrogasse, sed annales et tabulae illi non suffragantur, quamuis ultro

Abbas S. Dionys. ut paratus ad exercitum ueniat, monetur.

Priuileg. Sueuorum.

14. Varia tot rerumpublicarum administratio.

De ducibus et comitibus.

Num sustulerit ducatus Carolus?

ultro dederim, duces chartis ad rem Germanam pertinentibus haud frequentes adeſſe. Dux Boicus notus eſt omnibus. Ducatus Alamanniae itidem recordantur codicilli. In charta Caroli Diebaldo abbati Nouienti a. XL imp. data apud *Schilter.* diſſ. de curiis dominic. in mantiſſa legitur uir illuſter Adalricus ſiue Athicus dux; in tabulis Hildegardis reginae apud *Calmet.* hiſt. Lothar. t. I p. 292 ducatus Moslinge et comitatus Metenſis. De ducibus et comitibus Galliae conf. *Alteſerra.* Scriptores tamen antiqui ducis ac comitis uocabulo ſaepius promiſcue utuntur. *Eccard.* in catecheſ. Theotiſca p. 150. In Italia duces crebriores occurrunt. Erant uero uel minores, quibus una ciuitas regenda dabatur, uel maiores, qui integrae prouinciae praeerant. *Muratator.* t. I antiq. diſſ. V de ducibus et principibus antiquis Italiae. In diſſ. chorographica Italiae medii aeui, cuius auctor *Caſpar Berettus*, in t. X ſcriptor. *Murator.* ſect. X n. 34 demonſtratur, Carolum, paucis ducum prouincialium conceſſis titulis, ceteros duces urbanos comites uocari tantum ſanxiſſe; moremque Francorum fuiſſe, duces pluribus urbibus praeficere; ſect. XI n. 38 aliquem et comitem et marchionem et ducem pro diuerſa muneris ratione eſſe potuiſſe confirmatur, et ſect XXII n. 124 ratio inueſtigatur, cur in cisiberina Italia rari Gaſtaldi et comites, ſtante Langobardico regno, ſed propemodum omnes duces uocentur, poſt comites; contra uero in transtiberina nemo dux praeter principem, omnes Gaſtaldi, uix unus uel alter comes, adhuc ſub Francis usque ad Ludouicum II, cuius indulgentia uſitatius comitis nomen effectum. Interdum iuniores ducum offendimus u. c. in epiſtola ad Pippinum in *Baluz.* t. I cap. p. 461 et 499, quos nonnulli filios ducum arbitrantur; uerum ex ſententia *Murator.* t. I antiq. Ital. p. 131 erant miniſteriales, ueluti oſtiarii, ueſtiarii, cuſtodes corporis, notarii, quos latini dixerint pueros. Quod ad marchiones attinet, in chartis ſinceris Carolinis hoc nomine uix appellantur; idcirco tamen haud diffitemur, iam huic aeuo praefectos et cuſtodes limitum fuiſſe; immo Carolus nomen marchae et marchionis primus in Italiam induxiſſe uidetur. uid. diſſ. chorograph. c. l. §. 37. *Murator.* t. I antiq. diſſ. VI de marchionibus

15. Quales fuerint duces?

16. et iuniores ducum.

17. De marchionibus.

bus Ital. Marchae mentio fit apud *Baluz.* t. I cap. a. 779 p. 198 et 529. (§. LIIII, 19) Marchiones leguntur in Ludouici P. edicto pro Hiſpanis a. 815 ib. p. 549. *Monach. Egoliſm.* l. I c. 14: *prouidentiſſimus Carolus*, ait, *nulli comitum, niſi bis, qui in confinio uel termino barbarorum conſtituti erant, plusquam unum comitatum aliquando conceſſit.* Aliorum comitum poteſtas modo latior erat, modo adſtrictior. Ex tabulis *Marten.* § XLVIII allatis comites a Grafionibus diſtinctos fuiſſe patet. *Spelmann.* in gloſſar. hos uicecomites putat. *Murator.* t. I antiq. diſſ. VIII de comitibus et uicecomitibus. In diſſ. dicta Chorogr. c. l. triplex ordo comitum in Italia traditur, palatinorum ſcil. urbanorum et uicanorum, qui haud diuerſi a comitibus fortioribus, mediocribus et minoribus cenſentur apud *Sirmond.* concil. Gall. t. II p. 160. Comites palatii plures una fuerunt, quod contra *Conring.* recte aſſerit *Mabill.* r. d. p. 117. Qui maioris ordinis erant, atque in aula aſſidui, lites cognoſcebant, quae tanti momenti eſſent, ut ad palatium deferrentur et nonnumquam ab ipſo principe deciderentur. Ob imperii magnitudinem ſingulis regnis eiusmodi comites dabantur. Italicos indicat *Murat.* c. l. in diſſ. VII de comitibus palatii. Munera comitum palatinorum fuſius exponit *du Freſne* in diſſ. XIII ſur l'hiſtoire de S. Louis par Joinville. Comitibus aliquando conſulis nomen imponunt annales. In uita Wilhelmi inter ſanctos Ord. S. Bened. apud *Mabill.* ſaec. IV p. 70 ſcriptum legimus: *adiudicatur etiam conclamante exercitu, ut totius Aquitaniae, quoniam dignus eſt, inueſtiatur ducatu et de conſule ſublimetur in ducem; non differt Carolus conſilii effectum ſtatimque Willelmum manu tenet ac promouet. Ergo Willelmus comitis et ducis gloria ſublimatus ſit inter principes primus, ipſe ſecundus a rege &c.* conf. *Ludewig.* Arauſio uindic. §. 4. Ceterum optimates hos prouinciarum, arctioribus uinculis regi obſtrictarum, adminiſtros duntaxat regis fuiſſe animaduertimus. Prouincias uel pagos iure proprio, ad heredes transeunte, non tenebant; quocirca *Mabill.* r. d. p. 220 regulam proponit: omnia diplomata, quibus in ius proprium alicui ducatus aut comitatus confertur ante Carolum ſimplicem in Gallia et Henricum aucupem in Germania, falſa eſſe; quamquam haud negamus,

18. De comitibus ſpeciatim.

19. Plures fuerunt comites palatini.

Comites conſules dicti.

20. Proceres prouincias non proprio iure tenebant;

mus, ducibus et comitibus, praeter beneficia, allodia fuisse, regemque saepius res proprietatis suae in ius proprium ipsorum transtulisse, uel, quae iam possedissent, heredibus confirmasse, teste charta Theodoldi (n. 11 h. §.) et Aldrici (§. LVII, 10) Quis igitur miretur, huius generis duces comitesque arbitrio regis constitutos fuisse? Sic Aquitaniae ducatum, Hunoldo uicto, nouem comitibus ex gente Francorum commendauit. Rotgaudo Foroiulienſium duci interfecto itidem comites Francos substituit. Lupus dux Vasconiae e terris quidem non eiiciebatur, libertas tamen eius pariter ac procerum Britonum constricta fuisse uidetur. Duces Beneuentani pleniore potestate usi feruntur; at Grimoaldo tamen ducatus paternus ea lege firmabatur, *ut Langobardorum mentum tonderi faceret, chartas quoque numosque nominis Caroli characteribus superscribi iuberet.* *Erkempert.* epit. p. 22. *Murat.* t. II antiq. p. 617. Hinc charta apud *Vghell.* t. VIII p. 37 ita incipit: *In nomine domini Dei saluatoris nostri Iesu Christi. Regnante domino piissimo Carolo magno rege Francorum et Langobard. seu patritio Romanorum anno regni illius uigesimo firmamus nos Dominus uir glorioſissimus Grimoaldus summus et princeps gentis Langobard.* Proceribus ducis comitisque dignitatem multum auctoritatis conciliasse, haud dubitamus, cum ea saepius tanta esset, ut, pro genio Germanorum, a rege dissentirent impune. At potestas haec dignitati adhaerebat, non terris, quibus praefecti erant; non omnem iurisdictionem, et quae uocamus regalia complectebatur. Remoueamus hinc istud maiestatis simulacrum, superioritatem territorialem, quam aetas posterior non sine cruciatu peperit. uid. *Hertii* diss. de superioritate territoriali. Ex charta quadam ecclesiae Osnabrug. in hist. Westphal. *Schaten.* p. 607 sublimius quidpiam cognoscitur, sed id ipsum naeuos documenti prodit. Ast noli tibi persuadere, omnes duces una formula, eaque constanti circumscriptos fuisse. Laxior sane nonnullos nexus ligabat. Duces namque Baioariae ac Thuringiae, itemque principes Slauorum et Hunnorum maiora moliebantur, immo regium nomen sibi arrogabant, terras, quo acceperant, iure hereditario iterum transmittebant, comitia cogebant, suis legibus populum iudicabant, licet regibus Francorum iurarent fidem, et tributa penderent, et aduersus hostes auxilia ferrent. Pro uaria horum regum fortuna, uariam sibi sume-

beneficia tamen et allodia singularia.

21. Constituebantur a rege. De ducibus Hunoldo, Rotgaudo, Lupo, Grimoaldo.

22. Dignitas personis ipsorum inhaerebat.

Exulat superioritas territorialis.

23. Nonnulli tamen duces maiorem usurpabant libertatem.

ſumebant auctoritatem; eo altius ſpirabant, qno remotiores ipſi pugnacioresque, reges uero ſocordiores erant. Quem fugiat, Thaſſilonem, ducem Baioariae, Dingoluingae ſynodum habuiſſe, eaque diuina atque humana ordinaſſe? *Ludewvig.* diſſ. de principum S. R. I. poteſtate in ſacris ante paces religioſas. Quanti laboris erat, cum gente Saxonum pacem inire, quorum ingeniis nihil durius fuit, nihil pertinacius, quos, caedem minus quam iugum extimeſcentes, ut mitiores redderet, ſaepius transplantauit Carolus. Victos haud putaueris, qui, niſi ciuitatem cum ipſis communicaturus eſſes, placari nolebant. Quid poteſtatis Witikindo relictum fuerit, definire non licet. Iam aeuo Carolino Germaniae ciuitates fuiſſe, liquet. Capitularia earum nominatim meminerunt, §. LIIII, 17 nihilque reliqui fecit Carolus, ut commercia ſtabiliret. Quamobrem, foſſa inter Radantiae et Alemonis flumina ducenda, Danubium cum Rheno a. 793 fruſtra quidem et abnuente caelo, coniungere tentauerat; ueſtigia tamen adhuc noſtra conſpicit aetas, quae uiros clariſſ. *Doederlinum* et *Zippelium* permouerunt, ut de his auſibus, alter in programmate a. 1705, alter in diſſert. a. 1726 latius commentarentur. add. *Eccard.* de reb. Franc. Orient. t. I p. 750. Ciuitates uero ſine dubio regis auſpiciis excitatae gubernataeque fuere, ideo uix *mediatas* deprehendas. Magdeburgenſis ciuitas quibusdam Caroli M. priuilegiis gloriatur, quae tamen nec exſtant, nec umquam forte exſtiterunt, ueluti monſtrauit *Beniamin Leuber* in diſquiſit. plenaria ſtapulae Saxon. n. 464 ſq. et paſſim. De Aquisgranenſium tabulis dicemus §. LXVII, 18. Sed, ut ducum comitumque munus reſpiciamus, his uarii iudices minores, ſcabini, boni homines, centenarii, agentes, pro uaria terrarum conditione ſuberant. *Murator.* t. I antiq. diſſ. X de minoribus iuſtitiae miniſtris h. e. iudicibus, ſcabinis, ſculdaſciis, Caſtaldiis, decanis, ſiluanis &c. *Meinders* de iudiciis centenariis. Miſſi regii, quorum auctor, aut amplificator certe Carolus M. erat, extra ordinem cauſſas cognoſcebant, res comitum, epiſcoporum abbatumque ſcrutabantur, ſententias excutiebant, emendabant. (§. LII, 21 LIIII, 13, 15 paſſim) *Murator.* c. l. diſſ. VIIII de miſſis regiis ſeu iudicibus extraordinariis et t. II diſſ. XXXI de placitis et mallis. Exemplum praebet

De Saxonibus.

24. De ciuitatibus.

Radantiae et Alemonis fluminum coniunctio tentatur.

Ficta Magdeburg. ciuitatis priuilegia.

25. Ducum et comitum adminiſtri.

26. Miſſi, magiſtratus extraordinarii.

praebet praeceptum Caroli profugis Hiſpanis datum apud *Baluz.* t. I p. 499: quod *aliqui pagenſes fiſcum noſtrum ſibi alter alterius teſtificant ad eorum proprietatem et eos exinde expellant contra iuſtitiam et tollant noſtram ueſtituram, quam per triginta annos ſeu amplius ueſtiti fuimus - - quod aliquas uillas, quas ipſi laborauerunt laboratas illis eis abſtractas habeatis, et beboranias illis ſuperponatis et ſaiones* (ſagiones, apparitores) *qui per forcia ſuper eos exactant.* Miſſus ergo Iohannes archiepiſcopus his querelis componendis datur, ac praecipitur: *ut neque uos neque iuniores ueſtri memoratos Hiſpanos noſtros, qui ad noſtram fiduciam de Hiſpania uenientes per noſtram datam licentiam erema loca ſibi ad laboricandum propriſerunt et laboratas habere uidentur, nullum cenſum ſuperponere praeſumatis neque ad proprium facere permittatis, ſed quoad usque illi fideles nobis aut filiis noſtris fuerint, quod per triginta annos habuerunt per apriſionem quieti poſſideant et illi et poſteritas eorum et uos conſeruare debeatis. Apriſiones* Cangius interpretatur *adportiones*, easque putat agros in ſortem datos, ut ad cultum traducantur. Diſputat aduerſus *Anton. Dominic. Iac. Gothofred.* et *Caſanouam*, quibus apriſiones quaſi *apertiones* h. e. noualia uidentur. Nos eas a prendendo, occupando, ſuffragante charta apud *Baluz.* t. II capit. p. 1405, nuncupatas arbitramur, perinde ac Germanis uox *Biuanc* placuit. Accipitur tamen *apriſio* modo pro titulo, modo pro agris ipſis acquiſitis, cultis et poſſeſſis. Alia miſſorum notitia ib. p. 1394 exhibetur. In Iſtria miſſi Caroli M. celebrem conuentum egerunt, cuius acta rem praeſentem ualde illuſtrantia *Vghell.* t. V p. 1097 edidit. Incipiunt: „In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti amen. Cum per iuſſionem piiſſimi atque excellentiſſimi D. Caroli M. Imperatoris et Pi-„ pini regis filii eius in Iſtria nos ſerui eorum directi fuiſſemus i. e.„ Izzo presbyter atque Cadolao et Aio comites pro cauſis ſanctarum„ Dei eccleſiarum dominorum noſtrorum, ſeu et de uiolentia„ populi, pauperum, orphanorum et uiduarum - - tunc eligimus„ de ſingulis ciuitatibus ſeu caſtellis homines capitaneos numero„ centum ſeptuaginta et duos, fecimns eos iurare ad S. quatuor„ Dei euangelia et pignora ſanctorum, ut omnia quidquid ſcirent„ de quo nos eos interrogauerimus, dicent ueritatem.„ Variae dein querelae, de *forcia* quoque ducis Iohannis, deferebantur:

Hiſpanorum profugorum querelas miſſus cognoſcit.

Quid ſit apriſio?

Acta conuentus miſſorum in Iſtria habiti.

„Tunc praeuidimus nos miſſi D. Imperatoris, ut Ioannes Dux „dediſſet uadia, ut per omnia praelata ſuperpoſta glandatico her„batico operas et collectiones de ſclauis et de angarias uel naui„gationes emendandum - - de aliis uero cauſis ſtetit inter For„tunatum patriarcham ſeu ſupraſcriptos epiſcopos ſiue Ioannem „Ducem uel reliquos primates et populum, ut quidquid iurati con„cordarent et dicerent ſecundum ſuum ſacramentum et ipſos bre„ues omnia adimplerent et quod adimplere noluerint de illorum „parte componat coactus in ſacro palatio auro mancotos lib. no„uem. Haec diiudicatus et conuenientia facta eſt in praeſentia „miſſi D. Imperatoris Izzone presbytero, Cadolao et Aioni et „propriis manibus ſubſcripſerunt in noſtra praeſentia." Atque hi quidem proceres tempore belli pacisque reipublicae adminiſtrandae nonnihil operae attulere. Alii, qui nec documentis publicis prorſus incogniti ſunt, munera palatina ſuſtinebant, quorum in numero habebantur apocriſiarius ſiue archicapellanus, Cancellarius, cui notarii ſubiecti, camerarius, ſeneſcalcus, Buticularius, comes ſtabuli, manſionarius, uenatores, falconarius, aliique minoris ordinis miniſtri, quos iam multi *Hincmaro* duce, commentatione expoſuerunt. conf. *Maſcou.* diſſ. de originibus officiorum aulic. S. R. I. Falconarii et uenatores memorantur in epiſtola Caroli ad Pippinum *Murator.* t. I P. II ſcript. p. 112. Ornamenta regalia et dona annua reginae curae committebantur.

27. Officialpalatina.

28. Carolus gna ſua, conſentiente populo, inter filios diuidit.

Quemadmodum Carolus regna uel hereditario iure uel Marte ſuo, aſſentiente populo, comparauit: ita dubium non eſt, quin illa, proceribus quidem approbantibus, filiis ſuis potuerit diſtribuere. Itaque ius regni hereditarium electione mixtum fuiſſe uidetur. §. LIIII, 18. *P. Daniel* t. I hiſt. de France Carolingis regnum electionis tribuit; primae uero ſtirpi hereditarium; at refutatur in *Memoires* de literature et d' hiſtoire t. IV P. II n. 3. In tabulis teſtamenti Carolini fines regni uniuscuiusque fratrum ſatis accurate deſignantur, et in futurum ſtatuitur, *ſi talis filius cuilibet iſtorum trium fratrum natus fuerit, quem populus eligere uelit, ut patri ſuo ſuccedat in regni hereditate, uolumus, ut hoc conſentiant patrui ipſius pueri.* Imperatoriae dignitatis perſpicue haud recordantur, non ideo profecto, quod Pontifici Romano ius ſummum in urbem Romae aſſerendum eſſet; ſed Carolus uel exiſtimauit, hanc

Cur imperatoriae dignitatis in diuiſione nulla mentio fiat?

digni-

dignitatem Italiae inhaerere regno, cuius coronam iam ſuſceperat Pippinus, quam ob rem Imperator quoque a Leone III P. teſtamento per Eginhartum oblato ſubſcribi uoluit; uel hanc diſpoſitionem ad omnia regna accommodare noluit, alia alii tempori reſeruaturus. Praterea Carolus breuiarium diuiſionis theſaurorum, quam poſt obitum ſuum obſeruari iuſſit, condidit. Speciem teſtamenti priuati refert, ac tantummodo pecuniam, ueſtes, ſupellectilem diſpenſat. Confectum eſt praeſentibus epiſcopis, abbatibus et comitibus, quorum nomina ſubſcripta leguntur. uid. *Eginhart.* et *Baluz.* t. I cap. p. 487.

39. Diuiſio theſaurorum.

§. LVI.

Nec priuatorum hominum res neglexit Imperator. Sibi magnae curae habuit, ut omnes quiete, commode, decenter uiuerent, ut bona fide agerent, ut lites uel caute uitarent, uel, ſi fieri non poſſet, ut iudicia recte exercerentur. Iterum capitularia praebeant documenta. In capit. a. 779 c. XIX cauit, quia Romani Saraceenis mancipia uendiderunt, *ut* in poſterum *uendantur in praeſentia epiſcopi uel comitis aut archidiaconi, aut Centenarii, aut uicedomini, aut iudicis comitis, aut ante bene nota teſtimonia. Et foras marcham* (prouinciam) *nemo mancipium uendat. qui fecerit tantas uices bannum* (mulctam) *ſoluat, quanta mancipia uendidit. Et ſi non habet pretium, in uadio* (uadimonio) *pro ſeruo ſemetipſum donet comiti, usque dum ipſum bannum ſoluat.* Et quoniam Saxonibus et Saracenis Franci mercatores loricas uendiderunt, c. XX prohibuit, *ut nullus foras regno uendere praeſumat brunias* ſiue loricas. Vt iurisiurandi abusus tolleretur c. XVI ſtatuit, *de ſacramentis pro gildonia inuicem coniurantibus, ut nemo facere praeſumat, alio uero modo de eorum eleemoſynis aut de incendio aut de naufragio, quamuis conuenientiam faciant, nemo in hoc iurare praeſumat. Gildoniae* ſunt *gildae, collectae, ſodalitates;* uid. *Eccard.* in not. ad catecheſin Theotiſcam p. 175. Vel malum uel bonum ſcopum praefixum habebant, illae prohibentur prorſus; hae uero ſi u. c. eleemoſynarum conferendarum gratia initae, probantur quidem, at ſine iureiurando. C. XXII *ſi quis pro faida* (h. e. damni reparatione) *pretium recipere non uult*, (eo quod ipſe forte iniurias ulciſci cupit) *tunc ad nos ſit transmiſſus, et*

2. Rei priuatae prouidet Carolus.

Ne mancipia extra prouinciam uendantur;

nec loricae.

Ne ſacramenta fiant pro Gildonia.

De faida, cuius pretium aliquis accipere recuſat.

nos eum dirigemus ubi damnum minime possit facere. Simili modo et qui pro faida pretium soluere noluerit nec iustitiam exinde facere, in tali loco eum mittere uolumus, ut pro eodem maius damnum non crescat. C. X: *de eo qui periurium fecerit nullam redemtionem det, nisi* (sed) *manum perdat. quod si accusator contendere noluerit de ipso periurio, stent ad crucem. Et si iurator uicerit, legem suam accusator emendet. Hoc uero de minoribus causis obseruandum, de maioribus uero rebus, aut de statu ingenuitatis secundum legem custodiant.* C. IX: *Vt latrones* (qui furtum fecerunt) *de infra emunitatem, illi iudices ad comitum placita praesentent. Et qui hoc non fecerit beneficium et honorem perdat. Et qui beneficium non habuerit, bannum soluat. Similiter et Vassi nostri, si hoc non adimpleuerint, beneficium et honorem perdant.* C. XI: *de uindicta et iudicio iusto in latrones facto, testimonio episcoporum, absque peccato comites esse dicuntur.* qui iniuste *hominem dissecerit, honorem suum perdat et secundum poenam quam intulit emendet.* C. XXIII: latrones *pro prima culpa non moriantur, sed oculum perdant; de secunda uero culpa nasus ipsius latronis capuletur; de tertia uero, si se non emendauerit, moriatur.* In edit. *Sirmondi* post c. X hoc apponitur: *de latronibus qui in custodiam missi, ut nullus iudex publicus pretium pendat. Et si hoc fecerit, honorem suum perdat. Et qui ecclesiam infregerit moriatur.*

De periuris, manu priuandis; cum accusatore stent ad crucem.

De latronibus ad placitum ducendis, puniendis.

3. Addit. LL. Baiuuar. poena raptus et incendii. de compositione denarialium, aliorumque manumissorum.

In capitulari L. Baiuuar. addito apud *Baluz.* p. 207 sancitur c. III, *ut raptum uel uis per collectam hominum et incendia infra patriam nemo facere praesumat. Et qui hoc commiserit, sexaginta solidos in bannum nostrum componat.* C. V: *de denarialibus* (qui per denarium manumissi sunt) *ut si quis eos occiderit, regi componantur.* C. VI: *similiter de his qui per chartam in ecclesia iuxta altare dimissi sunt liberi, cum quadraginta solidis regi componantur* C. VII: *qui uero per chartam ingenuitatis dimissi sunt liberi, ubi nullum patrocinium et defensionem non elegerint, similiter regi componantur quadraginta solidis.*

4. Quinque aut septem testes adhibeantur.

Capitulari III a. 789 ex codice MS. bibliothecae Thuanae duo adduntur capita: „Volumus ut qui aliqui per testes exinde quilecunque rem tollere uoluerit, per quinque uel septem testimonia „dicant suum testimonium et sic tollantur qualecunque rem, quia „testamento quod Romani faciunt firmum non posset nisi per „quinque aut per septem confirmatur. C II: Item de thesauro, quod subtus terram inuenitur inuentus fuerit in terra ecclesia„rum, tertia ad partem episcopi reuocetur. Et si aliquod Langobardus

Quomodo thesaurus inuentus diuidendus?

bardus aut qualibet homo propria expontanea uoluntate cauaue-„
rit et aliquid ei dominus dederit in propria ſua quarta portione„
exinde tollantur et ille uero tres portiones ad nos peruenint et„
de uerbo noſtro ut nullus praeſumat aliter facere. „ Capitulatio
de partibus Saxon. c XX conſtituit: *Si quis probibitum uel illicitum coniugium ſibi ſortitus fuerit, ſi nobilis ſolidos ſexaginta; ſi ingenuus, triginta; ſi litus, quindecim.* C. XXXII: *Si cuilibet homini ſacramentum debet, aframeat illum ad eccleſiam ſacramento ad diem ſtatutum. et ſi iurare contemſerit, fidem faciat et ſolidos quindecim componat qui inactiuus apparuit et deinceps cauſam pleniter emendare faciat.* C. XXXIII: *de periuriis ſecundum legem Saxonum ſit.* C. XXVII: *Si quis homo fideiuſſorem inuenire non potuerit, res illius in forbanno mittantur, usque dum fideiuſſorem praeſentet. Si uero ſuper bannum in domum ſuam intrare praeſumſerit, aut ſolidos decem aut unum bouem pro emendatione ipſius banni componat; et inſuper unde debitor exſtitit, perſoluat. Si uero fideiuſſor diem ſtatutum non obſeruauerit, tunc ipſe tantum damni incurrat, quantum manus ſua fideiuſſoris exſtitit. Ille autem qui debitor fideiuſſori exſtitit, duplum reſtituat pro eo quod fideiuſſorem in damnum cadere permiſit.* C. V et XIII: Si quis epiſcopum aut presbyterum ſiue diaconum, aut dominum ſuum uel dominam ſuam interfecerit; aut C. XII filiam domini ſui rapuerit, morte moriatur. Itemque ſi quis C. III eccleſiam per uiolentiam intrauerit et in ea per uim uel furtum aliquid abſtulerit, uel ipſam eccleſiam igne cremauerit; aut C. VI *Si quis a diabolo deceptus crediderit ſecundum morem paganorum aliquem aut feminam ſtrigam eſſe et homines comedere et propter hoc ipſam incenderit uel carnem eius ad comedendum dederit uel ipſam comederit, capitis ſententia punietur.* Heinecc. in elem. iur. Germ. t. II p. 246 etiam hoc capitulum deſcripſit. Sed, quoniam uerba: *uel ipſam comederit* omiſit, Saxones carnem Sagarum uoraſſe negauit C. VII *ſi quis corpus defuncti hominis ſecundum ritum paganorum flamma conſumi fecerit et oſſa eius ad cinerem redegerit;* capite puniatur. C. XXIV: *de latronibus et malefactoribus, qui de uno comitatu ad alium confugium fecerint, ſi quis eos receperit in ſua poteſtate et ſeptem noctibus ſecum detinuerit, niſi ad praeſentandum, noſtrum bannum ſoluat. Similiter ſi comes eum abſconderit et ad iuſtitiam faciendam praeſentare noluerit, et ad hoc excuſare non poteſt, honorem ſuum perdat.* In capitul. de cauſſis regni Ital. poſt obitum Hildegardis reginae,

5. Capitulatio de partibus Saxon. Mulcta illiciti connubii. Poena iurare nolentium. In Forbannum mittantur res eius, qui fideiuſſorem non habet.

Caedes epiſcopi aut presbyteri, domini uel dominae, raptus filiae domini, ſacrilegium ſaeda ſuperſtitio.

Crematio mortuorum, crimina capitalia. Ne quis latrones receptet.

6. Capitul. de cauſſis regni Ital.

Lex praeferatur consuetudini.

uti uidetur, dato C. X ſancit, *ut ubi lex erit, praecellat conſuetudini et ut nulla conſuetudo ſuperponatur legi.* C. XII: *de mancipiis palatii noſtri et eccleſiarum noſtrarum nolumus mundium recipere, ſed ipſa noſtra mancipia habere.* C. XIII: ne comites noſtri liberos homines *ad eorum opus ſeruile opprimant.* C. IX: *de filia, cuius pater per manum erogatoris* (exſecutoris teſtamenti) *omnes ſeruos ſuos iuſſit fieri liberos, quia contra legem eſſe uidetur, inſtituimus, quod ipſa filia in tertiam portionem de praefatis rebus iterum in ſeruos ſuos introire poſſit.* C. XV de aldionibus (hominibus pretio aut agris conductis) palatii non recipiendis; c. XVI de fugitiuis reddendis. C. XI: *quaecumque femina poteſtatem habet per commeatum* (beneplacitum) *uiri ſui res ſuas uendere, habeat poteſtatem et donare.* C. IV: *de diuerſis generationibus hominum, qui in Italia commanent, uolumus, ut ubicumque culpa contigerit unde faida creſcere poteſt, propter eas fatigationes hominis illius contra quem culpauerit, ſecundum ipſius legem, cui negligentiam commiſit, emendet. De ſtatu uero ingenuitatis aut aliis querelis unusquisque ſecundum ſuam legem ſemetipſum defendat.* C. V: *de compoſitionibus quae ad palatium pertinent comites tertiam partem ad eorum recipiant opus, duas uero ad palatium; ſi per ſuam negligentiam remanſerint, et miſſus dominicus ipſas cauſſas coeperit inquirere, cum integritate ad palatium ueniat.* C. VII: *de rebus forfactis* (malefactis, in bannum miſſis) *per diuerſos comitatus, uolumus ut ad palatium pertineant.* C. XVII: ſicut *conſuetudo fuit ſigilla* (praecepta regia) *et epiſtolas prendere* (accipere et ad aulam regis deferre) *uel porturas cuſtodire,* (h. e. uias conſeruare, quibus portitores literarum utuntur) *ita et nunc fit factum.* C. XIV: *de rebus quae Hildegardae reginae traditae fuerunt, uolumus, ut fiant deſcriptae breues et ipſae breues ad nos fiant adductae.*

De mancipiis palatinis.

Filia tertiam partem ſeruorum, etiamſi manumiſſi ſint, ſibi uindicet.

Mulier, conſentiente uiro, donare quoque poteſt.

De emendatione ſecundum cuiusque legem.

Compoſitionum ad palatium pertinentium comes tertiam partem recipiat.

Fiant breues de rebus Hildegardae.

7. Capitulare Saxon de uariis compoſitionibus.

In capitulari Saxonum a 797 V. Kal Nou. in epiſcoporum et optimatum conuentu Aquisgrani dato C. III ſancitur, *ut ubicunque Franci ſecundum legem ſolidos duodecim ſoluere debent, ibi nobiliores Saxones ſolidos duodecim, ingenui quinque, liti quatuor componant.* C. IV: *ut qualiscunque cauſa infra patriam cum propriis uicinantibus pacifi ata fuerit, ibi ſolito more ipſi pagenſes ſolidos duodecim pro diſtrictione recipiant et pro Wargilda, quae iuxta conſuetudinem eorum ſolebant facere hoc conceſſum habeant. Si autem in praeſentia miſſorum regalium cauſae definitae fuerint, pro iam dicto Wargilda ſupra ſcriptos ſolidos duodecim ipſis pagenſes habeant conceſſos - - Si autem ipſa cauſa ad palatium in praeſentia*

ſentia regis ad definiendum fuerit perducta, tunc utrique ſolidi duodecim i. e. pro Wargilda et quod uicinis debuit componere eo quod infra patriam definita ratio non fuerit, ad partem regis faciant componere, quod ſint ſolidi uiginti quatuor &c. C. VI: presbyteris omnia in duplum reſtituantur aut componantur. C. VII: ſi miſſi regii interfecti aut laeſi, compoſitio in triplum facienda *ſecundum euua.* C. VIII: ne quis incendium faciat infra patriam propter iram; niſi quis fuerit rebellis, cuius cauſa incendatur, ſi pagenſes unanimiter conſenſerint. C. IX: placuit, ut quandoquidem uoluerit domnus Rex propter pacem et propter faidam et propter maiores cauſas bannum fortiorem ſtatuere una cum conſenſu Francorum et fidelium Saxonum, ſecundum quod ei placuerit, iuxta quod cauſſa exigit et opportunitas fuerit, ſolidos ſexaginta multiplicare in duplum et ſolidos centum ſiue usque ad mille componere faciat qui eius mandatum transgreſſus fuerit. C. X: ut qualiscunque ex malefactoribus qui mori debent ad regiam poteſtatem confugium fecerit, aut in illius ſit poteſtate, utrum interficiendum illis reddat, aut una cum conſenſu eorum habeat licentiam ipſum malefactorem cum uxore et familia et omnia ſua foris patriam infra ſua regna aut in marca, ubi ſua fuerit uoluntas, collocare et habeant ipſum quaſi mortuum. C. XI monſtratur, quales debeant eſſe ſolidi Saxonum; cum enim illis pecuniae copia non eſſet, boues, annonam et mel pecuniae loco pendebant. *In argento duodecim denar. ſolidum faciant; et in aliis ſpeciebus ad iſtud pretium omnes aeſtimationes compoſitionis ſunt.* Capit. I a 802 c. XXX: *de ſuis qui ad Imperatorem confugiunt, ſiue ex Chriſtianis ſiue ex paganis, aut propter inopiam uel propter famem ſuffragantiam quaerunt, ut nullus eos ſibi ſeruitio conſtringere uel uſurpare audeat, neque alienare, neque uendere, ſed ubi ſponte manere uoluerint ſub defenſione domni Imperatoris ibi habeant ſuffragia in ſua eleemoſyna.* et c. XXXIX de foreſtis cauet: *Vt in foreſtes noſtras feramina noſtra nemo furari audeat, quod iam multis uicibus fieri contradiximus et nunc iterum bannimus firmiter ut nemo amplius faciat, ſicut fidelitatem nobis promiſſam unusquisque conſeruare cupiat, ita ſibi caueat. Si quis autem comes uel centenarius aut baſſus noſter aut aliquis de miniſterialibus noſtris feramina noſtra furauerit, omnino ad noſtram praeſentiam perducantur ad rationem. Ceteris autem uulgis, qui ipſum furtum de feraminibus fecerit, omnino quod iuſtum eſt componat, nullatenusque eis exinde aliquid relaxetur. Si quis autem hoc ſcieris alicui perpetratum,*

Incendia prohibentur.

Conſenſu Francorum et Saxon. rex maiorem bannum ſtatuit.

Mortis rei ad regem confugientes.

De ſolidis Saxonum.

8. Galamitoſos recipit Carolus.

De foreſtis.

Nemo feras furetur.

in

in ea fidelitate conseruata quam nobis promiserunt et nunc promittere habent, nullus hoc celare audeat. conf. Capitul. de uillis c. XXXVI.

9. Addit. LL. Sal. Quaestiones de libertate. Capitulare II a. 803 continet additiones ad legem Salicam. C. V: *si quis de libertate sua fuerit interpellatus et timens, ne in seruitium cadat aliquem de propinquis suis, per quem se in seruitium casurum timens occiderit - - ipse qui hoc perpetrauerit, moriatur, agnatio eius et consanguinitas in seruitutem cadat.* Si negauerit, ad nouem uomeres ignitos accedat. C. VII: si quis per chartam ingenuitatis libertatem consecutus, ab altero in seruitutem uocetur; hic vvidrigeldum eius componat, et ille libertatem recuperet. C. VI traditiones pro anima fiant coram testibus legitimis. Si quis in hostem protectus tradidit alteri, qui interea mortuus est; is reuersus coram testibus, qui traditioni adfuere, res suas recipiat. Si ipse mortuus fuerit, heredes eius legitimi res traditas recipiant. C. VIII: liber qui se loco vvadii in alterius potestatem commiserit ibique constitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in locum vvadii suscepit, aut damnum soluat, aut hominem in mallo productum dimittat, perdens simul debitum propter quod eum in vvadio suscepit &c.

Traditio mortis caussa.

De vvadio damnum inferente.

Adiutores altercantium puniuntur. Poena rem iudicatam repetentium. Ebrietas fugienda. De canibus in dextro armo tonsis. C. IV: qui in iudicio iniusto altercantem adiuuat, XV sol. culpabilis iudicetur. C. X: qui caussam iudicatam repetit, aut XV sol. componat, aut quindecim ictus a Scabinis, qui causam prius iudicauerunt, accipiat. In Capitular. III d. a. praecipitur C. XV, ut nullus ebrius suam causam possit conquirere in mallo, nec testimonium dicere, neque comes placitum habeat nisi ieiunus. C. XVI: ut nemini liceat alium cogere ad bibendum. C. XVIII: de canibus qui in dextro armo tonsi sunt, ut homo qui eum habuerit cum ipso cane in praesentiam regis ueniat. Capitulare IV eiusd. a. ad L. Ripuarens. sancit c. IV: *nemini liceat seruum suum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere, sed iuxta qualitatem damni dominus pro illo respondeat uel eum in compositionem aut ad poenam petitori offerat;* et C. VI: *si auctor uenerit et rem intertiatam* (in manu tertii positam) *recipere noluerit, campo uel cruce contendant.* C. VII: *qui filios non habuerit et alium quemlibet heredem facere sibi uoluerit, coram Rege uel Comite et Scabinis uel missis dominicis, qui tunc ad iustitias faciendas in prouincia fuerint ordinati, traditionem faciat.* C. VIII et IX: *Homo denarialis et chartularius non antea hereditare in*

10. Noxa seruorum. Iudicium campi uel crucis in rei uindicatione. Donatio mortis caussa fiat coram magistratu.

suam

ſuam agnationem poterit; usque quo ad tertiam generationem perueniat. De hereditate denarialium. C. X: *omne ſacramentum in eccleſia aut ſupra reliquias iuretur. Et quod in eccleſia iurandum eſt, uel cum ſeptem electis, uel ſi duodecim eſſe debent, quales potuerit inuenire.* Sacramenta iurentur in eccleſia. Capitul. V d. a. c. II: ut nullus audeat in nocte negotiare in uaſa aurea et argentea, mancipia, gemmas, caballos, animalia, excepto uiuanda et fodro, quod iter agentibus neceſſaria ſunt, ſed in die coram omnibus et coram teſtibus unusquisque ſuum negotium exerceat. II. Quae negotia nocu non contrahantur. C. XIII: *ſi inuentus fuerit quis chartam falſam feciſſe aut falſum teſtimonium dixiſſe manum perdat aut redimat.* Falſi reus manum perdat. C. XVI itinerantibus ne denegetur manſio et focus; *paſtum nullus contendere faciat, excepto prato et meſe.* § LIIII, 4. Equi donati ſignentur. C. XX: *quicunque in dona regia caballos praeſentauerit, in unumquemque ſuum nomen ſcriptum habeat.* In Capitular. VI h. a. reſpondet ad interrogationem cuiusdam comitis aut miſſi dominici, ex capitulis iam datis. 12. Capitular. II a. 805 c. VIII: de clamatoribus uel cauſidicis qui nec iudicium Scabiniorum adquieſcere nec blaſphemare (*prouocare*) uolunt antiqua conſuetudo ſeruetur i. e. ut in cuſtodia reclaudantur donec unum e duobus faciant. Et ſi ad palatium pro hac re reclamauerint, et literas detulerint, non quidem eis credatur, nec tamen in carcere ponantur, ſed cum cuſtodia et cum ipſis literis pariter ad palatium noſtrum remittantur, et ibi diſcutiantur ſicut dignum eſt. 13. De contumacibus. C. X: qui conſpirarunt triplici ratione iudicentur, *primo ut ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur; adiutores uero eorum ſinguli alter ab altero flagellentur et nares ſibi inuicem praecidant. Vbi uero nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur, et capillos ſibi uiciſſim detondeant. Si uero aliqua conſpiratio per dextras firmata fuerit, ſi liberi ſunt aut iurent cum idoneis iuratoribus hoc pro malo non feciſſe, aut ſi facere non potuerint, ſuam legem componant; ſi uero ſerui ſunt flagellentur.* Poenae coniurantium. C. XI: *non ſoli accuſatori liceat teſtes eligere abſente ſuo cauſatore; et omnino nullus niſi ieiunus ad iuramentum uel ad teſtimonium admittatur. et de ipſo pago, non de altero, teſtes eligantur, niſi forte longius extra comitatum cauſa ſit inquirenda.* Qui teſtes idonei? C. XXII: de liberis hominibus qui uxores fiſcalinas regias et feminis liberis quae homines ſimiliter fiſcalinos regios accipiunt, ut non de hereditate parentum uel de cauſa ſua quaerenda nec de teſtimonio pro hac re abiciantur; ſed talis etiam nobis in hac cauſa honor ſeruetur qualis et anteceſſoribus noſtris Regibus Conditio fiſcalinorum.

14. Ne quis latrones celet.

uel Imperatoribus ſeruatus eſſe cognoſcitur. Capitulare II a. 806 agit de uariis compoſitionibus. Capitul. III eiusd. a. c. II *de latronibus quicunque poſt miſſam ſancti Iohannis latroni manſionem dederit ſi Francus eſt, cum XII ſimilibus Francis iuret, quod latronem eum fuiſſe non ſciſſet, licet pater eius ſit aut frater uel propinquus: ſi hoc iurare non potuerit et ab aliquo conuictus fuerit quod latronem in hoſpitio ſuſcepiſſet, quaſi latro et infidelis iudicetur.* C. III: *ut nullus comparet caballum, bouem et iumentum uel alia, niſi illum hominem cognoſcat, qui eam uendidit, aut de quo pago eſt, uel ubi manet, aut quis eſt eius ſenior.* C. IV: *ut cum miſſi noſtri ad placitum noſtrum uenerint, habeant ſcriptum quanti aduentitii ſunt in illorum miſſatico et de quo pago ſunt, et nomina eorum et qui ſunt ſeniores eorum.* Capitul. IV d. a. c. V: *ut latrones uel homicidae ſeu adulteri et inceſtuoſi ſub magna diſtrictione et correctione ſint correpti ſecundum cuiuam Baiuuariorum uel legem.* Capitul. V. d. a. Nouiomagenſe c. X: *de mendicis, qui per patrias diſcurrunt, uolumus, ut unusquisque fidelium noſtrorum ſuum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat et non permittat aliubi ire mendicando. Et ubi tales inuenti fuerint, niſi manibus laborent, nullus eis quicquam tribuere praeſumat.* C XVIII uetat, tempore meſſis annonam lucri turpis causa uenundare. C. XIX. conſtituitur, quanti in fame annona uendi debeat. Capitul. a. 808 c. V: ut nullus praeſumat aliter uendere et emere ſagellum meliorem duplum uiginti ſolidis et ſimplum cum decem ſolidis. Reliquos uero minus. Roccum martinum et lutrinum meliorem triginta ſolidis, ſiſmuſinum meliorem decem ſolidis et ſi aliquis amplius uendiderit aut emerit, cogatur exſoluere in bannum ſolidos quadraginta et ad illum qui hoc inuenerit et eum exinde conuicerit ſolidos uiginti. C. III: *ut nullus teſtes mittere in iudicium praeſumat, ſed comes hoc per ueraces homines circa manentes per ſacramentum inquirat, ut ſicut exinde ſapiunt hoc modis omnibus dicant.* C. II: *ut nullus hominem pendere praeſumat niſi per iudicium - - de ſeruis uero, ſi quis alterius ſeruum absque iudicio et ſine culpa pendiderit et ibi mortuus fuerit, Weregildus eius domino ſoluatur. et ſi de ipſa morte euaſerit, ipſe ipſam liudem recipiat et liber poſtea permaneat.* Capitulare I a. 809 Aquis datum c. XI *de Mezban* i. e. *latrone forbannito* (*Eccard.* c. l. T. II p. 107 hunc interpretatur domo uel praedio iectum, a *maſa*, praedium) *ſi liber eum ſuſceperit, ſolidos XV componat; ſi ſeruus, centum uiginti ictus accipiat et inſuper dimi-*

Nemo equum uel iumentum emat, niſi auctorem nouerit.

Miſſi notent aduentitios.

15. Crimina quaedam ſecundum Euvam Baiuuar. corripienda.

16. Mendici ne tolerentur. De annona

17. et pretio ueſtimentorum.

Ne teſtes ſubornentur, ſed comes ipſe inquirat.

Qui ſine iudicio alios ſuſpendunt.

18. De Mezibani.

dimidium caput eius tondeatur. C. XXVIII, XXX, XXXI: Si quis ad mortem iudicatus et ei poſtea uita conceſſa fuerit, *neque iudex fiat, neque Scabinius, neque teſtis, nec ad ſacramentum recipiatur, ſed unde alii iurare debent, ipſe ſemper ad iudicium Dei examinandus accedat; de illis cauſis pro quibus iudicatus fuit ad mortem, nullam poteſt facere repetitionem, quia omnes res ſuae ſecundum iudicium Francorum in publico fuerunt reuocatae; ſi poſtmodum aliqua mala perpetrauerit et iuſtitiam reddere noluerit, ſuperius iudicium ſuſtineat quod antea ſuſtinere debuit.* Capitis damnati, ſed ſeruati, durior conditio. C. XXXIV et XXXVII de iis, qui annonam uexant. 19. Capit. I a. 810 c. II: ut ante uicarium et centenarium de proprietate aut libertate iudicium non terminetur aut adquiratur, niſi ſemper in praeſentia miſſorum imperialium, aut in praeſentia comitum. §. LIIII., 27. Vicarii et centenarii iuriſdictio. C. III *de homicidiis factis anno praeſenti inter uulgares homines, quae propter puluerem mortalem* (paſſim diſperſum) acta ſunt. 20. Capit. a. 813 primum c. XXVIII: *ut inquiratur diligenter de faidoſis hominibus, qui ſolent incongruas commotiones facere, tam in dominicis diebus quamque et aliis ſolennitatibus, ſicuti et in feriaticis diebus. hoc omnino prohibendum eſt, ne facere praeſumant.* De faidoſis. Faidoſi ſunt, qui laeſis nondum ſatisfecere. Capit. II a. d. de iuſtitiis faciendis ex lege Salica, Romana et Gundobada. 21. C. VI: *de his qui a literarum conſcriptione ingenui fuerint, ſi ſine traditione mortui fuerint, hereditas eorum ad opus noſtrum recipiatur.* Fiſci ſucceſſio. C. VII de hereditate litigioſa per miſſum regis diuiſa, decimum mancipium et decima uirga detur. C. XI: *ut unusquisque comes in ſuo comitatu carcerem habeat, et iudices atque uicarii patibulos habeant.* Comes habeat carcerem et patibulum. C. XIII: *ut uicarii munera ne accipiant pro illis latronibus qui ante comitem iudicati fuerint ad mortem. Quod ſi hoc perpetrauerint, tale iudicium ſuſtineant, ſicut et latro iudicatus fuit.* C. XV: *ut uicarii eos qui pro furto ſe in ſeruitium tradere cupiunt non conſentiant, ſed ſecundum iuſtum iudicium terminetur.* Nullus ſeniorem ſuum dimittat, accepto pretio. C. XVI: *quod nullus ſeniorem ſuum dimittat poſtquam ab eo acceperit ualente ſolidum unum, excepto ſi eum uult occidere, aut cum baculo caedere, uel uxorem aut filiam maculare, ſeu hereditatem ei tollere.* 22. Capitul. III a. 813 tradit in primis uarias uariorum criminum poenas. Probatio ingenuitatis. C. IX: *ſi quis hominem ingenuum ad ſeruitium requirit, cum duodecim hominibus de ſuis proximis parentibus in ſanctis iuret et ſe ingenuum eſſe faciat, aut in ſeruitium cadat.* De manumiſſis per hantradam. C. X: *qui per hantradam hominem ingenuum dimittere uoluerit, in loco qui dicitur ſanctum ſua manu duodecima ipſum ingenuum dimittere faciat.* De hereditate filiorum et filiarum. C. XL: *ſi quis francus homo habuerit filios duos, hereditatem ſuam de ſilua et de*

terra eis dimittat et de mancipiis et de peculio. De materna hereditate similiter in filiam ueniat. C. VIII: *si quis Wargengum* (aduenam) *occiderit, solidos* 600 *in dominico componat.*

§. LVII.

Si chartas intuemur, rebus hisce noua lex affunditur. Digeramus eas paullo accuratius. Homines tribus classibus censebantur, nobilium, ingenuorum siue liberorum, et seruorum; addas, si placet, libertos. Nobiles apud Francos rarius appellari, dabo; ideo tamen, quod *Hadr. Valesio* uisum est, nobilium nullum ordinem a plebe distinctum fuisse, non affirmo. *Capitul.* II a. 789 c. 12 agit de filiis nobilium, qui offeruntur. Caroli regis filii ipsi nobilissimi in charta Giselae apud *Mabill.* r. d. p. 503 nuncupantur. Aderant nobiles re ipsa, seniores, maiores, potentiores, optimates uocati. Ministerialium nomen latius porrigebatur; alii regis erant et nobiles *Capit.* I a. 802 c. 39; Caroli calui tit. XL c. 11; alii liberi; alii serui. *Anton. Matthaeus* de nobilitate; *Strube* de origine nobilitatis Germanicae. *Kopp.* de comitum et nobil. immed. differ. p. 14 sq. *Estor.* de ministerialibus c. V. *Riccius* vom Landsässigen Adel c. IV. Nobilibus maiores in regno dignitates deferebantur. Ex ingenuis, aeuo labente, progenies descendebat nobilium Ordinis equestris. Serui, quos ad modulum Romanum haud iudicabis, pro uaria conditione uaria nomina sortiti sunt. *Potgiesser.* de statu et condit. seruor. l. I c. 4. Fiscalinos refert charta monaster. Prum. apud *Marten.* t. I uet. monim. et script. p. 38: *ut ipsi homines - - in ipso tenore et consuetudine sicut antea fuerunt et ceteri fiscalini sint nostri absque alicuius contradictione ad iam dicto loco debeant permanere tam de causas eorum in responsis, quamque aliam legem uel consuetudinem sicut reliqui infra regna nostra habuerint fiscalini et antea in unumquemque pago habuerunt consuetudinem.* *Murator.* in L. Ludouici P. t. I P. II. scriptor. p. 128 n. 16 homines regios siue fiscalinos libertinae conditionis fuisse, idque uel inde patere putat, quod liber homo fiscalinam ducere potuit. §. LVI, 13. At non omnes fiscalini uno iure usi sunt, non omnes serui fuere. *Liti* medium inter liberos et seruos

Nobiles. Ministeriales.

Ingenui. a. Serui.

Fiscalini.

Liti.

ſeruos genus habentur; neque *aldiones*, qui chartis Italicis familiares, plene manumiſſi erant, ſed uel ad agrum aliquem colendum uel cenſum exſoluendum obſtringebantur. §. LIIII, 12. *Murat.* de manumiſſionibus ſeruorum et de libertis, aldiis ac aldianis t. I antiq. diſſ. XV. *Goebel.* de iure et iudicio ruſticorum fori Germanici c. I §. 13. De *Arimannis*, quos itendidem tabulae Italicae ſiſtunt, anceps diſputatio. *Murator.* c. l. diſſ. XIII eos liberos exiſtimat, aut ab *beer*, exercitu, aut ab *Ebre*, honore, nomen adeptos. Quidam horum a rege uel alio ſeniore beneficia accipiebant, atque adeo militiae honorem. *Accolas*, adſcriptitiae conditionis homines, habent diplomata, in *Chron. Laurisham.* a. 776: *nec ad homines ſuos tam ingenuos quam et ſeruientes ſeu accolas ipſius monaſterii diſtringendum;* apud *Mabill.* r. d. p. 510: *ipſa uero loca una cum colonis, accolanis, ſeruis, libertis in ipſa loca commanentes;* apud *Marten.* c. l. t. I p. 48: *una cum terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, uineis, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus.* *Condomae* *Muratorio* c. l. p. 794 ſunt homines alicui praedio addicti et domino praedii obnoxii, interdum etiam condoma familiam eiusmodi colonorum alicui inſeruientium ſignificat. *Maſnadam* *Fontaninus* in libro delle maſnade deduxit a *mas*, quod *manſum* ſeu praedium indicat, et *nata* h. e. gens in manſis nata *Murator.* c. l. p. 800 eam familiam ſeruorum manſo addictam ſiue ad manſum excolendum conſtitutam putat. Habebantur quaſi ſerui h. e. a uili mancipiorum conditione recedebant, ac inter honeſtos ciues, immo aliquando inter nobiles referebantur. *Commendati* uel commenditi liberi erant, qui ſe, ſalua libertate, domino alicui ad obſequia obſtringebant. Formul. *Sirmond.* n. 44. *Chartularii* ſiue chartulati dicuntur uel ſerui, per chartam h. e. epiſtolam manumiſſi, uel ii, quibus iure emphyteuſeos per chartulam nonnihil traditum. *Murator.* t. III antiq. diſſ. XXXVI de emphyteuſibus, precariis et laicorum decimis p. 243. Carolus M. Saxones ſuperatos in ſeruitutem detruſiſſe fertur; uerum nulla ſana ratione. Quis hoc de ciuibus ad comitia regni uocatis contendat? *Potgieſer.* c. l. l. I c. 2. *Meinders.* diſſ. hiſtorico-polit. de libertate Saxonum. conf. *Gryphiander.* de Weichbild.

Aldiones.

Arimanni.

Accolae.

Condomae.

Maſnadae.

Commendati.

Chartularii.

9. Num Saxones in ſeruitutem detrufi fuerint.

Manumissio per ordines sacros.

c. 24. Cum ordines sacri seruos in libertatem uindicarent, tanto in eos impetu ruebant, ut lege coercendi essent. *Leg. Langob.* P. II t. I rer. Ital. *Murator.* p. 113. De manumissis per denarium et per chartam uid. §. LVI, 3, 10; per Hantradam ib. 22.

4. Peregrini.

Res peregrinorum regis proprias fuisse, perspeximus supra §. LIII, 28 ex tabulis monast. Honaug. ubi Scoti soli eximuntur, *quibus omnibus reges Francorum libertatem dederint, ut nullus raperet aliquid de rebus eorum.*

5. Patria potestas.

Patria potestas ab imperio parentum naturali parum aberat. *Polyc. Leyseri* obseruata diplomatico-historica de patria potestate in Germania ignorata.

Adoptio.

Adoptiones plerumque honoris, non emolumenti caussa fiebant. *Du Fresne* diss. XXI sur l'hist. de S. Louis par Joinville des adoptions d'honneur en frere et par occasion des freres d'armes; diss. XXII des adoptions d'honneur en fils et par occasion de l'origine des chevaleries; diss. XXIII suite de la dissertation precedente touchant les adoptions d'honneur en fils &c. *Leyser.* de adoptione per Andelangum.

6. Coemtio uxorum.

Vxores per solidum et denarium emebantur; *Formulae* apud *Baluz.* t. II. conf. *Gundling.* de emtione uxorum, dote et morgengaba.

Dos mariti.

Dotem non uxor marito, sed uxori maritus etiam hoc tempore offerebat. *Ludewig.* de dote mariti. *P. Daniel* hist. de Franc. t. I p. 156 opinatus est, uxores Caroli M. aetate dotem afferre necesse habuisse, ut a concubinis discernerentur; at enim pugnat haec sententia cum Germanis moribus. Haud inops mulier esse potuit, sed inde nihil ad dotem infertur.

7. Rerum diuisio.

Inter tot diuisiones rerum singulorum eam potissimum considerabamus, qua uel fiscales uel propriae censentur.

Beneficia siue feuda.

Illarum nonnullae beneficia dicuntur, quibus postea feudorum nomen impertitum. Huius generis praedia ab altero, dum uiueret, iure beneficiario uel usufructuario possidebantur. Neque uero omne beneficium feudum interpretabere, neque semper beneficio opus fuit, ut uassus constitueretur, quod uocabulum latioris notionis est. *Murator.* t. I antiq. diss. XI de allodiis, uassis, uassallis, beneficiis, feudis, castellanis &c. Quid? quod eruditi inter se disceptant, an beneficia aeui Carolini ipsa fuerint feuda sequentium temporum. Negat *Chantereau le Febure* dans le traité de fiefs l. I c. 3 et l. II c. 1 monstrare

ſtrare conatur, uocabulum feudi ad Hugonis Capeti aetatem pertinere, et c. 5: uaſſos non tam poſſeſſores terrarum fuiſſe feudalium, quam ducibus comitibusque officia praeſtitiſſe. Enimuero *Cantarelli* ſententiam examinat reiicitque *Bruſſel* de l'uſage general de fiefs en France t. I l. I c. 2; et c. 3 et 4 beneficia a feudis haud diuerſa, haec uero Hugonem Capetum anteuertere contendit. Interim feudi uocem tabulis legitimis Carolingorum obſcurum eſſe, obſeruamus. *Muratori* c. l. p. 592, 594. Videant. ergo, an charta Caroli in *Mabill.* uet. analect. p. 354 proba ſit, quae talia enunciat: *tam ex allode, quam de comparato uel de quolibet attracto ſeu ex munere regum praeſenti tempore habere uidetur - - ſub integra immunitate omnia feuda conceſſa debeant poſſidere et dominare.* Feudi tamen ipſius inſtituta Carolicis antiquiora recte habentur. Hallucinatus eſt propterea *Thom. Franzius*, quando pro Carolo M. primo feudorum auctore in Italia defenſionem contra eos, qui uel conſuetudini uel aliis gentibus eorumdem auctoritatem tribuunt, ſcripſit, *Struuii* Syntagm. iur. feud. adiectam. Caliginem in ea deprehendis ac proſopopoeiam intolerabilem. *Iac. Car. Spener* Franzium refutauit in diſquiſitione de originibus feudalis iuris ad conſuetudinem, minime uero ad Caroli M. inſtituta referendis. *Schilterus* equidem ius feudale Alamannicum a Carolo M. repetere uoluit, ob inſcriptionem: *hie hebt ſich an Kaiſer Karls lehenrechtpuch.* Sed leges ipſas ſibi refragari animaduertit; hinc §. XV praefat. non potuit non mentem ſuam ita declarare: *plane etſi iuris huius feudalis auctoritas non immerito ad Carolum M. refertur, et ad capitularia eius Germanica: non tamen ex toto, ſed ſubſecuti quoque reges et Imp. iſtud ſuis conſtitutionibus auxerunt.* *Harpprecht.* de ſpeculi Sueuici et praeſertim iuris feudalis Alemannici non uſu moderno. Ceterum quam uaria in numero rerum fiſcalium poſita ſint, docet fragmentum breuiarii rerum fiſcalium Caroli M. in *Leibniz.* collect. etymolog. P. II p. 316 ſq. De terris Salicis inter interpretes non ſatis conuenit. *Du Freſne* in d ſſ. XVII ſur l'hiſt. de S. Louys, du mot de Sale et par occaſion de loixet des terres Saliques ita rem exponit: *comme les Saliens s'etablirent dans les Gaules avec l'agrément de l'empereur Julian, il eſt probable qu'ils obti-*

Feudi nox exulat.

An Carolus M. auctor feudorum?

An iuris feudalis Alamannici?

8. Terrae Salicae.

obtinrent de lui pluſieurs priuileges, qui les firent reconnoitre dans la ſuite pour les principaux d' entre les François - - ces prerogatiues conſiſterent principalement dans la franchiſe des terres qui leur furent accordées par Julian et que les principaux et les chefs de ces peuples ſe departirent entre eux à condition de le ſervir dans ſes guerres et d' y conduire leurs vaſſaux, ce qui ſe fit en egard au nombre de terres que chacun d' eux poſſedoit. *Eccard.* ad L. Salic. p. 107 terram Salicam fuiſſe exiſtimat, quae ad ſalam ſiue aedes familiae pertinuit, cuiusque filiae ideo exſortes erant, quod in alienas familias tranſirent, nec onera militaria ſuſtentare poſſent. Huic ſententiae perquam probabili accedit etiam *Buri* in der Erläuterung des Lehenrechts p. 1213, poſtquam antea alias opiniones recenſuerat. Quod ad bona propria attinet, uel hereditaria, praecipue allodia dicta, uel ex comparato erant aut ex attracto et conquiſito, quod ſexcenta literarum exempla loquuntur. Attrahitur, notante *Cangio*, labore uel induſtria; dato pretio uel gratis comparatur. Vſum diſtinctionis bonorum hereditariorum et acquiſitorum in diſſertatione ſingulari oſtendit *Ludouici.* Si qua praedia traduntur, eorum fines diſtinctius deſcribuntur. Nominatur pagus, uilla, curtis, locus. Pagos Germaniae plurimos data opera inueſtigarunt *Meibom. Paullini*, *Chron. Gotwicenſ. Winckelmann.* in notitia Weſtphaliae, *Pfeffinger* ad Vitriar. t. II p. 574 ſq. Italia medii aeui egregie reſtituitur in diſſert. chorographica in t. X ſcript. *Murator.* quam ſupra iam adhibuimus. Inter agri menſuras notamus raſtas, ex documento Onoldino Georgi: *monaſterio aliquo in pago Rangowi infra vvaldo, qui uocatur Virciunia raſtas quatuor intra duo flumina, quae nuncupatur Retbratenza et Onoldisbach.* Perticas habet charta *Hedae* de epiſc. Vltrai. p. 41. *Biuanc* ſiue propriſum eſt fundus quaſi circumſeptus. *Eccard.* t. II de reb. Franc. p. 864 et *Schaten.* hiſt. Weſtphal. p. 684: *tunc pergens* (Aſig) *ad locum, qui dicitur Hanicabrunno inter Wiſera et Fulda occupauit ſibi quandam partem de ſilua, quae uocatur Bochonia, quam moriens dereliquit filio ſuo Aſig, qui et Adalricus uocatur, ſed poſtea uenientes miſſi noſtri ad eadem loca, praedictam ſiluam ad opus noſtrum conquiſiuerunt. Nos tamen propter fidele ſeruitium praedicti fidelis noſtri Aſig ſiue patris petitionem*

9. Allodia.

10. Modus et limites praediorum deſcribuntur. Pagi.

Raſta.

Biuanc.

tionem eius ad effectum perducere uolentes in eadem silua in loco memorato, ubi pater eius Hiddi illud proprium, quod in eorum lingua Biuanc uocatur feciſſe cognoſcitur duas leugas in longum et duas in latum et ſex in circuitu illi et heredibus eius conceſſimus ad habendum. *Manſus* certam agrorum portionem ſignificat, uariis epithetis notati ſolitus. *Dominicatus* dicitur, qui ad regem uel ſeniorem ſpectat, nec aliorum uſibus traditur. *Abſus Cangio* eſt incultus, *ueſtito* oppoſitus. At *Buri* c. l. p. 691 abſum dominicato haud diſſimilem arbitratur, eumque dominum ipſum, ruſticorum ſuorum operis, colere; ueſtitus uero ex eo dictus uidetur, quod homines in poſſeſſionem eius inueſtitura miſſi ſint. Apud *Perard.* p. 13 in charta Caroli a 790 legitur: *ſicut ab ipſa iam dicta orba partibus occidentalibus uenitur in calmibus.* Calma Cangio agri aratorii eſſe uidentur, in quibus meſſes eſſe ſolent, quae calamis frumentariis conſtant. Poſſunt tamen et caſam, ſtramentis forte ſeu calamis tectam indicare. Appendices praediorum fundorumque nominatim recenſentur; id cum moribus ac ſtilo iſtius aeui pugnare, negat *Mabillon.* r. d. l. II c. 7 §. 11 aduerſus Papebroch. uid. § LIII, 21. Ingenui ius ſiluarum ac uenationum in praediis ſuis acceſſionis iure exercebaut; Rex uero illud in foreſtis regalibus ſibi ſumebat, aliisque interdum priuilegii nomine largiebatur. Exempla praebuimus §. LIII, 19 et paullo ante n. 10. conf. *Ludewvig.* de differ. iur. Rom. et Germ. in uenatu eiusque regali different. V. *Goebel* de iure uenandi §. 8. *Stiffers* Forſt- und Jagd-Hiſtorie der Teutſchen c. IV. Commodis praediorum etiam uineae adnumerantur, quarum in Franconia primam mentionem facere chartam Fuld. a. 777 in *Schannat.* tradit. Fuldenſ. p. 27, exiſtimat *Eccard.* c. l. t. I p. 645. Annales Cremiſan. *Rettenpacheri* l. I p. 28 eas quoque referunt: *in ſupraſcripto uero pago Drungaoe in loco qui nuncupatur Aſchaba uineas duas cum uiniatoribus duobus et in alio loco qui dicitur Raotola uineas tres cum tribus uiniatoribus nec non piſcatores duos et inſuper alios homines duos, qui apes prouident et fabros ſex.* Ad uſucapionem perficiendam Germani ſpatium temporis tricenarium, quod ipſis ſaeculum erat, requirebant. Id ex §. LV, 26 coniicere liceat. In *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. I p. 106 inter epiſc. Maſſilienſ. hoc iudicatum ſub Carolo M. deprehendimus: *ſed contra*

Manſus.

Calma.

11. Appendices enumerantur.

12. Venatio.

13. Vineae.

epiſcopum ipſum uel ipſas cartas aliquis ſic rebellabat, quod per annoſitatem ſeu per legem tricenariam in tempore pacis ad ipſum beneficium ſui ſenioris aut ad partes domni Caroli regis perportare uolebant. Formulae traden-

14. Traditio. dae firmandaeue poſſeſſionis modo latiores, modo arctiores ſunt. Specimina iam paſſim attulimus; addamus ex tabulis immunit. Laurisham. apud *Helvvich.* p. 13 haec uerba: *tam quod praeſenti tempore uidetur poſſidere uel dominicare, quam quod adhuc ex munere regum ſeu reginarum ſeu quod pro collata populi uel de comparato uel de quolibet adtractu augmentare - - potuerint.* Commune

15. Inueſtitura. traditionis robur erat inueſtitura, quae iuſtam poſſidendi conditionem dabat. In tabulis S. Dionyſ. apud *Calmet.* hiſt. de Lorr. t. I preuves p. 284 legimus: *monaſteriolo aliquo qui nuncupatur a ſancto Deodato infra Voſago ſilua ſicut eum domnus et genitor noſter Pippinus in ſua inueſtitura tenuiſſe comprobatum eſt.* Etſi inueſtitura plerumque poſtularet aliquam cenſus praeſtationem; interdum tamen ea remittitur. *Baluz.* t. II Capit. p. 1400 praebet chartam, qua Iohanni cuidam nonnihil praedii traditur: *inuenimus in ipſa epiſtola inſertum, quod Iohannes ipſe ſuper hereticos ſiue Saracenos infideles noſtros magnum certamen certauit in pago Barchinonenſe - - et cepit de ipſis ſpolia, aliquid exinde dilecto filio noſtro obtulit equum optimum et brunia optima et ſpatam Indiam cum techa de argento parata et petierat in pago Narbonenſe uillare heremum ad laborandum quem dicunt Fontex - - Nos uero concedimus ei ipſum uillarem et omnes ſuos terminos et pertinentias ſuas ab integre et quantum ille cum hominibus ſuis in uilla Fonteioncoſa occupauit uel occupauerit, uel de heremo traxerit, uel infra ſuos terminos ſiue in aliis locis uel uillis ſeu uillare occupauerit uel aprſione fecerit cum hominibus ſuis. Haec omnia concedimus ei per noſtrum donum, ut habeat ille et poſteritas ſua abſque ullo cenſu aut inquietudine, dum nobis aut filiis noſtris fideles extiterint.* Sicuti Germani ſymbolis ad-

Per ſymbola. modum delectabantur: ita in traditionibus quam maxime. At in praeceptis regiis parca eorum mentio fieri ſolet. conf. *Heinecc.* elem. iur. germ. p. I L. II §. 74 ſq. *Euer. Ottonis* de iurisprud. ſymbolica exercitationes. *Io. Guill. Hoffmanni* ſpecimen iuris-

16. Teſtamenta, ſed non Romana. prudentiae ſymbolicae. Teſtamenti uocabulum quoduis inſtrumentum denotat. *Mabill.* Annal. t. II p. 266. Teſtamenta hereditatem diſtribuentia non adeo fouebant Germani, niſi ſi quis Roma-

Romano more teſtari aut mortis cauſſa donare uoluerit ; nam plurimas diſpoſitiones inter uiuos condebant, atque res hereditarias, olim heredibus praeſcripta ratione reddendas, fidis alterius manibus delegabant; qui talem fidem ſpoponderant, eos poſterior aetas Salmannos nuncupabat. §. LVI, 9, 10. uid. progr. noſtrum de Salmannis. Nec ueteres aiunt annales, Carolum Germanis quibusdam pertinacibus, uictisque ius teſtamentorum ademiſſe; quod *Lehmanni* Chron. Spir. L. II c. 20 nobis perſuadere cupit. uid. *Heinecc.* diſſ. de teſtamenti factione iure German. arctis limitibus paſſim circumſcripta §. 9. Si qua deprehendimus teſtamenta, plerumque praecipiunt, quid in pios uſus erogari debeat, non inſtituunt heredes Romanos. Exemplum teſtamenti Latii iura redolentis, quod Abbo condidit et Carolus renouauit, affert *Mabill.* de re dipl. p. 507: *quod teſtamentum meum*, inquit teſtator, *ſi quo caſu et iure practorio uel qualecunius lege adinuentionis quae quomodo ualere nequiuerit ac ſi ab inteſtato ad uicem coducillorum eum ualere uolo ac iubeo.* Rationes confirmationis ita explicat Imperator: *quia ſaepiſſime per placita comitum per diuerſos pagos neceſſitate cogente ipſum ad relegendum detulerunt, iam ex parte ualde dirutum eſſe uidebatur; et ideo quia per ſe non fuerunt auſi ipſum teſtamentum renouare, petierunt celſitudini noſtrae, ut per noſtram iuſſionem denuo fuiſſet renouatus eo tenore ſicut ipſe ad hoc relegi melius potuiſſet - - non enim ex conſuetudine anteriorum regum hoc facere decreuimus, ſed ſolummodo propter neceſſitatem et mercedis augmentum tranſcribere praecipimus hoc modo et ſubter plumbum ſigillari iuſſimus.* Aliud documentum praebet teſtamentum Fulradi, Abbatis Dionyſiani, quo res ſuas omnes baſilicae S. Dionyſii tradit. Subſcripſerunt multi proceres; et inferiori membranae inſerta eſt feſtuca, traditionis ſymbolum. *Mabill.* Act. S. Ord. S. Benedict. Saec. III P. II p. 341. Gundelandus Abbas Laureshamenſis, qui in annalibus imperialis abbas et regni princeps uocatur, moribundus a Rege poteſtatem impetrauit, tertiam rerum mouentium partem in uſus pauperum erogandi. *Id.* t. II A. B. p. 243 n. 84. *Speculator Alamannicus* c. 270 Carolo, tamquam auctori, priuilegium Sueuis indultum, ne hereditates tacite amittant, affingit. at quis non nouerit fabularum fabricatorem? Legum criminalium larga ſeges; di-

Interdum Romanae formulae immiſcentur. Teſtamentum Abbonis;

Fulradi.

Gundelandi.

plomata ſcelera minus frequenter loquuntur. Paſſim tamen documenta quaedam protulimus. Rem iudiciariam ex placitis praeſertim addiſcimus, quibus imperator ipſe interdum praeerat. Litigantibus ſat auditis ſententia ferebatur, ac totius litis hiſtoria notitia quadam deſcribebatur. Multa placitorum ſpecimina exhibuere *Vghellus*, *Murator.* in antiq. aliique chartarum collectores, utut a ſtilo diplomatum paullum recedant. conf. §. LV, 26. Nonnumquam ipſa diplomata rem litigioſam dirimunt. Recorderis, quaeſo, chartae apud *Schaten.* n. 10 cit. et *Mabill.* rei dipl. p. 512, quam imperator Aſig ſiue Aldrico dedit. Sub iisdem fere formulis conceſſit Benito fundum aliquem apud *Eccard.* c. l. t. II p. 864. *Mabill.* c. l. enarrat placitum aduerſus Tingulfum, qui poſt noctes XLII indictas non comparuerat, nec miſerat alium, qui *pro eo ſonia nunciaſſet.* h e. Sunis ſiue Saumnis, impedimentum legitimum indicaſſet. In *Murator.* t. I antiquit. p. 23 itidem legimus in libello Caroli: *ut placitum ab eis inſtitutum ſuper noctes uiginti una aut per quatuordecim aut, quod minus eſſet, ſuper ſeptem eorum, ut diximus, ſecundum legem accipere debeant.* Plura placitorum exempla iam delibauimus. Bonorum fiſco addictorum documentum ſuggerit *Mart.* t. I, V. M. p. 60: *quantumcunque in ſupraſcripta Godebertus quondam tenuit et pro inceſtuoſa uel alia inlicita opera legibus perdidit et ad fiſcum noſtrum legibus deuenerunt et Hugo comes una cum praedicto Tancrado uenerabili abbate uel aliis quam pluris fidelibus noſtris ſecundum iudicium legitimo ordine ac iuſte et rationabiliter partibus noſtris adquiſiuit uel euindicauit.* Ceterum conf. *Conring.* de iudiciis reipubl. German. *Hert.* de conſultationibus, legibus et iudiciis in ſpecialibus R. G Imp. rebuspubl. *Murator.* diſſ. de iudiciis Dei ſiue experimentis ueterum ad ſcrutandum hominum crimen ſiue innocentiam. et de duello eiusque origine et uſu diſſ. 38, et 39 t. III antiq. Silentio denique plane non transeundae ſunt ſtatuae Rolandinae, quae in ciuitatibus Saxoniae paſſim conſpiciuntur. Easdem iurisdictionis ſimulacra eſſe, a Germanico *rügen* dictas, multi exiſtimant. Minime uero a Carolo M. tamquam libertatis indices in honorem Rulandi ſororis ſuae filii erectae ſunt. Fabula decantata, ſed exploſa dudum. uid. *Gryphiander*

17. Res iudiciaria.

Placita.

In dilationibus noctes computantur.

18. Bona fiſco addicta.

19. Statuae Rolandinae et iudicia Weſtphalica.

der de Weichbild. et *Rhet.* de ſtatuis Roland. Diſſentit tamen *Meyer* de ſtatuis et coloſſis Rolandinis. Neque aequalium ſcriptorum conſenſu iuuantur, qui Carolum iudicia occulta Weſtphalica inſtituiſſe ferunt. Etenim tanti non ſunt, quae *Botho* in Chron. picturato Brunſuic ad a. 772 memoriae prodidit. uid. Datt. de pace publ. p. 773. *Gryphiander* c. l. c. 54. *Pfeffinger* ad Vitr. t. IV p. 478 ſq. *Winckelmann.* in notit. Weſtphal. p. 558 ſq. *Thomaſ.* de orig. progreſſu atque interitu iudiciorum Weſtphal.

§. LVIII.

Qui fieri denique poſſet, ut Imperatoris noſtri maxima in rem literariam merita praetermitteremus? Laborauit multa contentione Carolus, ut ſcholae inſtituerentur ac uaria ſcientiarum genera excolerentur. Notatu dignum eſt cap. LXX Capitular. a. 789 apud *Baluz.* t. I p. 237: *Et ut ſcholae legentium puerorum fiant. Pſalmos, notas, cantus, compotum, grammaticam per ſingula monaſteria et epiſcopia diſcant, ſed et libros catholicos bene emendatos habeant, quia ſaepe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt per inemendatos libros male rogant. Et pueros ueſtros non ſinite eos uel legendo uel ſcribendo corrumpere. Et ſi opus eſt euangelium uel pſalterium et miſſale ſcribere, perfectae aetatis homines ſcribant cum omni diligentia.* Ib. p. 421: c. III: *de ſcribis ut uitioſe non ſcribant;* c. V: *de compoto, ut ueraciter diſcant omnes. De medicinali arte, ut infantes hanc diſcere mittantur.* (§. LII, 24) Ib. p. 203 homiliarium a *Paulo* Diacono emendatum eccleſiis tradit, hac praefatione: *quia curae nobis eſt, ut noſtrarum eccleſiarum ad meliora ſemper proficiat ſtatus obliteratam pene maiorum noſtrorum deſidia reparare uigilante ſtudio literarum ſatagimus officinam et ad pernoſcenda ſtudia liberalium artium noſtro etiam, quos poſſumus, inuitamus exemplo. Inter quae iam pridem uniuerſos ueteris ac noui inſtrumenti libros librariorum imperitia deprauatos Deo nos in omnibus adiuuante examuſſim correximus - - non ſumus paſſi noſtris in diebus in diuinis lectionibus inter ſacra officia inconſonantes perſtrepere ſoloeciſmos atque earundem lectionum in melius reformare tramitem mentem intendimus, idque opus Paulo Diacono clientulo noſtro eliminandum iniunximus &c.* Typis hunc li-

Rem literariam adiuuat Carolus.

2. Scholae ordinat.

3. De Pauli Diac. homiliario.

brum exſcripſit *Petr. Drach*, Spirae a. 1472. Vt clericos et monachos ad literarum culturam excitaret, epiſtolam encyclicam ad praeſules miſit, cuius ſpecimen ad Baugulfum abbatem Fuldenſem reperitur ib. p. 200: *Karolus Dei gratia rex Francor. et Langob. ac patritius Roman. Baugulfo abbati et omni congregationi tibi etiam commiſſis fidelibus oratoribus noſtris in omnipotentis Dei nomine amabilem direximus ſalutem - - cognouimus in plerisque praefatis conſcriptionibus eorundem et ſenſus rectos et ſermones incultos, quia quod pia deuotio interius fideliter dictabat hoc exterius propter negligentiam diſcendi lingua inerudita exprimere ſine reprehenſione non ualebat.* In concilio Cabillon. a. 813 c. 6 Carolus epiſcopis ſcholarum inſtaurationem praecepiſſe perhibetur. *Mabill.* ſaec. IIII P. I act. SS. praefat. §. 8. *Murator.* t. III antiq. diſſ. 43 de literarum ſtatu, neglectu, et cultura in Italia poſt barbaros in eam inuectos. *Launoius* de ſcholis celebribus a Carolo M. et poſt Carolum M. inſtauratis *Koeleri* diſſ. de ueterum recentiorumque Germanorum ſcholis ſolitis et ſolidis; *eiusd.* diſſ. de bibliotheca Caroli M. *Io. Guil. de Berger* de eruditione Saxonis Carolini. Non autem ſatis planum eſt, academias a Carolo fundatas fuiſſe. Pariſienſis hanc ſibi gloriam ſumere noluit; cuius hiſtoriam conſcripſit *Budaeus;* at diſſentiunt *Claud. Iolyus* de ſcholis epiſcopal. et eccleſiaſticis; *Claud. Hemeraeus* de academia Pariſienſi, aliique. Ticinenſem academiam natales Carolo debere, tradit *Anton. Gatto* in hiſt. Gymnaſii Ticinenſ. ſed, ni uerbis ludatur, rite non probat. Vt taceam, qui academiam Bononienſem, Patauinam, Turonenſem, Lugdunenſem, Oſnabrugenſem, Fuldenſem ab eodem audacius repetunt. Nec fouebat tantum Imperator bonas artes, earumque cultores, ſed et ipſe incredibili diſcendi cupiditate ardebat. *Io. Henr. Bocriſ.* diſſ. de eruditione Caroli M. eiusque meritis in rem literariam. Grammaticam a Petro Piſano diacono docebatur; ac praeterea *Roma artis Grammaticae et computatoriae magiſtros ſecum adduxit in Franciam et ubique ſtudium literarum expandere iuſſit. Ante ipſum enim domnum regem Carolum in Gallia nullum ſtudium fuerat liberalium artium.* *Egoliſm.* p. 251. Hac aetate *Smaragdus* Abbas S. Michaelis monaſterii floruit, qui de re Grammatica libros compoſuit, quos

4. Ad literarum ſtudia adhortatur clericos Carolus.

5. Num academias fundauerit?

6. Variis diſciplinis imbutus erat, et eruditos fouebat. Callebat Grammaticam.

quos *Mabill.* uet. analect. p. 357 sq. ex Corbeiensi exemplari n. 524 sub hac inscriptione indicat: *In Christi nomine incipit Grammatici Smaragdi abbatis mirifice tractatus.* et ex alio n. 525: *incipit tractatus in partibus Donati cuiusdam presbyteri Zmaragdi.* In l. II c. 10 hic Grammaticus nominum quorumdam Francorum Gothorumque explicationem, pro sua quidem scientia, affert. Quid? quod tantum in arte Grammatica profecit Carolus, ut ipse sermonem patrium regulis Grammaticis subiicere tentaret; mensibus et uentis Teutonica nomina indidit; ac *morti propinquus quatuor Euangelia Christi, quae intitulantur nomine Matthei, Marci, Lucae et Iohannis in ultimo ante obitus sui diem cum Graecis et Syris optime correxerat.* *Thegan.* c. 7. Supereſt liber, aduersus Synodum Nicaenam II conscriptus, qui Carolo auctori etiam a *Nat. Alex.* H. E. t. V p. 782 tribuitur. Ex hac noscitur inscriptione, ni fallor, aliena: *opus inlustrissimi et excellentissimi seu spectabilis uiri Karoli, nutu Dei regis Francorum, Gallias, Germaniam, Italiamque siue harum finitimas prouincias domino opitulante regentis contra Synodum, quae in partibus Graeciae pro adorandis imaginibus stolide siue arroganter gesta est.* Primus hoc opus in lucem emisit *Io. Tilius* sub nomine *Elphili* a. 1549. Deinpost *Goldastum* et *Pareum*, *Heumannus* in Augusta Concilii Nicaeni II censura a. 1731, qui in praefatione fata huius libri uberius recenset. Ex his aliisque literarum monimentis constat, Carolum religionis sectae non adeo deprauatae adhaesisse. Quapropter *Christianus Nisanus* ostensionem historico-theologicam concinnauit, quod Carolus M. in plurimis fidei articulis formaliter non fuerit Papista. Hunc refutare conatus est *Nicol. Schaten.* S. I. in libro: Carolus M. Rom. Imp. et Francor. rex Romano-Catholicus libris IV explicatus et uindicatus aduersus *Christ. Nisanium*, a. 1674, et 1700 titulo paullum mutato. Sed a. 1679 a *Nisanio* opponebatur: Gloriosiss. Rom. Imp. Carolus M. exhibitus confessor ueritatis euangelicae, atque ab impugnationibus *Schatenii* uindicatus. add. *Io. Henr. Heideggeri* diss. de Carolo M. teste ueritatis. Iubente Carolo *Remedius* episcopus Curiensis ueteres canones collegit. uid. supra §. LII, 31. Quum igitur Imperator nostes tantam librorum curam habuerit, sat amplam bibliothecam eius fuisse

7. Tribuitur ipsi liber aduersus Synodum Nicaenam II scriptus.

8. Quae fuerit religionis principia.

De Caroli bibliotheca.

fuiſſe coniicimus. *Einhard.* abbas de translat. SS. Martyrum Marcellini et Petri memorat Geruardum, Caroli palatii bibliothecarum et palatinorum operum ac ſtructurarum praefectum. Quam impenſe Aſtronomiae, Mechanices, aliisque ſtudiis mathematicis delectabatur! Palatia plura, pontem Mogontiacum ac naualem in Danubio, claſſem aduerſus Normannos exſtruxit. *Notker.* uita Caroli l. I c. 32. Neque exteri tanti regis ſtudia ignorarunt. Quapropter Michael Imp. Conſtantinop. illi organa quaedam pneumatica; Aaron uero, quem commemorauimus §. LV, 5 praeter Elephantem aliasque res ingentis pretii horologium arte prorſus mirabili compoſitum dono dedit. Inter uiros doctos, quos iſta ferebat aetas, facile eminuit Alcuinus, abbas S. Martini Turon. ex quo ipſe Carolus Rhetoricam, Dialecticam et Aſtronomiam didicit. *Sigebert. Gembl.* de ſcript. eccleſ c. 83 *eum tanta familiaritate imperatori Carolo acceptum fuiſſe* ſcribit, *ut appellaretur imperatoris delicioſus.* Hoc Alcuino ſuaſore academiam ſiue ſocietatem eruditorum congregaſſe Carolus dicitur, cui qui intererant priſcorum nomina adoptabant. Ita Carolo nomen erat Dauidis, Alcuinus Flaccum ſe appellabat, Angilbertus ſub Homeri nomine latebat. *Bulaei* hiſt. uniuerſit. Pariſ. t. I p. 104 ſq. Hunc Alcuinum concilio Francofurt. commendauit Carolus (§. LII, 17) eumque literarum commercio dignum iudicauit. conf. *Caniſii* lection. antiq. t. II. In epiſtola quadam, quae incoatur: *Carolus gratia Dei Rex Franc. atque Langob. et patricius Roman. dilectiſſimo magiſtro, nobisque cum amore nominando Albino abbati in domino noſtro Ieſu Chriſto aeternam ſalutem*, exponit Carolus, cur dominica ſeptuageſima, ſexageſima et quinquageſima ante quadrageſimam celebretur. uid. append. ad librum *Alcuini* de diuinis officiis. Alia epiſtola ad Alcuinum monachosque ſuos miſſa clericum Theodulphi epiſcopi Aurelianenſis, qui ad illos, ut ſe poenae ſubtraheret, confugerat, reddi iubet, atque Alcuinum praedicat apud *Baluz.* t. I p. 413: *In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Karolus &c. Albino uenerabili magiſtro et omni congregationi monaſterii S. Martini - - ipſi quippe noſtis, qui congregatio huius monaſterii ac ſerui Dei et utinam uere, dicimini, qualiter iam crebro uita ueſtra a multis diffamata eſt et non abſque re. Aliquando enim monachos, aliquando canonicos, aliquando neutrum*

9. Mathematicis ſtudiis delectatur.

10. Alcuinus ipſi fuit cariſſimus.

neutrum uos esse dicebatis. Et nos consulendo uobis et ad malam famam abolendam magistrum et rectorem idoneum uobis elegimus et de longinquis prouinciis inuitauimus, qui et uerbis et admonitionibus rectam uitam instruere et quia religiosus erat, bonae conuersationis exemplo potuisset informare &c. De Paullo diacono iam diximus. Carolus eum ualde dilexit, et carmine salutauit, quod asseruat *Chron. Casin.* l. I c. 15, atque iterum, ope Alcuini: *Parvula Rex Carolus seniori carmina Paulo, dilecto fratri, mittit honore pio &c.* Liberalitatis documentum contulit in Paulinum, uirum literis imbutum, postea patriarcham Aquileiens. quod *Vghell.* t. V p. 35 porrigit: *cedimus et donamus a nobis uiro ualde uenerabili Paulino artis grammaticae magistro b. e. res quasdam et facultates quae fuerunt Waldandi filii quondam Mimoni de Laberiano, quae ad nostrum deuenerunt palatium pro eo quod in campo cum Forticauso inimico nostro a nostris fidelibus fuerit interfectus.* *Sabellicus* de uetustate Aquileiae c. 5 Paulinum a Carolo praeclara quaedam priuilegia impetrasse ait, quibus res ecclesiae non mediocriter aucta est. Vitam huius Paulini enarrant *Acta* SS. t. I mens. Ianuar. p. 713 sq.

II. Paulum quoque et

Paulinum fauore prosequitur.

§. LVIIII.

Vt chartis suis maiorem uim conciliaret Carolus, uariis clausulis earum imminutionem inhibuit; mulctas indixit; rarius imprecationes addidit. *Vghell.* t. II p. 244: *quod si aliquis, quod minime credimus, contra hoc donationis uel immunitatis nostrae firmamentum adire contenderit aut infringere tentauerit, triginta libras auri optimi coactus exsoluat medietatem palatio nostro medietatem ecclesiae, cui uim intulit, et si non habet, unde exsoluat, de uita componat.* Ib. p. 246: *immunitatis mulctam i. e. argenti libras XXX S. Regen. Ecclesiae persoluere cogatur.* *Id.* t. IV p. 70: *auri optimi libras ducentum, centum fisco nostro et centum ipsi Archiepiscopo.* *Id.* t. V p. 174: *ut nullus dux, patriarca, archiepiscopus, episcopus, marchio, comes, uicecomes, iudex, scaldio, nullaque nostri regni persona parua uel magna inquietare uel diuestire praesumat - - mille libras auri, medietatem camere nostre et medietatem iam dicto episcopo.* At regula obesse uidetur, qua diplomata, ante Ottonem I uerba: *camera nostra* usurpantia, suspecta habean-

Clausulae roborandi et mulctae.

De uoce Camera.

habeantur. *Mabillon.* eam in medio relinquit, et forte iure suo, aut certe ita arctanda est, si *camera fiscum* significare debeat; praeterea hic *marchionis* uocabulum offenderit, neque omnibus *librae* se probauerint. Ib. p. 704: *si quis igitur temerarius aliquid contra huius nostrae sanctionis pragmaticum machinari uel peragere praesumpserit, sciat se XXX librarum communitatis nostrae poenam persoluturum, medietatem parti palatii nostri et medietatem saepedicto sancto coenobio.* *Marten.* V. S. et M. t. I p. 34: *unde monemus omnes qui nobis in regno a Deo commisso successuri sunt, ut sicut sua statuta a suis successoribus conseruare uelint, ita hanc nostram constitutionem priuilegii inuiolabilem conseruare studeant ad communem nostrorum omnium salutem;* et p. 42: *nostram praeceptionem irrumpere ac uiolare praesumserit sexcentorum solidorum auri ad purum excocti numerum se cognoscat ad ipsam casam sancti Martini uel abbates suos multandum, ita ut ipse abba uel monachi uel casa S. Martini duas partes recipiant, tertia uero pars in fiscum nostri sacelli ueniat.* conf. *Stryk.* diss. de auro obryzo. Eamdem 600 solidorum poenam statuit quoque in charta Hucberto rectori basilicae Cabilonens. concessa apud *Sammarthan.* Gall. Christ. t. IV. p. 225 instrum. *Calmet* c. l. p. 291 profert diploma pro S. Arnulfo Metens. his clausulis haud uulgaribus munitum: *si quis autem ex abbatibus uenerandi illius loci hanc nostram uoluntatem uiolare praesumserit aeternam effugere non ualeat damnationem et beatum aduersum se Arnulphum non adiutorem sed potius sentiat accusatorem, sed et seruos Dei, qui ad hoc opus praeordinati fuerint per indiuiduum trinitatis nomen adiuramus, ut nullam negligentiam faciant - - omnes autem nostros qui futuri sunt per Christum Dei filium redemtorem omnium adiuramus et exposcimus successores, siue cuiuscumque ordinis iudices, ut nullus hoc quod statuimus audeat irrumpere et quolibet modo aliter quam uolumus immutare. Quod si quis eorum facere tentauerit, quicquid ipse statuerit, a suo sentiat aduersario conuelli et insuper iudicium sit nobiscum habiturus coram iustissimo iudice.* *Doublet.* p. 714: *obtestamur per sanctam et indiuiduam trinitatem et per diem iudicii tremendum, ut praedictas res, quas nos pro reuerentia tantorum sanctorum seu remedio animae nostrae uel stabilitate regni nostra auctoritate muniuimus degradere non praesumat.* Chron. Casaur. p. 396 apud *Dacher:* *mille mancosos auri eidem monasterio persoluere culpabilis habeatur.* (Mancusus, man-

8. Imprecatio.

mancuſa, manca, idem quod marca) Notum etiam eſt pondus Caroli, quod ab hoc Imperatore nomen ſortitum eſt apud poſteros. *Cang.* u. pondus Caroli.

§. LX.

Clauſula precationis poſtulatae.

Diximus §. XXV, reges aliosque ſe ſacris aedibus collegiisque beneficos praeſtitiſſe, ut animae corporis uinculis ſolutae remedium aduerſus purgantem flammam afferrent; quod iſti dandum eſt aeuo, uix noſtro. Rectius uero poſtulabant, ut pro ſua ipſorum uiuentium ſalute a piis hominibus preces funderentur. Euoluantur capitularia §. LIIII, 5 et Litaniae Carolinae, quas *Mabill.* ueter. Analectis inſeruit p. 170 ſq. precibus nominatim conceptis: *Adriano ſummo pontifice et uniuerſale Papae uita. Karolo excellentiſſimo et a Deo coronato magno et pacifico rege Francorum et Langobardorum ac Patricio Romanorum uita et uictoria. Pipino et Karolo nobiliſſimis filiis eius uita. Pipino, Rege Langobardorum uita. Chlodouico rege Aquitaniorum uita. Faſtraedanae reginae ſalus et uita. Tu mibi, Chriſte, concede ſororem nomine Rotrudem eſſe beatam, ut tibi ſemper ſeruiat illa.* Inter ſanctos angelos, quod in tranſitu ex *Mabillonii* annotatione iterum notamus, inuocantur Orihel, Raguhel et Tobihel, quae nomina non angelorum, ſed daemonum eſſe definiuit Zacharias Papa in Concilio Romano, quod contra Clementem et Adalbertum anno DCCXLV coactum eſt. Formulam diplomatum huc pertinentem tradit documentum *Mabill.* in re dipl. p. 497: *ut eis ſemper melius delectet pro nobis uel filios noſtros ſeu pro ſtabilitate regni Francorum die noctuque inceſſabiliter orare uel domini miſericordia deprecare, et (ſicut nobis promiſerunt) per ſingulos dies nomen noſtrum tam in miſſas, quam et in peculiares eorum orationibus ad ſepulcrum ipſius ſancti Dionyſii debeant recitare.* Ib. p. 500: *ut eis melius delectet pro ſtabilitate regni noſtri uel pro quietim quibuslibet liudis noſtris domini miſericordiam adtencius deprecare.* *Chron. S. Vincent.* de Vulturn. p. 679 c. l. *quatenus eis melius delectet pro nobis uxoribusque noſtris ac liberis uel cuncto populo noſtro miſericordiam Dei attentius exorare.* *Schannat.* hiſtor. Fuld. cod. prob. p. 83: *quatenus ipſa congregatio pro nobis uxoreque etiam et prole domini miſericordiam attentius deprecari delectet.* *Mur.* t. I p. 496: *quatenus melius delectet ibidem Deo* Litaniae Carolin.

seruientes pro nobis atque prolibus nostris et uxore et pro animabus parentum quondam nostrorum domini misericordiam deprecari. *Mabill.* Act. SS. Saec. IV P. I p. 98: *quatenus melius delectet ipsos seruos Dei qui ibidem Deo famulari uidentur, pro nobis et liberis seu cuncta domu nostra et pro stabilitate regni nostri iugiter domini misericordiam exorare.* Ib. p. 212: *ut eis melius delectet pro nobis et pliis ac filiabus nostris seu cuncta familia domus nostrae et omni populo gentis nostrae attentius domini misericordiam exorare.*

§. LXI.

Clausula extrema confirmandi, quae subscriptionem et subsignationem memoret.

Pertextae chartae additur confirmandi clausula, quae subscriptionem et annuli impressionem commemorat. Adest interdum et subscriptio et sigillum, sed clausula deest, quamquam id in paucis obseruetur diplomatibus. Modo solius annuli in placitis plerumque et minoris momenti chartis, modo subscriptionis duntaxat mentio fit, sigillo nihilominus affixo, modo de manu dicitur; signum tamen ipsum deest. Quasdam tabulas sua ipsius manu firmauit rex, alias firmari *iussit*, *praecepit*, *decreuit*, *fecit*. Formulae frequentiores per omnia Caroli tempora hae sunt: *Et ut haec auctoritas, praeceptio, firmior habeatur et diuturnis temporibus melius conseruetur, manu propria subterfirmauimus et de annulo nostro sigillari iussimus. Et ut haec auctoritas inuiolata, Deo adiutore, omni tempore ualeat perdurare, manu propria subter roborare decreuimus et de annulo nostro sigillare - - manu nostra eam corroborauimus et annuli nostri impressione sigillauimus - - manus nostrae subscriptionibus subter eam decreuimus roborare et de annulo nostro subter sigillare.* *Mabill.* de re dipl. tab. 23 n. 3 et p. 500: - - *propria manu annotatione studuimus adumbrare.* *Calmet.* hist. Loth. t. I p. 291 probat: *manu propria subtus adnotauimus et de anulo nostro sigillare iussimus.* *Vghell.* t. II p. 199 et p. 244: *Et ut nostrae donationis uel immunitatis indictum praesentibus et futuris temporibus inuiolabiliter et inaudacter intactum permaneat et ab omnibus catholicis diligentius obseruetur, manu firmitatis nostrae subter assignauimus atque anulo impressionis nostrae insigniri iussimus.* Ib. p. 246: *Et ut hoc nostrae largitionis et immunitatis ac defensionis seu quisitionis uel aduocationis praeceptum diuturnis temporibus in suo robore permaneat, atque ab omnibus uerius credatur et diligentius obseruetur, manus*

nus noſtrae ſubſcriptione ſubter annotauimus annuloque noſtro ſigillari iuſſimus. Si duo exempla eiusdem chartae ſcriberentur, utrumque confirmabatur. *Vnde duas commutationes uno tenore conſcriptas fieri iuſſimus, quas manu propria firmauimus etc.* *Marten.* T. I uet. monim. p. 35. Characterem, quem Carolus adſcripſit, dicit nonnumquam ſignacula - - *manus noſtrae ſignaculis ſubter eam roborare* Signacula. *&c.* *Marten.* T. I uet. monim. p. 59. *Heda* hiſt. epiſc. Vltrai. p. 39. Rarius occurrit uocabulum Bullae. Exemplum affert Bullae. *Vghell.* t. V p. 36 de controuerſia quadam inter patriarch. Aquileg. et Archiep. Salisburg. deciſa: - - *more noſtro eam ſubſcribere et de bulla noſtra iuſſimus ſigillare.* *Laguille* hiſt. d' Alſace p. 18: - - *manu propria ſubter firmauimus et bulla noſtra ſignari iuſſimus.* Sigilli uocem ſubſcriptiones huius aetatis ignorant fere. Si quae uero illam habent, ſpuriae plerumque chartae ipſae cenſentur; in contextu tamen diplomatis aliquando occurrit, ut in charta Caroli Calui apud *Mabill.* in Saec. IV Bened. P. II p. 252. Apud. *Marten.* t. I uet. monim. p. 45 ſubſcriptionis clauſulae adnectitur appendix rei antea omiſſae: *Et quod ſupra intimare debueramus omnem legem et compoſitionem, quam praedictus Alpad pro ipſis rebus ſoluere debuit, ad ipſum ſanctum locum perdonauimus.*

§. LXII.

Abſoluta tabulae materia apponitur ipſa ſubſcriptio Regis uel Imperatoris, quae monogrammate conſtat et indicationis clauſula. Haec, dum Carolus Rex eſſet, ſui ſemper fere ſimilis eſt. Formula ſubſcriptionis regis uel imperatoris. *Signum Karoli glorioſiſſimi regis.* *Mabill.* R. D. p. 611 edidit: *Signum domini Karoli glorioſiſſimi regis.* *Marten.* t. I Vet. monim. p. 45: *Signum Caroli glorioſi regis.* *Vghell.* t. V p. 174. *Signum Caroli illuſtris regis.* Sed, ut uerum fateamur, ſi quando longius aberratur, nauci ſunt ipſae tabulae. Imperio admotus Karolus ſcripſit: *Signum Karoli Sereniſſimi Imperatoris* ſeu Auguſti. *Marten.* c. l. p. 60: *Signum Karoli imperatoris.* *Vghell.* c. l. p. 1095: *Signum Caroli glorioſiſſimi Imperatoris.* Monogrammatis Caroli M. meminit Odilo in translat. S. Sebaſtiani, ubi Ludouicus P. *calicem aureum cum patera patris ſui Magni Caroli monogrammate inſignita* S. Me-

dardo tradidiſſe dicitur. *du Cheſne* T. II p. 335. *Mabill.* Saec. IV P. I A. S. p. 387. Conf. ea, quae ſupra § LV, 21 de Grimoaldo D. Beneuent. attulimus; et de nomiſmate, ex Capitul. a. 794. Cauſſam monogrammatis a Carolo M. in uſum deducti in imperitia eius ſcribendi ponit *Mabill.* R. D. p. 164, teſtimonio nixus *Eginharti* c. 25: *tentabat et ſcribere, tabulasque et codicillos ad hoc in lecto ſub ceruicalibus circumferre ſolebat, ut cum uacuum tempus eſſet, manum effigiandis literis aſſuefaceret, ſed parum proſpere ſucceſſit labor praepoſterus et ſero inchoatus.* At enim principem tam magnum tamque literatum ſcribere non potuiſſe, nec ueri ſimile, nec teſtium idoneorum, nec ipſius Eginharti dictis conſentaneum eſt, quando Carolum barbara et antiquiſſima heroum carmina ſcripſiſſe ait; ideoque ſuperiora eius uerba ad calligraphiam uel ad maiuſculas literas reſtringenda uidentur. *Burckard.* de linguae latinae in Germania fatis c. 3 p. 61 Eginhardum innuere uoluiſſe putat, Carolum Germanicae ſcripturae, quae rudior erat, operam dediſſe, cuius nonnulli Carolum auctorem, ſed fruſtra, credunt.

An Carolus M. artis ſcribendi imperitus fuerit?

Monogramma ſincerum, perpetuum, et quam plurimis documentis probatum huius eſt formae, quam n. 1 deſcripſimus. Sed ubi chartae naeuos natalium palliare nequeunt, quid mirum, ſi characteres quoque mendoſi deprehendantur? Docente *Baudiſ.* de monogramm. Imper. ac regum Germ. analyſi §. 9 uel carent literis nominis Karolini, ſicut monogramma *Lindenbrog.* ſcript. rer. ſept. p. 5 et 177 et *Schaten.* hiſt. Weſtphal. p. 516; quod uid. n. 2; uel ſunt quadrata, more ſpeciminis n. 3, quod depromptum ex *Maſen.* addit. ad Brower. Annal. Treuirenſ. t. I L. VII p. 381. Ex hypotheſi *Eccardi*, quam in controuerſia de diplomate Oſnabrug. monogrammate quodam Vghelliano quodammodo adiutus, arripuit, Karoli nimirum nomen a litera C incipere; primarium, quod ducis inſtar praemiſimus, monogramma uacillaret; ſed fallax eſt *Eccardi* commentum. Interdum circa rhombum medium erratur, qui literas O et A et V efformat, aut literae alieno ordine collocantur, uid. n. 4 ex *Vghell.* T. VIII p. 37; add. alia apud *Schobinger.* in Goldaſt. collect. rer. Alem. T. III p. 32 et 105; *Meibom.* ad Witichind. T. I p. 689 et *Io. Columbum* de

§. Monogramma uerum et uaria deprauata.

reb.

reb. geſt. Epiſcopor. Viuarienſ. L. II p. 74 et 77. *Georgi* in illuſtrato diplomate Onoldino; uel titulus innectitur, ut Karolus Rex, ex chartulario Fuldenſ. apud *Eccard.* in d. diplomate Oſnabrug. tab. n. 7, apud nos n. 5. In *Gattulae* acceſſ. ad hiſt. Caſin. t. I p. 13 et 14 lineolae internae literae K in modum ſemicirculi inflectuntur. Leuiores ſingularum literarum errores totum non maculant monogramma, cum praeſertim ſignacula ſincera in libris male ſaepius repraeſentari conſueuerint. Silentio uero praetereundum non eſt, in medio rhombo monogrammatis Caroli M. aliorumque monogrammatum rhombum praeferentium, ſpeciem graecae literae y in aliquibus tamquam V conformatae, plerumque cum puncto de more ſuperpoſito, conſpici, ut *Mabill.* R. D. p. 111 aduertit, et ſpecimina prolata oſtendunt. Litera haec in plerisque diplomatibus alia manu et quidem regia, expreſſa eſt. Quid uero ſignificet, non ſatis exploratum habemus. Affectarintne reges Pythagorae ſymbolum, an litera y cum ſuperiori cuſpidatae quadrae parte compoſita ſignet *ya*, quo Germani *ita* interpretantur, et dicta aut facta rata eſſe iubent. Sane qualiscumque haec figura, non litera, ſed angulus ad literam A efformandam appoſitus uiſus fuerit, quod *Baudiſ.* laudatus in praeparat. §. XXI iudicat, ſi in nominibus duntaxat literam *a* admittentibus angulus iſte deprehenderetur; ſed cum illum itidem exhibeant monogrammata Rotberti, Philippi, res nondum expedita eſt; nec *Mabill.* literam y perperam ſibi repraeſentaſſe putandus eſt, dum ex charta monaſterii S. Arnulfi apud *Madaurum* in hiſtoria Metenſi p. 269 probat, Carolum caluum ſigno ſuo quatuor y graeca aliud ſub alio cum ſingulis punctis ſuprapoſitis praemiſiſſe. In literis Synodi Sueſſionenſis pro S. Dionyſio quidam epiſcopi ſolum y graecum ſubſcriptioni ſuae praemittunt; et Wlfolaicus Cancellarius in diplomate Childeberti tertii pro S. Dionyſio ſubſcribit cum praeuio y, quod inſtar ſigni crucis cenſeri debet, fortaſſis a filii nomine, υἱὸς yios.

4. De ſigno y in medio monogrammatis.

§. LXIII.

Proxima regis nomini ſubſcriptio cancellarii, e regione interdum, ubi membranae ſpatium id permittit, plerumque uero ſubter

Archicancellarii et notarii.

ſubter regis ſignum poſita cernitur. Archicancellarius uel recognouit ipſe et ſubſcripſit, uel uice illius cancellarius ſeu notarius functus eſt. Quemadmodum plures archicancellarii uno etiam tempore tabulis perſcribendis praeficiebantur: ita et plures notarii archicancellariis uno ſaepius eodemque tempore erant. Primus inter Caroli M. archicancellarios memoratur *Itherius*, ſiue *Hitherius*, iam a Pippino hoc donatus munere, quem laudibus effert Stephanus P. in cod. epiſt. n. 44 apud *du Cheſne* t. III hiſt. Franc. p. 760; *Anaſtaſius* uero bibliothecarius p. 108 uocat capellanum et notarium. Recognouit ipſe a. I regni Caroli codicillos in *Marten.* t. I uet. ſcr. et mon. p. 32, *Coint.* annal. t. V p. 740 et *Calmet* hiſt. de Lorraine t. I p. 284 des preuves; itemque a. VI apud *Marten.* c. l. p. 37. Vices eius tuebatur a. V *Rado* in *Mabill.* r. d. tab. 23 n. 3; a. VIII in *Schannat.* tradit. Fuldenſ. p 24. *Wigbaldus* pro Hitherio recognouit a. VII et I in chron. Farf. apud *du Cheſne* t. III p. 652, *Mabill.* r. d. p. 501, 646, et adhuc a. XIII (ſi nihil erratur) in *Laguille* hiſt. d' Alſace p. 8. Notariis Hitherii etiam annumerat *Gilbertum* et *Optatum* Mabillonius. Ac licet Itherii munus Radoni praecipue delatum uideatur, alios tamen, qui ſub illius temporibus etiam chartarum negotia expediere, prorſus tacere non poſſumus. A. V *Teſius* recogn. et ſubſcripſit in *Murator.* t. V antiq. Ital. p. 969. Eodem a. *Amalbertus cancellarius ad uicem Luitperti archicancellarii rec. et ſubſcr.* ſi non fallit charta. *Schilter.* in Koenigshouen Elſaſ. Chronic p. 497 et *Laguille* hiſt. d'Alſace p. 18. A. XVII *Wigbaldus ad uicem Lutperti* rec. *Lunig.* ſpicil. eccleſ. contin. p. 956. Si Riudbertus idem qui Lutpertus, ut Mallincrotio uidetur, iam a. IIII *Rado ad uicem Riudberti* recognouit. *Helvvich* antiq. Laurisham. p. 12 in Ioann. ſcriptor. rer. Mogunt. *Eccard.* t. I rer. Franc. orient. p. 618 Riudberti nomen uitioſe pro Hitherio poſitum eſſe cum Mabillonio exiſtimat. *Frado* (*Rado* forte) *ad uicem Luitherii* (an *Hitherii?*) rec. a. VI in *Schannat.* dioeceſ. Fuld. p. 236 et *Eccard.* animaduerſ. p. 22. *Hluterius* tamen ipſe a. XXX rec. apud *Schannat.* in cod. prob. Wormat. hiſt. p. I. *Enrichus* rec. et dedit

Itherius.

dit a. VI in *Murator.* antiquit. Ital. t. I p. 1004. *Egilbertus Cancellarius* anno ſecundae periodi Carolinae incerto rec. in *Schannat.* tradit. Fuld. p. 30. *Witigowo* diploma Caroli Regis rec. in *Helvvich.* antiq. Laurisham. p. 12. *Theudegarius* iam a. VII placitum rec. et ſubſcripſit. *Mabill.* r. d. p. 498. Aliud huius generis documentum *Witherius notarius ad uicem Chrotardi rec.* a XIIII. Ib. p. 501. Vtrum ad certas cauſſas cancellarii deſignati eſſent, an hi fuerint duntaxat ab expeditionibus comitis palatii, nihil decido. Quod ad *Radonem* ſeu *Radonum* attinet, hunc Adrianus P. in epiſt. ad Carol. M. p. 800 apud *du Cheſne* appellat *dilectiſſimum Protho-notarium ueſtrum. Ego Rado ſcripſi, dictaui a. VIII domini noſtri praedicti regis Karoli* legitur in analect. monim. coenob. Flauin. in *Labb.* T. I MS. p. 270. Ipſe *Rado relegit et ſubſcripſit* a. XIV et VIIII regn. *Marten.* t. I uet. S. et M. p. 42. Variis notariis uſus eſt. *Wigbaldus* uicario nomine rec. a. VIIII et III. *Schannat.* tradit. Fuld. p. 27; a. XI et V *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. IV inſtr. p. 225; a XIV et IX. *Vghell.* t. II p. 91; a. XVIIII et XIII. *Mabillon.* t. II ann. Bened. p. 276 n. 58; in append. p. 699. II. *Gilbertus* a. XI et V. *Mabill.* r. d. p. 500. Chron. Laurisham. in *du Cheſne* t. III p. 495. III. *Optatus* eod. anno. *Mabillon.* annal. Bened. t. II l. XXIV §. 89. IV. *Iacobus* a. XIII et VII. *Vghell.* t. II p. 243; et p. 245, 247 eod. die et anno *Gilbertus* iterum ad uicem Radon. rec. *Iacobus* itidem a. XVIIII et XIIII Chron. Vulturn. in *du Cheſne* t. III p. 679. *Gattulae* acceſſion. hiſt. Caſin. P. I p. 13 et 14. V. *Widolaicus*, abbas Fontanellenſis, a. XIIII et VIII, in *Schannat.* trad. Fuld. p. 34 et 35. Diuerſus ab illo *Widolaico*, qui a. XXVI et XX rec. in *Mabill.* r. d. p. 503, quem annum iſtius uita non attigit. VI. *Ercambolt* a. X. *Mabill.* t. II ann. Bened. p. 698 in append. a. XXII et XVII. *Marten.* c. l. p. 45. Hic denique ad archicancellarii dignitatem euectus eſt. Apud monachum Egoliſm. p. 264 in Liguriam ad claſſem parandam miſſus dicitur. Franco epiſc Cenoman in geſtis eius etiam meminit: *Oſtendit ei* (Carolo M.) *inſtrumenta chartarum et praecepta duodecim regum anteceſſo-*

2. Rodo.

3. Ercambol-dus

rum ſuorum, quae dominus Carolus ſtatim cancellariis ſuis ante ſe relegere praecepit propter pleniorem auctoritatem haec publiciter in cauſis publicis Erkembaldo ſeniori cancellario ſuo et Treanto comiti palatii ſui inquirere et diligenter examinare. Ercambaldus ipſe *relegit et ſubſcripſit* a. XXVIIII et XXV. *Mabill.* act. S. Ord. S. Bened. ſaec. IV P. I p. 98. Notarii ipſi aderant I *Genaſius* ſiue *Geneſius*, qui a. XXXII et XXIV *ad uicem Hereambaldi firmauit. Baluz.* t. II cap. p. 1401; a. XXXIV et XXVIII et XXVIIII. *Mabill.* ueter. analect. p. 293 ſq. II. *Hadingus ad uicem Ercambaldi* (paullo obſcurius exprimitur) a. III imp. *Vghell.* t. V p. 1095. III. *Altifredus ad uicem Ercambaldi ſubſcripſit* a. VIII imp. Id. t. II p. 199. IV. *Amalbertus ad uicem Erchambaldi ſcripſit.* Marten. c. l. p. 60. V. *Aldricus ad uicem Ercanboldi rec. et ſubſcripſit* a. VII imp. *Eccard.* rer. Franc. orient. t. II p. 683. VI. *Ibbo ad uicem Erchenbaldi rec.* a X imp. *Mabill.* annal. Bened. t. II l. XXVII p. 392. *Schilter.* diſſ. de curiis dominicalibus mantiſſ. VII. *Suauius* a. XI imp. *Schannat.* tradit. Fuld. p. 107. VIII. *Guidbertus diaconus* a. XII imp. *Baluz.* t. I cap p. 501. VIIII. *Guntherius diaconus ad uicem Ercenbaldi rec.* Gewold. de ſeptemuir. p. 83. Adhaec in *Schannat.* hiſt. Fuld. probat. cod. p. 83 in lucem prodit *Heldebertus* a. XLII regni, qui nec *Mabillonio* r. d. p. 512 obſcurus fuit, ubi: *ego Eldebertus rec. et ſubſcripſi* a. XII imp. Idem Mabill. tab. XXV diploma Corbeienſe a. XIII imp. aere expreſſum ſiſtiti, in quo legimus: *Witherus diaconus ad uicem Hieremiae.* Plures, ſed perſonatos, cancellarios dabimus, quando de chartis ſuſpectis loquemur. Sub auſpiciis regni Caroli, auctore monacho Egoliſm. apud *Pithoeum* in ſcript. p. 236, praeceptum a *Bartholomaeo* cancellario ſcriptum et manu regis firmatum et anulo eius ſigillatum eſt. *Autpertus* abbas *archi cancellarius* dicitur *ſuper ceteros ſtrenuiſſimus*, in uita S. Autperti in *Mabill.* ſaec. III Bened. Act. P. II p. 237, quamquam Mabill. in notis huic ſcriptori plenam fidem non adhibet. add. Chron. S. Vincent. Vulturn. Num *Eginhartus* cancellarius fuerit, anceps quaeſtio. Annales quidam aiunt; tabulae eum ignorant. At *Eccardus* tamen t. II rer. Fr. or. p. 296 teſtatur, ſe Caſſellis autographum Caroli M. diploma

Alii, minus certi.

An Eginhartus Cancellarius fuerit?

ex

ex Herzfeld. archiuo depromtum uidiſſe, quod *Eginarius* uicario nomine recognouerit. Singularem huius rei diſquiſitionem exhibent *Wenckeri* collecta archiui p. 608 ſq. ex *Weinken.* Eginharto illuſtrato §. 3 et 4. *Franciſc. Launoi.* in ſyntagm. de cancellariis Franc. hos commemorat: *Leduardus Matiſconenſis epiſcopus*, inquit, *apud Robertum et Seuertium XIII archicancellarius noſter ab ipſo Carolo dicitur in diplomate pro eccleſia Matisconenſi*, (cui etiam ſubſcripſit Madalbertus notar §. LXVII, 41.) *quod Seuertius ex integro deſcribit. Wichardus, qui et Guichardus, Leduardi ſucceſſor et ipſe ſimiliter archicancellarius ex eiusdem formae literis aſſeritur, quae exſtant etiam apud Seuertium*; honoris cauſſa titulos hoſce delatos eſſe dictis epiſcopis putat, ſed non ſine haeſitatione. *Engelramnus* epiſcopus Metenſis etiam cancellarius uocatur in chronico Senonienſi: *uir praepotens et nobilis nomine Engelramnus in adminiſtratione loci huius ita ſucceſſit. Erat uir ille Imperatori ita charus, ut ipſum ſuum cancellarium efficeret, cumque tali in aula Imperatoris fungeretur officio, contigit, archiepiſcopum Metenſem Chrodegandum mori. Cumque id ad aures Imperatoris peruenireret, ſtatim ſuum cariſſimum cancellarium Engelramnum illo honore donari decreuit.* *Pagi* t. III crit. Baron. p. 424 *S. Angilbertum* in cancellariorum numerum refert, ſed nulla diplomata ab eo recognita reperiuntur, uid. act. SS. d. XVIII Febr p. 89. *Ruotfridus* abbas Caroli notarius deprehenditur in annal. Eginharti a. 809. Capellanos hic ſcientes prudentesque praetermittimus.

§. LXIIII.

Sigilla ad dextrum membranae latus poſt notarii ſubſcriptio nem affigi ſolebant. *Mabillon.* tamen L. II de re dipl. c. XVI § 9 et tab. XXIV n. 1 unum inter regis et referendarii ſignum deprehendit. *Heineccius* de ſigillis P I c. IX §. 14 haec de ſigillis Caroli M. obſeruauit: 1) Sigilla cerea altitudine duos digitos, latitudine unum et ſemiſſem non excedere; et 2) eadem eſſe oualia; 3) ſemper Caroli protomen ad pectus usque exhibere in ſiniſtram conuerſam; 4) coronam aut nullam, aut non aliam capiti impoſitam eſſe, quam lauream; 5) inſcriptionem in cereis uix aliam reperiri, quam hanc: XPE *protege Karolum regem Francor.* uel *Imperatorem*; 6) literas exacte eſſe unciales et plane Romanas orthographiam quoque ſatis bonam. Probantur haec per duo Sigilla.

ſigilla ſibi in omnibus ſimilia, quae exhibet *Mabillon.* de re dipl. L. V tab. 23 n. 3 et tab. 24 n. 1, et quorum exemplum dabimus n. 1. Illis haec eſt epigraphe: ✝ XPE *protege Carolum rege: Francor.* Ex archiuo Fuldenſi *Schannat.* in uindiciis quorumdam archiui Fuld. diplomatum Tab. IIII in conſpectum prodire iuſſit ſigillum a Mabillonianis haud diuerſum, praeterquam quod uetuſtate ex aliqua parte ſit conſumtum. uid. n. 2. Idem eſſe uidetur, quod *Koeler.* in exercit. Genealog. de familia Aug. Carolingdelineandum curauit. *Mabillon.* tab. 25 e diplomate Corbeienſi aliud ſigillum ſiſtit, quod et Heineccio intueri licuit, qui literarum ueſtigia haud obſcura animaduertit, h. e. ✝ XPE *protege Karolum Imperatorem;* et totum ſigillum pinxit tab. IV n. 3. *Eccard.* in comment. de reb. Franc. orient. t. II p. 76 de eodem ſigillo ita: *cum ego anno 1723 Corbeiae eſſem*, inquit, *archiuique praecipua monumenta curioſis oculis perluſtrarem, inueni literas in circulo clariſſime expreſſas et ſenem apud me habebam ſeptuaginta et amplius annorum, qui easdem diſtincte ita legit, uti nos eas exhibebimus.* Exhibet uero p. 91 cum aliis huius Imperat. ſigillis, et effigiem laureatam eſſe oſtendit. uid. n. 3. In diplomate Oſnabrugenſi, monimentis Paderbornenſibus inſerto p. 263, exſtat ſigillum Caroli Imperatoris, quod a prioribus non adeo diſcrepat, et ab *Heineccio* P. I c. IX §. 10 deſcribitur et tab. IV n. 2, a nobis n. 4 pingitur. *Eccardus* denique c. l. p. 863 porrigit confirmationem commutationis bonorum inter Egilvvardum epiſc. Wirceburgenſem et Audulfum comitem initae ſigillo munitam, in quo Carolus cum diademate conſpicitur; in ambitu uero adhuc rex uocatur. Dubium hoc ſoluitur p. 890 ex obſeruatione quadam illuſtris domini de *Krol*, ſupremi aulae Gandersheimenſis praefecti. Ille enim ex ſigillo aliquo Ludouici II reg. German. concludit, *differentiam olim fuiſſe inter annulum et ſigillum: annulum ex auro uel gemma factum continuiſſe ſolam faciem regiam, ſigillum uero fuiſſe circulum annuli magnitudini accommodatum et nomen ſolum regium inſculptum habuiſſe. Impreſſo cerae ſigillo ſiue circulo, in medio deinde uacuo faciem regiam annulo, ubi opus eſſet, impreſſam eſſe. Ex ipſa ſigillorum querundam inſpectione haec obſeruatio confirmatur, et nos quoque eandem rem in uariis diplo-*

diplomatibus autographis deprehendimus. Illustris dominus de Krol coniicit etiam plures membranas in Cancellaria regia sigillo siue circulo nomine regio signatas, paratas fuisse, quibus diplomata deinde qualibet occasione inscribi possent, quod cum factum fuisset, annulum deinde regium in medio eius impressum esse. Hinc facile dubium soluere possumus, quod nobis supra occurrit in diplomate Caroli M. Imp. anno 807 dato etc. In illo comparet facies Caroli Imperatoris, cuius caput diademate cingitur, sed in circuitu legitur : ✝ XPE *protege Carolum rege Francr. Arripuit nempe notarius, cum hoc diploma scriberet, forte fortuna membranam, cum Carolus adhuc Rex tantum esset, sigillatam, sigilloque huic regio annulum Imperatorium impressit. Nam genuinum omnino diploma est, et, quod ad literarum ductus attinet, cum reliquis probis Caroli M. diplomatibus conuenit. Nec confirmatio illa commutationis bonorum, utpote non magni res momenti, merebatur, ut eius causa impostor aliquis diploma confingeret.* Adumbrabimus hoc sigillum n. 5, eique iungemus n. 6 Regiense, de quo §. LXVII, 35 pluribus dicendum, itemque n. 7 Sanmaximinianum illud Treuerense apud *Papebroch.* propyl. n. 48 et *Zylles.* p. III n. 4, quod rotundum est et uultum imberbem, iuuenilem refert, ideoque a reliquis longe recedit. *Heinecc.* P. I c. IX §. 16 monstrauit, Carolum barbam aluisse, et §. 18 uix putat excogitari posse rationem, qua hoc sigillum, contra quod tam multa alia pugnant, in tuto collocetur. Idem supposititium habet *Eccard.* c. l. p. 91 et in dissert. de imaginibus Caroli M. et Carolomanni regum Francor. p. 12; et p. 16 addit: *In sigillo Caroli Imperatoris Hersfeldensi diplomati adiuncto ille quidem mystacem elatum etiam gerit, sed caput non mitra patricia tectum, uerum laurea Imperatoria cinctum est. Proferemus illud alia occasione.* Effigies Caroli exhibetur etiam in monumens de la Monarchie Françoise T. I. In *du Chesne* hist. Cancell. p. 55 sigillum indicatur chartae abbatiae S. Albini datae adiectum, cuius inscriptio : *Carolus Dei gratia Francorum Rex.* Sigilli instar *Mabillon.* L. II de re dipl. c. 16 n. 8 existimat Carolum aut comit m forte Cancellariumue in subsignandis quibusdam placitis usu p sse annulum signatorium, in quo Serapis seu Anubis cum modio capiti superposito depictus erat. Eiusmodi Anubis effingitur in numis Byzantinis et Juliani Parabatae, et a *Mabill.* tab. 24 n. 1, a nobis n. 8. *Germonio*

De effigio Caroli M.

3. Imagines alienae anulorum.

in diſcept. de ueter. reg. Franc. diplom. P. II c. 9 ueri non uidetur ſimile, Carolum huius generis imagines toleraſſe, idolorum illum euerſorem, cui ſuffragatur *Heinecc.* c. l. c. VIII §. 3. Nec dubium eſt, quin Carolus in rebus maioris momenti aureas bullas appendi iuſſerit; ſed tempus rapax nobis has inuidit. E chronico Farfenſi apud *Cheſnum* T. III p. 670 ſeq. diſcimus, bullas Caroli M. et Pipini ſiue ſigilla duo de auro, uni praecepto, quod Farfenſi monaſterio miſerant, appenſa fuiſſe. *Albericus de Roſate* ad l. I C. de ſumma trinit. ſe diploma uidiſſe teſtatur, aurea bulla munitum, quo Carolus Venetis libertatis priuilegia conceſſit. Diplomati Friſico, quod infra uidebimus, adiecta quidem eſt clauſula: *praeſentem paginam exinde conſcribi et bullae aureae munimine in teſtimonium omnium horum roborari fecimus;* ſed ipſius diplomatis corpus petitur. Bullae plumbeae mentio fit in charta quadam Chronici Noualicenſis, qua Abbonis, patricii teſtamentum roboratur, relatum a *Mabill.* R. D. p. 507: -- *tranſcribere praecipimus hoc modo et ſubter plumbum ſigillari iuſſimus.* *Le Blanc* in diſſert. ſur quelques monnoyes de Charle magne ex Gazophylacio regio Pariſino bullam plumbeam produxit, (uid. n. 9) cuius antica repraeſentat Imperatorem haſta regia et diademate ornatum, additis uerbis: *Dn. Kar. Imp. p f p p Aug.* h. e. Dominus noſter Karolus Imperator, pius, felix, perpetuus Auguſtus. In poſtica animaduertimus faciem portae, cui crux impoſita, et ſubiecta uox: *Roma*, in circulo legitur: *Renouatio Roman. imp.* Aliam bullam plumbeam Caroli alicuius *Mab.* c. XI ſupplem. R. D. exhibet dubius, Caroli Magni an Calui ſit. Conſpicitur effigies laureata Imp. cum epigraphe: *Karolus* MP A G S. in auciſa parte uerba: *renouatio regni Francorum* laurea corona cinguntur. uid. n. 10. add. *Montfaucon* monumens de la monarchie françoiſe T. I plan XXI. Superſunt quidam numi huius Imp. qui ſigilla nonnihil illuſtrant. Dabimus ex *Blanco* ſpecimina n. 11 ſq.

4. Bullae aureae.

5. Plumbeae.

§. LXV.

§. LXV.

Quemadmodum locus et tempus inter notas principes referuntur, quibus uerum a fabula diſcernitur: ita haec in primis in re diplomatica diligenter ſunt examinanda. Integrae tabulae Carolinae et *datum* et *actum* habent, unde diſcimus, quo anno regni uel imperii et ubi negotium geſtum fuerit. Tribus epochis Carolus uſus eſt. Prima regni Francici, altera regni Langobardici ſiue Italici, tertia imperii. Anni incarnationis domini in diplomatibus non, niſi rarius, notantur. Epocha prima currit ab obitu Pippini, VIII ſcil. Kal. Octobr. a. 768. Altera dubii eſt initii; uel incoatur a die incerto menſis Martii, aut Aprilis a. 774, uel a capta ciuitate Papiae, id quod eodem anno poſt diem nonum menſis Maii et ante diem XIII menſis Iunii contigit. In archiuo archiep. Lucenſis charta huius formulae latet: *regnante dom. noſtro Carulo Rex Franc. et Langob quo cepit Langobardiam, anno regni eius intrante tertio octabo Kal. Iul. indict. XIV.* hinc *Muratori* t. I antiq. p. 18 exiſtimat, initium regni Langobard. circiter diem XV aut XX Iunii ponendum eſſe. *Saxius* in not. ad Sigon. de regno Ital ad h. a. medium menſem Maii aſſumit, monente charta quadam d. Mediolani a. regni Caroli tertio VIII Kal. Iun. ind. XIV. Aliam praeterea ſeriem repetit ab a. 773 ante undecimam Septembris diem propter chartam autographam: *act. Brixiae a. regni Caroli XXXV et Pippini XXV II die XI Sept. ind. I.* Tertia epocha a natali domini a. 800 ducitur. Indictionis anni ante imperium ſuſceptum haud frequentes in codicillis probis inueniuntur. Talis uero eſt ſolennis clauſula chronica: Dat. -- anno Chriſto propitio regni uel imperii noſtri, aut anno domini noſtri Caroli, addito interdum titulo: *excellentiſſimi uel glorioſiſſimi regis.* Perſcrutemur annos ſingulos; ſic rebus hiſce lux afferetur foecundior.

Notae chronicae, palatia, uillae.

Tres epochae Caroli

Datae chartarum annis ſuis aſſignatae.

A. I. VII Id Octobr. Nouiomae (Noyon) rex factus Natalem domini Aquisgrani celebrauit. D. Id Ianuar. a. I regni noſtri. act. aquis palat. publ. *Calmet.* hiſt. de Lorr. t. I preuves p. 284. D. ſub die XVII Kal. April. a. I cum regnare coepi. Actum Audriaca uilla (ad Alteiae fluuium in Morinis ſita) *Marten.* uet. ſcript.

ſcript. et monim. t. I p. 31. Paſcha Rotomagi (Roterdama. *Regino*) egit. D. in menſe maio a. regni I. act. Murnaco (in Santonibus) *Coint.* ann. eccl. t. V p. 740. D. menſe Iul. act. Andiaco in Aquitania. *Mabill* r. d. l. VI c. 198.

A. II. In loco Duasdiues cum fratre colloquitur. Engoliſmam proficiſcitur. Caſtellum iuxta Dordoniae fluuium uocabulo Frontiacum (Fronſac) aedificat. Natalia domini feſta Duriae habet. D. in menſe Mart. act. Hariſtallio palat. *Coint.* c. l. p. 750. Ibi paſchatis ſolennibus adeſt. *Coint.* ad h. a. chartam aliquam refert Kal. Mart. epiſcopo Vltraiect. datam, quamuis apud *Hedam* p. 39 annus deſideretur. act. Aquisgr. pal. publ.

A. III. Rabigaudus abbas Aninſulenſ. praeceptum immunitatis a Carolo conſecutus dicitur apud Valentianas. *Mabill.* t. II ann. Bened. p. 226 n. 45. Natalem domini Mogontiae, paſcha Heriſtallii peregit. Wormatiae conuentum coegiſſe fertur.

A. IIII. Carbonaci conuentum habet. Feſtum natal. dom. Attiniaci obit. D. Id. Ianuar. Blanciato palat. publ. *Lunig.* ſpicil. eccl. contin. I p. 955. Paſcha celebrat Heriſtallii. D. menſe Maio. act. Theodoneuilla pal. publ. *Hellwvich.* antiq. Laurish. apud *Ioann.* in ſcript. Mogunt. p. 13. Eod. menſe. act. Dripione in palat. reg. (quod intra fines Auſtriae erat) *Mabill.* uet. analect. p. 354. Paullo poſt Wormatiae conuentus generalis conuocabatur, eoque bellum aduerſus Saxones decernebatur. *Goldaſt.* conſtit. Imp. t. III p. 134 decretum de purgatione ſacerdotum in eodem concilio conditum exhibet, ſed quia Riculfum epiſcopum Mogunt. qui a. 787 Lullum excepit, memorat, ad alium annum pertinere uidetur. Rex Eresburgum capit et Irmenſulam euertit.

A. V. D. XIII Kal. Nou. a. V regni. act. Hariſtall. palat. publ. *Mabill.* t. II ann. Bened. p. 222. *du Bois* hiſt. eccl. Pariſ. t. I p. 261. Eodem loco natalem dom. et paſcha agitauit. D. VIII Kal. April. a. V act. Cariſiaco palat. publ. *Murator.* t. V. antiq. p. 969. In Theodonisuilla legatum pontificis Rom. audiebat atque iter Italicam initurus Geneuae concilium congregabat.

A. VI.

A. VI. Pergit per montem Ciniſium. Papiae natalem dom. agit. D. XI Kal. Mart. Papia ciuitate publice. *Marten.* c. l. p. 35. Veronam adit ac reuertitur Papiam. Menſe April. Romae paſcha celebrat ac pontifici donationem Pippini confirmat. D. VI Id. Maii a. VI regni noſtri act. Theodonis palat. publ. *du Cheſn.* hiſt. Cancell. p. 55. at uereor, ne fallant numeri. Sub die Non. Iun. act. Papia ciuit. *Murator.* antiq. t. I p. 1004. D. XVII Kal. Aug. a. VI et I regni noſtri. act. Papia ciuitate. *Marten.* c. l. p. 37. Redit Ingelheimium. Dedicationem eccleſiae S. Nazarii et translationem corporis ipſius in monaſterio Lauresham in capite Kalendarum Septembr. celebrat. Cum uero dedicationes die dominica fieri conſueuiſſent, quam Kalendae Septembres hoc anno non tangebant, caput Calendarum hic ultimus Kalendarum dies h. e. XIV menſis Auguſti dictum uidetur. D. XVIII Kal. Oct. act. Dura palat. publ. (in agro Iuliacenſi) *Felibien.* recueil de pieces n. 50. *Baluz.* t. I cap. p. 193 affert epiſtolam Caroli M. ad Offam regem Merciorum, cui ſignificat, ſe Langobardos et Saxones uiciſſe, omnesque fere Saxoniae incolas cum ducibus Withimundo et Albione baptiſmi ſacramentum ſuſcepiſſe; ſed hoc anno id non contigit, ideo neque epiſtola eidem aſſignanda uidetur.

A. VII. D. in menſe Decembr. a. VII et I regni. act. Salmunciaco palat. publice. *Mabill.* t. II annal. p. 229. Vitioſe hoc diploma ediderat *Doubletus*, quamobrem *Coint.* illud a. 771 adſcripſit. In *Mabill.* r. d. p. 646 *Ruinart.* a. I regni tantum exſcripſit. Feſta bina ſolennia Carolus Cariſiaci egit. D. V Kal. Mart act. monaſt. S. Dionyſii. *Felibien.* n. 51. D. pridie Id. Mart. a. VII et I. act. Cariſiac. pal. *Coint.* t. VI p. 90. D. V Non. Maii apud Theodonis uillam palat. publ. *Labb.* t. I MSt. p. 270. D. VIII Kal. Iun. Act. Cariſiaco pal. publ. *Mabill.* c. l. D. ſub die VIII Kal. Iun. a. VII et I. act Carilego (Cariſiaco) palat. publ. Chron. Farf. apud *du Cheſne* t III p. 652. D. IV Kal. Iun. a. VII et I. act. Cariſiago pal. *Murat.* t. V antiq. p. 694. D. VI Kal. Iul. a. VII et II regni. act Cariſiaco. *Mabill.* r. d. l. VI c. 50. Hanc chartam impugnauit *Germon.* diſcept. I p. II c. XI, arbitratus, Carolum labente

bente Iunio Carisiaci non fuisse. At defendit eam data opera *Iust. Fontaninus* in uindiciis diplomat. l. II c. XI §. 2 sq. D. V Kal. Aug. Duria uilla in palat. publ. *Mabill.* c. l. c. 51. Ibi conuentus congregatur.

A. VIII. Iter in Saxoniam facit Carolus; Sigisburgum capit; Heresburgum reparat; Venit Brunisbergam, pergit usque ad Obacrum fluuium. D. mense Nouembr. act. Dura pal. publ. *Schannat.* tradit. Fuld. n. 45. Eod. mense act. Theodonis uilla. *Marten.* t. I p. 38 et in alia charta pro mon. S. Dionys. *Mabill.* annal. c. l. p. 232. Natalem domini agit in uilla Scladistad in Elsatio. Pascha obseruat Taruisii. D. V Id. Iun. a. VIII et III. act. Vincentia ciuit. *Murat.* t. V antiq. p. 695. D. XV Kal. Iul. e Loreia ciuitate, quam explicat *Comte* Loretum in ducatu Veneto sitam. *Fontanin.* has tabulas ad a. 781 refert. conf. P. *Bernardi Mariae de Rubeis* c. XXI de schismate eccles. Aquilei. Wormatiae comitia habita. Saxoniam repetit; ad locum, ubi Lippia confurgit, se dedunt Saxones. Monasterium Laurishamense in tutelam suscipit. *Tolner.* cod. dipl. hist. palat. p. 5.

A. VIIII. Ferias natales Domini seruat Heristallii. D. VII Id. Ianuar. a. VIIII et III regni. Actum Haristalio palat. publice. *Schannat.* tradit Fuld. n. 51. Testamentum Fulradi Abbatis S. Dionysii, quod *Mabill.* saec. III Bened. p. II p. 341 edidit, hac subscriptione clauditur: *actum publice Haristalio anno non et quarto regnante Carolo gloriosissimo rege Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum.* *Mabill.* putat, testamentum hoc ad annum 777 uel sequentem referri posse. *Sed ad annum 777 id omnino referendum est*, inquit *Eccard.* rer. Franc. t. I p. 652. *Nam Pippinus, Caroli regis pater, die VIII Kal. Octobr. a. 768 obiit et ei statim successit Carolus, qui ergo VII Kal. Octobr. a. 777 iam decimum regni sui in Francia annum computare incepit. Et cum die VII Id. Ianuar. a. 777 nonum et tertium regnorum annum egerit, ut Fuldense diploma euincit, et nunc annum nonum et quartum regnorum eius numeret Fulradus, Heristallii cum rege existens; inde manifestum sit, Caroli epocham regni Italici primam ante trigesimum mensis Martii diem, in quem pascha, Neomagi a rege hoc anno, testibus annalibus Francorum, celebratum incidit, incepisse ei testamentum*

mentum Fulradi ante Paſcha huius anni, cum rex adhuc Heriſtallii commoraretur, confectum fuiſſe. D. VII Id. Iun. act. Numagi. *Heda* p. 41. Deinde Paderbornae conuentum publicum habet.

A. X. D. Decembr. dies -- a. X regnante domino noſtro Carolo rege. Act Aquis palat. publ. *Mabill.* r. d. l. VI c. 52. Sub feſtis natalitiis domini Duſiaci conſtitit. D. in menſe Ianuar. a. X. act. Ariſtellio pal. publ. *Mabill.* t. II annal. p. 698 in append. Paſcha Caſſinogili agit. D. XII Kal. Maii a. X et IIII. *du Cheſne* ſcript. Franc. t. III p. 677. Pampelonem et Caeſarauguſtam aggreditur. Hoc anno Carolus monaſterio Ceſarionenſi loca quaedam aſſignaſſe dicitur. *Mabill.* t. II annal. p. 240.

A. XI. Autiſiodori commoratur. D. menſe Octobr. a. XI et V regni noſtri. act. Goddinga uilla. *Mabill.* r. d. l. VI c. 53 et l. IIII n. 64 Goddinga pro Ville-Gaudin in Brexia Cabilonenſi ſed non ſine haeſitatione habetur. Ex aliorum ſententia Goddingam Saxonicam deſignat. uid *Meier.* in origin. Pleſſenſ. p. 103 ſq. *Chron. Gotvvic.* p. 476. Negat auctor der Beſchreibung der Stadt Göttingen §. 16 ſq. der unpartheyiſchen Betrachtungen über die älteſten Nachrichten von Göttingen. Natalem domini, itemque paſcha Heriſtallii celebrat. D. XV Kal. Febr. a. XI. Compend. pal. *Mabill.* t. II ann. p. 244. Menſe Martio capitulare ſancitum uel Heriſtallii uel Compendii uel menſe maio Duriae. D. VI Kal. April. a. XI regni noſtri et V patriciatus noſtri. actum Hariſtallio in palat, redintegratum uero Parrhiſiis. Ita *Aimoinus* l. V c. 1, ſed *Mabill.* ann. c. l. p. 245 et r. d. p. 73 corruptionem arguit; interpolator enim Aimoini ſine dubio uocem patriciatus adiecit. D. pridie Kal. Mai. a. XI et V. act. Kareſtalio (Hariſtallio.) *Sammarth.* Gall Chriſt. t. IIII inſtrum. p. 225. D. V Non. mai. act. Hariſtallio. *Mir.* t. I p. 496. D. X Kal. Iun. a. XI et V. *Murat.* t. III antiq. p. 973. D. VII Id. Sept. a. XI et VII. act. Duria. *du Cheſn.* hiſt. Cancell. p. 55. Ad locum Medofulli uenit.

A. XII Natalem domini et Paſcha Wormatiae egit. Lipſpringae comitia habuit; iter ad partes Albiae fluuii ſuſcepit, eoque praeſente in loco Oraim ultra Obacrum omnes Bardongauenſes

et multi de Nordleudi baptizati sunt. *Egolism.* p. 244. Episcopatus in Saxonia erigere decreuit. Capitulare h. a. profert *Goldast.* t. III constit. imp. p. 123; ac legi Salicae capitula addidisse Carolus dicitur. *Coint.* t. VI ad h. a. *Lindenbrog.* cod. L. antiq. p. 253. D. XVI Kal. Oct. a. XII et VIII. act. Dur. *du Chesne* hist. Cancell. p. 55.

A. XIII. Festorum solennibus Romae interfuit. (Natalitia domini Papiae celebrat. *Regino*) D. Id Mart. a. XIII et VII. act. Parmae. *Murator.* t. II antiq. p. 23. Mediolanum uenit, ibique filia eius Gisla baptizatur. *Egolism.* p. 244. Papiae leges aliquas Langobard. promulgauit. D. XII Kal. Mai. a. XIII. act. Aquisgr. (locus minus aptus) *du Chesn.* c. l. D. die VIII Kal. Iun. a. XIII et VII regni nostri et in mense Iun. die VIII act. Papiae ciuit. *Vghell.* t. II p. 243 sq. D. X Id. Iunias. act. Carisiago palat. publ. *Laguille* hist. d'Alsace preuv. p. 8. Mense Iul. ind. IV Spoleti placito pro Farfensibus habito praefuit. *Mabill.* ann. c. l. p. 256 n. 18, qui n. 20 pro mense Iul. Iunium reponit, atque huic anno etiam adscribit diploma monast. Brixiens. S. Saluat. in Margarin. bull. Casin. t. II p. 19 n. 22. Comitia Wormatiae habita.

A. XIIII. D. mense Octobr. a. XIIII et VIII. act. Haristall. pal. publ. *Mabill.* r. d. l. VI c. 54. D. XVI Kal. Nou. a. XIV. act. Cispliaco (forte Clipiaco) pal. publ. *Id.* t. II ann. Bened. p. 699 in append. D. in mense Dec. act. Carisiago. *Schannat.* tradit. Fuld. n. 67. Placitum d. mense Dec. die XVI act. ib. *Mabill.* r. d. c. l. c. 55. Vtrumque festum Carisiaci egit. D. in mense April. a. XIIII et VIII. Actum Casiago (Carisiaco) *Marten.* c. l. p. 42. D. XV Kal. Sept. a. XIIII et VIIII act. Haristalio palat. *Murator.* t. V antiq. p. 695. D. VI Kal. Oct. a. XIIII et VIIII. *Vghell.* t. II p. 91. Intra hunc et sequentem

A. XV. Coloniam uenit. Lipspringae Synodum habet. Aduersus Saxones ad locum, ubi Arara (Alara) confluit in Wisaram tendit. In Theodonis uilla festa domini natalitia et paschalia celebrat. D. Kal. Mai. XV et VIIII regni nostri ab incarnat. domini nostri a. 783 in die ascensionis dominicae, in cuius uigiliis ipsa dulcissima

coniux

coniux noſtra obiit in anno XII coniunctionis noſtrae. act. Theodoneuilla palat. noſtro indict. VI. *Mabill.* t. II ann. l. 25 p. 265 et r. d. l. II c. 26. Ibi Turonenſibus etiam donationem confirmauit. *Id.* ann. c. l. n. 35. Capitulare de cauſſis regni Italiae poſt obitum Hildegardis datum uidetur, quamuis *Baluz.* t. I p. 258 id ſub anno 793 proferat. Saxones uincit ad locum Theutmalli et ad fluuium Haſae. Wiſaram tranſit et ad Albiam usque peruenit. Wormatiae Faſtradam in uxorem duxit Carolus.

A. XVI. Natalem domini et paſcha Heriſtallii obſeruat. Ingreſſus Saxoniam peruenit Huculin. perrexit per Thuringiam ad fluuium Albis, inde Stasfurtum (Tagniofurt. *Regino*) ad Bodam, ubi conuentum coegit. Indixit epiſtola encyclica, cuius exemplum ad Fulradum abbatem S. Dionyſii miſſum in lucem emiſit *Pez.* in cod. dipl. c. 8. Notamus uerba: *ut pleniter cum hominibus bene armatis et praeparatis ad praedictum locum uenire debeas XII Kal. Iul. quod eſt ſeptem diebus ante miſſam S. Iohannis Baptiſtae.* Wormatiae iter in Saxoniam decernit.

A. XVII. Sub natalibus domini feriis in Weſtphalia fuit iuxta Schidroburg in uilla Liuhidi; Peruenit ad locum Rimie. Eresburgi ſub paſchalibus rex commoratus eſt. Paderbornae concilium habuit, in quo et leges Saxonum et Friſionum emendaſſe et literis conſignaſſe uidetur. Venit in Bardingauin.

A. XVIII. Circa natalem domini diem Carolum Attiniaci deprehendimus, ubi Witikindus et Albion baptiſini ſacris initiati ſunt. Quapropter epiſtola ad Offam regem, de qua a. VI, huic anno magis reſpondet. Feſtum paſchatos in eadem ſede agitauit. D. IIII Kal. April. a. XVIII et XIII regni noſtri. Act. Aquisgr. pal. noſtr. Quae ſunt notae diplomatis Onoldini, quod *Georgi* commentatione illuſtrauit et ad d. 29 Mart. a. 787 retulit. Wormatiae menſe Aug. conuentum habuit, ut damnaret Hartradum ſociosque, qui in regem coniurarant. *Ann. Lauresh.* hanc coniurationem in annum ſequentem reſeruant.

A. XVIIII. D. Non. Nou. a. XVIIII et XIII Wurmaſia palat. *Aimoin.* l. V init. Natalem Saluatoris Florentiae celebrat. Romam proficiſcitur. D VIII Kal. April. a. XVIIII et XIIII. act. Capuae. *du Cheſn.* ſcript. t. III p. 679. D. II Kal. April. a. XVIII et XIIII.

act. Capuae. *Vghell.* t. VIII p. 37, sine dubio scribendus est a. XVIIII. Beneuentum et montem Cassinum adit, cuius monasterio praecepta largitur. *Leo Ostiens.* l. I c. 14. Rediit Romam ad paschalem solemnitatem. D. V Kal. April. act. in urbe Roma. (dies et locus discordes) *Gattula* access. hist. Cassin. p. I p. 14. D. VIII Kal. Mai. act. ciuit. Capua. *Id.* p. 13 et p. 14 VIII Kal. Mai. commutat cum VIII Kal. April. atque in notis dubia quaedam discutere laborat. Mense Iul. Wormatiae comitia instituebantur. D. VI Kal. Aug. a. XVIIII in Reganesburg palat. *Mabill.* t. II annal. p. 290 ad a. 788. *Eccard.* c. l. p. 727 a. XX uult rescribi.

A. XX. Natalem domini et pascha Ingelhemii religiose obseruat. D. VII Kal. April. a. XX regni nostri. Actum in supra dicto loco Sithiu in atrio S. Bertini. *Mabill.* r. d. p. 611. Apud *Malbrancum* notae chronicae uitiosae sunt. D. V Kal. April. a. XX et XIV. Act in Ghillinhaim uilla nostra. *Murator.* t. V antiq. p. 695. Ingelhemii conuentus agebatur, qui Thassilonem damnabat. Ratisbonam rex peruenit et marcas Baioariorum dispositi.

A. XXI. Aquisgrani et natalem domini et pascha transegit, ibique promulgauit Capitulare X Kal. April. a. 789. *Baluz.* t. I cap. p. 209. Ad Albim duos pontes construit. In Wilzos bellum mouet.

A. XXII. Festis, quae diximus, Wormatiae cultum praestitit, ibique comitia conuocauit. D. in mense Mart. a. XXII et XVII. Act. Quamarcia ciuitate. *Marten.* c. l. p. 46. Iter in Franconiam facit ad palatium Salae. D. in mense April. a. XXII et XVII. Act. Placentiae ex palat. nostro publ. *Vghell.* t. IV p. 74 At hoc anno urbem Placentinam non accessit; quare diploma aut rege absente datum fuerit, aut alius locus surrogandus; hinc *Coint.* uel ann. XVI uel Wormatiam legere mauult. D. V Id. Iun. act. Mogontia ciuit. *Marten.* c. l. p. 45. D. pridie Kal. Sept. act. Copsistaino (Cufstein siue Costheim) *Mabill.* r. d. p. 502. D. XI Kal. Oct. a. XXII. Act. Remis ciuit. *Coint.* ann. t. VI p. 441, sed *Mabill.*

Mabill. t. II ann. p. 294 n. 1 hoc diploma haud temere Carolo Caluo tribuit.

A. XXIII. Iterum feſta nota Wormatiae habet. D. III Non. Ianuar. ind. XIV. Act. Wormat. *Rettenpach.* ann. Cremifan. p. 28. D. Kal. Iul. *Mabill.* t. II ann. p. 302. D. menſe Aug. a. XXIII et XVIII act. Regnasburg. ciuit. palat. publ. *Murat.* t. V antiq. p. 696. Hunnos aggreſſus Cummeobergam, et ad Arrabonem usque flumen peruenit. Dedit epiſtolam ad Faſtradam reginam de victoria Auarica. *Baluz.* c. l. p. 255. Act. Romae pal. XVI Kal. Oct. in praeſentia domini Leonis Papae a. uero XXIII et XVIII regnante Carolo. Ego Leo apoſtolicae ſedis pontifex laudans et confirmans ſubſcripſi. S. domini Leonis S. Caroli glorioſiſſ. reg. Wigbald. ad uic. Hitherii rec. (aegre inter ſe concordant) *du Cheſn.* hiſt. Cancell. p. 56.

A. XXIIII. Ratisbonae feſtorum curam habuit, concilioque conuocato haereſin Felicianam deteſtatus eſt. D. pridie Non. Aug. a. XXIIII et XVIIII. Act. Regenesburg. in palat. publ. *Pallad.* hiſt. del Friuli p. I p. 84.

A. XXV. Tempore feſtorum iterum conſedit Ratisbonae. D. menſe Marcio a. XXV et XVIII. act. Aquisgr. pal. *Baluz.* t. II p. 1400. Fallunt, ni fallor, numeri et locus. Iter ad foſſam inter Alemonem et Radantiam ſuſcepit. Carolus hoc anno Arelatem Saracenis eripuiſſe et monaſterium Montis maioris fabuloſe reparaſſe fertur.

A. XXVI. Natalem domini Wirceburgi celebrat. D. VIII Kal. Mart. a. XXVI. act. ſuper fluuium Moin in loco Franconofurt. *Pez.* theſ. anecd t. I P. III p. 1. Ibi paſcha agit, ac concilium notiſſimum congregat. D. prid. Kal April. a. XXVI et XX. Act. in Franconofurd. *Vghell.* t. V p. 174. D. VIII Kal. Mai. Act. Franc. *Lunig.* ſpicil. eccl contin. III fortſ p. 99. D. XIII Kal. Aug. a. XXVI et XX. Act. Franconof. *Mabill.* r. d. l. VI n. 58. Saxoniam petit.

A. XXVII. Feſtis Aquisgrani cultum adhibuit. Cuſſteinii conuentum coegit. Aduerſus Saxones mouet. Reſidet apud Bardunwich. Aquisgrani baſilicam excitari iubet, ubi

A. XXVIII.

A. XXVIII utrumque feſtum rurſus obit. Epiſtola Caroli ad Offam Merc. regem de Hadriani pontif. obitu *Baluz.* t. I p. 273. Epiſtola gratulatoria ad Leon. III P. et commonitorium ad Angilbertum Romam euntem *Id.* p. 271. In Saxoniam exercitum ducit. pergit Wimodin. *Contin.* t. VI ann. p. 590 ad a. 796 refert praeceptum pro S. Martino datum. Actum caſtro Lauduno.

A. XXVIIII. D. menſe Dec. XVI Kal. Ianuar. act. Graniaquis. *Mabill.* uet. annal. p. 293. Feſtis Sacris Aquisgrani uacat. D. XIII Kal. Mart. a. XXVIIII et XXIIII. Act. Aquisgr. *Marten.* c. l. p. 51. Vel a. XXIII ſurrogandus eſt, uel epocha a Febr. a. 774 ducenda. D. prid. Kal. April. a. XXVIIII et XXV. Act. Aquis pal. *Mabill.* r. d. p. 504; ſed cum numeri non conſpirent, in ſupplemento rei dipl. p. 4. annus XXVIIII computatur a morte Carolomanni h. e. a II. Non. Dec. a 771. At ne ſic quidem dies concordabunt. D. IV Kal. Maii a XXVIIII et XXV. Aquisgr. *Mabill.* Act SS. ſaec. IV p. I p. 98.

A. XXX. Capitulare Saxon. a. XXX et XXII, V Kal. Nou. *Baluz.* t I p. 275. Domini natalitia et paſchalia feſta Heriſtallii ad Viſurgim peregit. Abiit Mindam et Bardewicum. D. menſ. Iul. a XXX. act. Valentianas. *Schannat.* hiſt. Wormat. t. II p. I. Hoc loco a XXXIII conſtitiſſe reperitur Carolus.

A. XXXI. Feſtorum ſolennitatem Aquis obſeruat. D. m. Iun. a XXXI et XXVI. Act. Aqu. pal. noſtr. *Mabill.* c. l. p. 212. In loco Lippenheim Synodus habetur. Paderbornae Leo P. in Caroli congreſſum uenit, et eccleſiae altare dedicat.

A. XXXII. Aquisgrani natalem domini diem agit. Circa quadrageſimale tempus uillas ſuas circuiuit et corpora ſanctorum. Litus Oceani Gallici perluſtrauit claſſemque inſtituit. Paſcha in monaſterio Centulenſi S. Richarii celebrat. Rotomagum pergit. D. IIII et III Non. Iun. a. XXXII et XXVII. Act. Turonis. *Mabill.* t. II ann. p. 345. Per Aurelianos et Pariſios Aquisgranum reuertitur. Moguntiae conuentum congregat. Rauennam peruenit.

A. XXXIII Feſto natiuitatis domini Romae fit Imperator Carolus. D. IIII Non. Mart. a. XXXIII et XXXIIII (XXVII) act. Romae

Romae in eccleſia S. Petri principis apoſtolorum, ubi ipſe in corpore requieſcit feliciter. *Vghell.* t. I p. 412. D. menſ. Mart. XVI Kal. April. a. I imper. et XXXIIII regni in Francia et XXVIII in Ital. *Mabill.* uet. analect. p. 295. Menſe April. Spoleti deprehenditur. Abiit Papiam, ubi additiones ad L. Langobardorum edidiſſe uidetur. Ita enim habet exordium: *anno ab incarnatione domini noſtri IEſu Chriſti DCCCI indict. IX a. uero regni noſtri in Francia XXXIII in Italia XXVIII conſulatus autem noſtri primo, cum in Italiam propter utilitatem ſanctae Dei eccleſiae ac prouinciarum diſponendarum uenisſemus etc.* anni igitur conſulatus ſunt iidem anni imperii. *Mabill.* r. d. l. II c. 25 §. 3. Natalem S. Iohannis apud Epoeriam agit.

A. XXXIIII. Id. Octobr. ad Schaldim prope Valentianas eleuationi S. Saluii adeſt. Aquisgrani menſibus Nouemb. Mart. et April. conuentus habet D in menſe Mart. XVI Kal. April. a. I, XXXIIII, et XXVIII. *Mabill.* uet. analect. p. 295. A. XXXIIII Franc. regni et dom. inc. 802 D. pridie Non. April. Act. Francofurt. a. XXVIIII. *Vghell.* t. V p. 326. D. menſ. April. IX Kal. Mai. a. II imp. et a. XXXIIII in Francia, XXVIIII in Italia. *Mabill.* c. l. p. 294. Aeſtiuo tempore in Ardenna uenationi operam dedit.

A. XXXV. menſe Octobr. Aquis ſynodum conuocat, ubi etiam notis feſtis diebus commoratur. D. Id. Iun. a. III imp. et XXXV in Franc. et XXVIIII in Italia. ind. XI. act. Aquis pal. publ. *du Cheſne* ſcript. t. III p. 653. *Murator.* t. V antiquitat. p. 697. Conuentu Moguntiae habito ad palatium Salae ſiue Salz proficiſcitur. D. prid. Non. Aug. a. III imp. indict. XI. Act. Romae. *Pallad.* c. l. p. I p. 98. actum et datum ratione loci non conſentiunt. *Schoenleben.* in Carniol. p. II p. 396 haeſitans exſcripſit indict. I. D. Id. Aug. in Sacro palat. a. III imp. Caroli. *Vghell.* t. V p. 1095. *Coint.* t. VI ann. p. 817 legit rectius: in Salz palatio. Ratisbonae ſynodo chorepiſcoporum cauſſa adfuit. In Baioaria uenationem bubalorum ceterarumque ferarum per Saltum Hircanum exercet. menſe Octobr. Salisburgum profectus perhibetur.

A. XXXVI. D. XV Kal Dec. a III imp. et XXXVI regni in Francia indict. XI a. dom. inc. 803. Act. Reguntiburg. pal. publ. *Vghell.* t. V p. 245. Wormatiae Sanctionem de purgatione ſacer-

cerdotum feciſſe uidetur. Feſta natiuitatis domini Aquisgrani et paſchalia Nouiomagi honore debito proſecutus eſt. Sedit ſuper Alb. flumen in loco Ondulſtetin (Boldonſtat). Finitur bellum Saxonicum. Ardennam uenandi cauſſa petit.

A. XXXVII. D. a. IIII de menſe Nouembr. indict. XIII. *Vghell.* t. V p. 704. Leoni P. Remos obuiam iuit, atque cum eo natalem domini Cariſiaci celebrauit. Epiſtola S. Ludgeri apud *Baron.* t. VIIII ann. ad a. 804, qua Imperator et pontifex Rom. longius iter feciſſe dicuntur, commentitia eſt. *Pagi* crit. t. III ad d. a. Sueſſiones uenit, inde ad mon. Calam. Pergit Aquisgranum. D. a. IIII imp. XXXVII in Franc. atque XXXI in Ital. Act. Aquisgr. pal. *Gewold.* de Septemuiratu p. 83. Menſe Iul. Theodonisuillae fuit, ubi capitularia data. Voſegum tendit.

A. XXXVIII. Theodonisuillae natiuitatis domini feſto adeſt. D. XIII Kal. Febr. a. VI imp. et XXXVIII regni in Francia et XXXIII in Ital. indict. XIIII. act. Theodoneuilla. *Marten.* c. l. p. 59. Ibi conuentus celebratur et promulgatur charta diuiſionis regnorum VIII uel II Id. Februar. *Baluz.* t. I p. 439. Paſcha Nouiomagi peregit et capitulare edidit. *Id.* c. l. p. 451. Act. Narbone Non. April. a. VI imp. XXXVIIII (XXXVIII) regni in Francia XXXII in Italia ind. XIII. *Mabill.* t. II ann. p. 376 n. 49 ſubſtituit ind. XIIII. *Catell.* in memoires du Languedoc. l. V p. 745 pro a. XXXVIIII ſcripſit XXVIIII. Aquisgranum repetit, et

A. XXXVIIII ibidem natalibus Seruatoris noſtri feſtis et paſchalibus celebratis capitulare promulgat. *Baluz.* c. l. p. 458. D. IIII Kal. Maii a. VII Chriſto propitio imperii noſtri atque anno XXXIX regni noſtri in Francia et XXXIV in Italia indict. XV. Act. Aquis palat. noſtro publ. *Marten.* c. l. p. 60. D. VII Id. Aug. a. VII Chr. propitio imp. noſtri et XXXVIIII regni noſtri in Francia atque XXXIIII in Italia indict. XIIII. Act. Ingilinhaim pal. noſtro. *Eccard.* c. l. t. II p. 863.

A. XL. Aquis natalem domini; Paſcha Nouiomagi habuit, ac triplex Capitulare ſanxit. *Baluz.* c. l. p. 463. D. VII Kal. Iun. a. VIII Chr. propitio imp. noſtri XL regni in Francia atque XXXIIII in Ital. indict. I. Aquisgr. pal. noſtro. *Vghell.* t. I p. 199.

A. XLI.

A. XLI. Feſtis Aquisgrani uacat, et Capitulare conſtituit. *Baluz.* c. l. p. 465. D. XLI anno imperii Karoli Caeſaris die dominico III Id. Febr. *Goldaſt.* t. III rer. Alam. p. 59; hic tres epochas in unam collatas putat *Mabill.* p. 194 r. d. nobis formula ſuſpecta uidetur.

A. XLII. Menſe Nouembr. Aquisgr. concilium habuit. D. X Kal. Mai. a. XLII regni noſtri ind. III. Act. Aquisgr. *Schannat.* hiſt. Fuld. prob. p. 83. D. XVIII Kal. Iun. a. XI imp. XLII regni noſtri in Francia atque XXXVII in Ital. ind. IIII. Act. Aquisgr. pal. *Vghell.* t. V p. 36. D. III Kal. Iul. a. incarn. dom. 810. *Lunig.* ſpicil. eccleſ. p. III p. 642. D. pridie Id. Aug. a. X imp. regni XLII in Francia et XXXVI in Ital. ind. III. Act. Ferdi in Saxonia. *Schilter.* de curiis dominical. in mantiſſa. *Mabill.* t. II ann. p. 392. *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. V p. 461.

A. XLIII. D. XVIII (XVII) Kal. Iun. a. XI imp. XLII regni in Francia atque XXXVII in Ital. ind. IIII. Act. Aquisgr. pal. *Vghell.* t. V. p. 36. anni inter ſe diſcrepant. Breuiarium diuiſionis theſaurorum a. 811 regni in Francia XLIII in Italia XXXVI imperii XI ind. IIII. *Baluz.* c. l. p. 487. Aquisgrani concilium habetur, inde Bononiam, ciuitatem maritimam, claſſis uidendae cauſſa proficiſcitur. D. a. XLIII ind. XIII. Antoniaco in palat. apud. *Mabill.* t. II ann. p. 251 n. 5.

A. XLIIII. Capitula quae Imperator conſtituit Bononiae regni ſui a. XLIIII menſe Octobr. *Baluz.* c. l. p. 494. Venit in locum Gant. D. Kal. Dec. a. XI imp. et XLIIII regni Caroli in Francia et XXXVII in Ital. Act. Aquisgr. *Schannat.* tradit. Fuld. p. 107. D. VI Kal. (Id.) Dec. a. imp. XII regni in Francia XLIIII atque XXXVII in Ital. ind. V. Act. Aquisgr. *Gevvold.* ad Hund. Metrop. Salisburg. t. II p. 7 et de ſeptemuiratu p. 83. anni diſcordes.

A. XLV. D. VII Id. Mai. a. Chr. prop. imp. XIII regni uero in Francia XV atque in Italia XXXVIIII, ind. VI. Act. Aquisgr. palat. reg. *Mabill.* r. d. p. 512. Per Franciam concilia celebrari iuſſit. Menſe Sept. conuentus Aquisgr. agitur et capitulare editur. Quando diem ſuum obierit magnus noſter Carolus, docet

epitaphium, quod *Eginhartus* posteris tradidit c. 31: *Sub hoc conditorio situm est corpus Caroli magni atque orthodoxi imperatoris, qui regnum Francorum nobiliter ampliauit et per annos XLVII feliciter tenuit. Decessit septuagenarius anno domini DCCCXIIII indict. VII V Kal. Febr. Mon. Egolism. Carolus a. LXXI aetatis suae regni aut quadragesimo septimo* (numerantur anni Iuliani non completi) *subactae autem Italiae XLIII, ex quo uero Imperator et augustus appellatus est a. XIIII, V Kal. Febr. rebus humanis excessit.*

2. De uoce *publicum.* Ceterum animaduertimus, locum, quo chartae datae sunt, non nominari solum, sed et definiri accuratius. Quam saepissime legitur: *palatio nostro*, uel *regio* uel *publico*; item *ciuitate*, *uilla* etc. interdum *publice*; publice enim in huiusmodi sedibus iudicia exercebantur, et, quae coram rege gesta sint, quis dubitet, ea publica auctoritate facta non esse?

3. Chartam terminat pia precatio. Pium denique uotum tabulae coronidem imponit, ut exitus principio respondeat. Formulam hanc ferme perpetuam perspeximus: *in dei nomine feliciter amen*; quamuis non numquam una alteraue uocula omittatur.

§. LXVI.

Diplomatum fragmenta uel commemorationes, e. c. En! indicem diplomatum Carolinorum, quo uix alibi inuenies locupletiorem. Multa tamen interiere, nonnulla forsan etiam nunc tenebris premuntur, alia manca lucem adspexerunt. Operae pretium facturus mihi uideor, si tabulas quasdam ex cineribus quasi uel e naufragio colligam.

Senensis. In *Papebroch.* Propyl. antiq. P. II T. II April. Act. SS. litem inter Carmelitas Senenses ac Florentinos de primatu suorum conuentuum, quos in Thuscia possident, fuisse, perhibetur, et Senensem locum donationem aliquam uiris religiosis illius loci a Carolo M. factam exhibuisse.

2. Vallis Labrath. *Carol. Ludou. Hugo* in Sacrae antiquitatis monimentor. p. 174 T. I in antiquit. Vallis Galilcae: *Exstat in regio Lotharing. Scrinio, ait, diploma Caroli M. a. 801 in gratiam prioratus constituti in Valle Labrath.*

3 Eccles. Traiect. In *Hedae* episc. Vltraiect. p. 39 confirmantur concessiones priorum regum, petente Gregorio episc. Traiectensi. Charta data

ta Kal. Mart. act. Aquis pal. publ. annus deest. Sed patet ex inscriptione: *Karolus Dei gratia Rex Francorum, uir illuster*, hoc documentum a. 774 praeuertere. Et quamquam non adeo exploratum habeamus, quando Gregorius uita excesserit; *Vbbonis* tamen *Emmii* sententia stare nequit, qui eum ante 768, haud permittente hac charta, mortuum putauit. De anno emortuali differit *Pagi* in Crit. Baron T. III p. 351.

Auentinus L. I Ann. Boic. *Seruatur Reginoburgi*, ait, *in templo diui Haimerani uetustissimum diploma a Carolo M. datum, latino quidem sermone, aliis tamen literarum figuris scriptum, Longobardas quidam, alii Geticas arbitrantur, perquam similes Graecis sunt.* 4. Mon. S. Emerami.

Besly dans l'hist. des Comtes de Poictou p. 155 chartam immunitatis monasterio Carrofensi datam exhibet, sed subscriptio desideratur. Inscriptio eam assignat Carolo regi Franc. et Longob. et patritio Roman. ideoque non respondet narrationi p. 151 ex tabulario Carrofensi depromtae, qua Carolus a. 799 in conuentu Aquisgran. Leone P. sedente Rotgerio comiti, monasterii fundatori, multa pretiosa, et hoc auctoritatis praeceptum dedisse fertur. Ex eodem tabulario fabula de Caroli itinere Hierosolymitano disci potest 5. Mon. Karrofensis.

Theodorus in uita S. Magni s. Magnoaldi c. 32 ap. *Canis.* T. V lect. antiq. et *Surium* VI Sept. p. 81 de ecclesia Augustana tradit: *Constituit* (Carolus) *autem episcopum Simpertum nomine in ipsa ciuitate et dedit secundum morem regum per firmitatis praeceptum ad praefata loca omnia, quae ab antecessore suo Pipino illuc tradita fuerant, insuper et addidit plurima etc.* 6. Ep. Augustani.

Auctor uitae S. Arnoldi c. 2. ap. *Sur.* XVIII Iul. p. 229: *extracloque annulo, quem manu gestabat, more regio, coram cunctis optimatibus suis praedictam siluam Arnoldo tradidit* (Carolus) *in ius possessionis - - accepta igitur regali possessione annulari traditione distribuit praedictam siluam adiacentibus uillis.* 7. S. Arnoldi.

Actor. SS. T. I Ianuar. p. 521 in uita Gudilae c. 8 Carolus S. Gudilae sepulcrum uisit: *Rex interea memorabilis ibidem maxima Sanctae uirgini deuouit atque attribuit munera, uasa scil. aurea et argenta, palliaque peregrino opere elaborata. Ipsum quoque fundum Morzelam* 8. S. Gudilae.

ei tradidit cum uniuerſa inhabitante familia, hoc Sanctae placere intra ſe reputans, quoniam ſpecialiter prae omnibus hanc ſedem delegerat ſuis oſſibus. quae ſingula teſtamento mandauit et ſubſcriptis teſtibus aſſignauit eis eccleſiae, in qua Sancta iacebat, in perpetuam hereditatem delegauit. Poſt haec Carolus in uicinis ſaltibus uenationi operam dediſſe fertur; id quod lepidam de urſo quodam narrationem peperit. Similia habet p. 527 c. l.

9. Mon. Metenſe dotatur. *Andreas presbyter* ad a. 801 notat, Carolum M. miraculo quodam excitatum monaſterium in Meten exſtrui iuſſiſſe, idque magnifice dotaſſe.

10. Mon. S. Mart. Turon. mancum diploma. *Marten.* T. I uet. monim. p. 33 exhibet praeceptum Caroli monaſterio S. Martini Turon. datum, cui nota temporis deeſt. Editores id circa a. 770 conceſſum putarunt. Sed inſcriptio: *Carolus gratia Dei rex Francor. et Langob. atque patricius Romanorum*, uetat, ne eis aſſentiamur. Chartam *Rado ad uicem Hitherii* recognouit. *Actum Theodonis uillae.* Quae ſi conferamus cum §. ſuperioribus LXIII et LXV, praeceptum a. VII aut VIII regni Caroli prodiiſſe oportet.

11. Mon. Epternac. Ib. p. 47 in charta mon. Epternacenſ. deſideratur exitus. Inſcriptio ſiſtit Carolum regem Langobardorum. Deprecator erat Bernerardus Sanctae Senonenſis urbis et eccleſiae archiepiſcopus, rector monaſterii S. Willibrordi. In notis ſubiungitur: *Bernerardus hic Epternacenſis Abbas tertius a S. Willibrordo monaſterium rexiſſe dicitur ab anno 777 ad 798 in breui chronico MS. eiusdem monaſterii. Huius autem nominis nullus exſtat in catalogo archiepiſcoporum Senonenſium, niſi quis eum confundat cum Berardo, qui duobus tantum annis praefuit, ab anno 793 ad 795, quo dicitur obiiſſe. Sed haec non cohaerent cum noſtro Bernerardo, qui S. Gondebaldo in ſede Senonenſi ſucceſſiſſe uidetur.* Ego uero, quidquid horum ſit, fidem huius chartae, quae nulla labe patente inquinata uidetur, chronicis praetulerim.

12. Mon. S. Dionyſ. *Cruſ.* Annal. Sueu. P. II L. I p. 4: circa annum ſalutis 804 Gamundiae, Eſſelingae, Herbertingae et aliorum Sueuiae locorum principia parua erant, ut ex hoc loco Beati Rhenani apparet. Carolus M. (inquit ipſe) in diplomate quodam, quod Volradus Abbas coenobii Dionyſiani (quod non procul Lutetia Pariſiorum abeſt) impetrauit de monaſteriolis annectendis: *ſimiliter*, inquit,

in

in ducatu Alemanniae cellam, quae uocatur Haubertinga, cum rebus et mancipiis (eygnen leuten) *ad se pertinentibus et aliam cellam nomine Ezzilingam et Adalungam cellam, similiter et Camundiam.* Fuerat autem Volradus ille quondam a Sacris Caroli M. nobili familia natus coenobiolaque ista de patrimonio suo in Alemannia h. e. Sueuia instituerat.

Ib. p. 14: Dedit hic rex priuilegium Sueuis circiter annum domini 782 (sicut quibusdam uidetur) ut in bellicis expeditionibus ipsi primos ordines ducant, aut primi hostem adoriantur. Sueuico Duci Geroldo decus hoc datum esse *Stumpf.* L. VI. c. 19 ait uid. §. LV, 13. 13. Sueuorum rogatiua.

In *Margarini* bullar. Casin. T. II p. 19 exhibentur codicilli immunitatis Monasterio S. Saluat. et Iuliae Brixiens. dati, resecta subscriptione. Referuntur ad a. 781; incipiunt enim: *Carolus gratia Dei Rex Franc. et Langob. et patric. Roman.* 14. Mon. S. Saluat. et Iuliae Brix.

Mabillon. in uita S. Autperti III Saec. SS. Ord. S. Bened. p. 237: *At cum idem Serenissimus Imperator* (Carolus) *post dona magnifica quae ibidem* (in monasterium S. Vincentii) *contulerat, postque firmatis regali praecepto longe lateque possessionibus - - uellet reuerti. - - Hoc denique euoluto tempore Carolus Imperator Beneuentum aggressus diutina obsidione cines uexabat, sed ei ad capiendum omnino urbs difficilis erat. Interea Arichis ipsius ciuitatis princeps pia consideratione ciuium saluti consulens datis obsidibus duobus liberis cum eo respicitur. Inde rediens Imperator B. Benedicti monasterium petiit, orationibus seruorum Dei se commendans, plurima ibi dona largitus est et imperiali praecepto, quaeque possederant, confirmauit adiungens et alia multa.* 15. Mon. S. Vincent.

Id. c. l. p. 255 in uita S. Sturmii Abbat. Fuld. *Vocato ad se Sturme Abbate consilium cum eo iniit* (Karolus) *et Hamelenburc cum omnibus quae ad illum fiscum pertinent potestatiua manu de iure suo in ius domini et S. Bonifacii ad coenobium Fuldae tradidit.* 16. Mon. Fuld.

Id. c. l. Saec. IV P. I p. 193: codicillis S Benedicto Abb. Anian. datis haec nota subiicitur: *In quibusdam istius diplomatis exemplis apponitur haec clausula: D. VI Kal. Aug. a. XVIIII regni nostri. Actum in Ruganesburg palatio. quae clausula certior uidetur quam appositio Bartholomaei notarii ad uicem Hludouici recogn. Constat enim Ludouicum fuisse Cancellarium Caroli Calui non Caroli M, qui tum apud Baioarios cum exercitu erat.* 17. Mon. Anian.

Vghell.

18. Ep. Mutin. *Vghell.* I. S. T. II p. 92 Carolum epiſcopo Mutinenſi Geminiano plebaniam Gazaneit dono dediſſe, pluraque alia bona teſtatur.

19 Mon. Nonantulan. In *Muratori.* T. V antiq. p. 331 ſeq. index uetuſtiſſimorum priuilegiorum Nonantulano coenobio conceſſorum, et p 667 excerpta e catalogo MSto tabularii monaſterii Nonantulani exhibentur, inter quae nonnulla quoque Carolo M. tribuuntur et Lodouico.

§. LXVII.

Diplomata falſa, ſuſpecta, anomala. Et hae quidem ſunt regulae, ad quas Caroli chartae dirigi conſueuerunt; non omnes tamen repudiamus, quae a norma praeſcripta aliquantum aberrant. Ecquis hic exceptiones non agnoſcat? at negari nequit, quo frequentius grauiusue a recepto ſtilo documenta abhorrent, eo facilius in dubitationem et ſuſpicionem eadem adduci. Vt res planior fiat, huiusmodi diplomatum exempla proferemus, quorum fides uel dubia uel iam pridem eſt expugnata, uel adhuc bello agitatur.

1. Gleichenſe Primum offendimus apud *Laur. Peckenſtein* in theatro Saxoniae oder Beſchreibung der Fürſten, Grafen, Ritter und Städte in Ober-Sachſen c XVI p. 235 de hiſtoria comitum Gleichenſium, et apud *Goldaſt.* T I Conſtit. Imp. p. 17, quod in arce Querfurtaua inter rudera turris collapſae repertum, atque adeo a Gleichenſibus neglectum dicitur. Totum, quantumcumque eſt, commentitium eſſe, demonſtrarunt *Sagittarius* in hiſtoria Gleichenſium comitum MS. et *Tenzelius* in monatlichen Vnterredungen a. 1696 p. 621 ſq. et in uindiciar. hiſtor. append. III p 83 ſq. ubi diploma Friderici II Imp. Henricis Ruthenis datum exhibet, ad quod Gleichenſe compoſitum eſſe patet omnibus. Idem oſtendit *Auctor obſeruat.* in diploma Frideric. modo dictum p. 13. Iam in limine inſolentia, imo inaudita loquitur: *Carolus diuina fauente gratia Romanorum et Francorum Rex* etc. *terraeque Saxonum et Thuringorum dominator, dilectis ac nobilibus filiis Ludouico Seniori, equiti et militi noſtro Chriſtiano, exercitusque capitaneo generali in Hiſpania contra incredulos, nec non eiusdem heredibus Carolo et Ludouico Salutem.* Nec donatio ipſa toleranda uidetur: *concedimus*

mus tractum regionis in ſaltu noſtro Thuringiaco ad 20 milliaria in longitudine et 10 in latitudine iure hereditario poſſidendum et facultatem damus, in territorio diſtricti illius dominationis quaerere et fodere aurum argentumque atque omnia alia metalla, uti debeatis et poſſitis. Satis enim conſtat, metalli fodinas saec. VIII in Thuringia nondum cognitas fuiſſe. Clauſulam addit rudis fabricator: *Et ad euidentiam et perpetuitatem omnium praemiſſorum praeſentem hanc paginam noſtri ſigilli magni appenſione munitam uobis decernimus indulgendam. Datae ad portum Naonis in Francia anno incarnatae ſalutis* 746, alii 786 Sigilli appenſio repugnat iis, quae diximus §. XXI et annus incarnationis §. XL. Ecquis Carolo infanti haec tribuat? Fac, in annorum numero mendum ineſſe. Aſt, quemcumque ſubſtitueris annum, res minus apte cohaerebunt. Nihilominus *Mettingh.* de milit. Germ. p. 140 chartam defendit.

Alterum ſpecimen depromimus ex *Magero* de aduocatia armata c. V n. 401 p. 152. Conf. etiam *Bruſchius* de Chronologia monaſter. Germ. *Franc. Petr.* in Sueu. eccleſ. p. 328. Particulam porrigit *Cruſ.* ann. Sueu. p. I, l. XI c. 10. Conſtat autem diplomate a Carolo noſtro, uti fertur, monaſterio Ottenbeurenſi ordinis S. Benedicti conceſſo. Id nec tantillum fidei mereri, exiſtimauit *Paullini* de aduocatis monaſter. §. 9 in ſyntagm. rer. et antiquitat. German. p. 541. *Conring.* in cenſura p. 306 et *Tenzel.* in uindiciis append. III p. 73 ſqq. aliquot falſi notas indicarunt. Neque Auguſtanus epiſcopus, qui ſibi in hoc coenobium aduocatiam uindicat, hanc chartam admittit, teſte *Beſoldo* in diſſert. de iure foederis c. V n. 8. Inſignes ſane errores primum obtutum abſterrent. Fallit initium: *In nomine Dei patris omnipotentis et filii et ſpiritus ſancti.* (§ XLVI.) *Carolus a Deo ordinatus Auguſtus magnus, pacifcus, rex Francorum, Imperator Romanorum gubernans imperium.* (§. XLVII) Praemiſſo exordio *duplicis argumenti*, ita pergit Carolus: *Quapropter notum ſit omnibus principibus noſtris et fidelibus, qualiter nos ad petitionem dilectiſſimae coniugis noſtrae Hildegardis, illuſtris Reginae, Abbatem - - ſub noſtro mundiburdio et defenſione - accepimus et retinemus.* At, cum haec ſcheda a. 769 data perhibeatur, Hildegardim aliquot annis poſt connubio Carolo iunctam fuiſſe monſtrauimus §. LXV a. XV. Tum concedit monaſterio pote-

2. Ottoburanum.

ſtatem abbatem eligendi, inuſitato more rationem addens: *Et ut regno omni noſtro et fidelibus noſtris pateat, nos praefatum locum non auaritiae uel quaeſtus ſed pro amore dei et animae ſalute atque defenſionis cauſa in noſtram poteſtatem ſuſcepiſſe.* Poſtea, ſi aduocato opus erit, ut eligant aliquem, permittit, *eo tamen tenore, ut poſt fidelitatem regio iure nobis noſtrisque ſucceſſoribus, abbati tria iuret ſacramenta;* aliena certe. *nullum de militari familia ſine iuſta ſociorum ſuorum deliberatione damnet uel aliqua iniuria coerceat et offendat, qui militares uel alio nomine miniſteriales optimo iure perfruantur, quo Fuldenſes uel Augienſes potiuntur.* Haec, uti tota prope charta, a ſtilo Carolino diſcrepant, non ſecus ac ſubſcriptio: *Ego Laudebertus* (*Bruſch.* Ludebertus) *Archicapellanus recognoui et ſubſcripſi. Data anno incarnationis domini* 769. *Actum Moguntiae in Pentbecoſte in dei nomine feliciter, amen.* Archicapellani nomine hac aetate non ſubſcripſit archicancellarius, quamquam Ludbertus in aliis quoque praeceptis occurrat §. LXIII. *Conring.* hic Bartholomaeum ſubſcribere debuiſſe putauit, de quo §. LXIII. Sed Itherius eſſet potius ſubſtituendus. Annus incarnationis rarior inuenitur, niſi in negotiis arduis. Menſis apponi ſolet, non feſtum. Nec ueriſimile eſt, Carolum hoc anno Aquitanico bello diſtractum Moguntiam adiiſſe, neque, diſtinxeris licet inter *datum* et *actum*, (§. XLI) commode rem expedies.

Campidonenſe. §. Anno 773 Carolus M. monaſterio B. M. V. Campidonenſi diploma impertiuiſſe dicitur, quod protulit *Sebaſt. Munſter* in Coſmographia ad locum: *Kempten*, et *Paullini* in hiſtor. uirginum collegii Visbeccenſis p. 16, cum monogrammate haud ſpernendo; ſuoque calculo probarunt *Caſp. Bruſch.* centuria I monaſter. in Campidon. abbate primo, *Mart. Cruſius* Annal. Sueu. P. I, l. 13 c. 3, addito monogrammate uitioſo, *Lucae* im Uralten Grafen-Saal p. 1026 cum monogrammate diſcerpto. *Andr. Knichen* de iure territorii c. IV n. 391 ſq. *Magerus* de aduocat. arm. c. V p. 419. Reiecit illud merito *Papebroch.* Act. Sanct. T. III menſ. April p. 792 et *Tenzel.* c. l. n. III. Vitioſe incipit: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Carolus diuina fauente clementia Imperator Auguſtus* (§. XLVI et XLVII) Pergit offendere: *quali-*

qualiter nos ob interuentum ſanctiſſimi patris noſtri Adriani Papae ac ſupplicem rogatum dilectae coniugis noſtrae Hildegardis, nec non propter nobilem et fidelem famulatum Iohannis Augienſis et Sancti Galli reuerendi Abbatis, eiusdemque epiſcopi Conſtantienſis preecem, ob meritum Rudangi (potius Ruotgangi) *Metenſis epiſcopi et Sturmi Vuldenſis Abbatis ſeu ceterorum principum innumerabilium nobis aſſiſtentium.* Stilus ab iſto ſaeculo remotus: *ob ſupplicem rogatum, nobilem et fidelem famulatum Abbatis*, meritum mortuorum, quamquam alter adhuc uixiſſet. *Sed quoniam praedicta coniunx noſtra in eodem Coenobio locum ſepulturae ſe habituram ordinauit.* Inde quidam ſibi perſuaſere, Hildegardim poſtea ibidem ſepultam eſſe, renuentibus annalibus. *Manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri l. u. ſ. ſ. q. m. u. s.* (h. e. iuſſimus. Nam in exemplo quodam ex authentico deſcripto legimus: *manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſionem inſigniri iuſſimus.* Indicatur etiam ſigilli forma, quae rotunda praeter morem, cum inſcriptione: *Karolus rex.*) *Signum Domini Caroli Sereniſſimi Imperatoris Auguſti.* Contra §. LXII. *Amelbertus Cancellarius ad uicem Luperti* (Luitperti) *Archicancellarii recognoui.* Ita legimus et ſupra §. LXIII in diplomate Argent. apud *Schilter.* in Chron. Koenigshou. p. 497 Obſ. VI §. 6. At uero an iſtud norma poſſit eſſe, dubitamus. Propius haec ſubſcriptio, et initialis formula accedunt ad Caroli Craſſi curiam. Igitur ueri perquam ſimile eſt, ad quamdam chartam Caroli Craſſi hanc effictam eſſe. Finis additur: *Data ab incarnatione Domini DCCLXXIII indict. XI anno uero regni piiſſimi Caroli VI imperii primo. Actum Romae in Sancto die paſchae in eccleſia Sancti Petri coram Adriano papa et multis aliis principibus in Dei nomine feliciter. Amen.* Falſa et inſolita, quamuis in nonnullis iterum conſentiat diploma Argent. indicatum, cuius nimirum haec eſt ſubſcriptio: *anno dom. inc. DCCLXXIII ind. XI a. glorioſiſſimi Caroli V. Actum Romae in ſancto die Paſchae, ipſo papa Adriano ſedente in ſede ſua. In Dei nomine feliciter amen. Data Romae XIV Kal. Maii. Sign D. Karoli Magni et Sereniſſimi regis Francorum.* Papebroch c. l. addit: *Nos iſtiusmodi ſuppoſitionibus iam aſſueti, quia intelligimus mente non mala factas ad auertenda iniuſtiſſima damna, imminentia poſſeſſionibus reſcripti regii munimine deſtitutis, non tantum auctoribus ignoſcimus facile, ſed etiam gratam debemus aliquam, quatenus nobis ſunt teſtes receptarum et eatenus continuatarum traditionum, quibus*

licet multum ſcoriae permixtum ſit, ſubeſt tamen plerumque aliquid purioris metalli, quod non totum abuci mereatur. Et tale eſt quod Hildegardis Regina, Carolo rege probante, ex hereditariis maternae ſucceſſionis bonis fundauerit aut ſaltem dotauerit Campidonenſe monaſterium, primo iſtic Abbate conſtituto, quem diximus, Andegario.

4. Treuerenſe. Exhibent *Brouuer.* Annal. Treu. T. I p. 380 a. 773 L. VII et *Cointe* Annal. T. VI a. 774 §. 174 chartam eccleſiae Treuir. datam, hac ſubſcriptione munitam: *Suauis ad uicem Ercamboldi recogn. Data Kal. Sept. anno VI regnante Carolo piiſſimo rege indict. XI Ariſtalio palatio in Dei nomine amen.* Vitioſam aut certe ſuſpectam illam habuerunt *Mabillon.* de re dipl. L. II c. III §. 7 et Annal. Benedict. T. II p. 229; *Eccard.* rer. Franc. orient. T. I p. 635. Initium: *In nomine domini Dei aeterni et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Carolus diuina ordinante prouidentia Rex Francorum* imitatur formulas Ludouici P. et Lotharii. Monogramma crucem decuſſatam referens Carolo non conuenit; neque Snauis et Ercambaldus iam hoc anno ſubſcripſerunt §. LXIII, neque indictio apponi ſolita. Argumentum ipſum a ſtilo curiae huius Imp. non adeo abhorret.

5. Fuldenſe. *Eccard.* c. l. p. 649 ad a. 777 falſi poſtulat diploma Fuldenſe, *Schannati* traditionibus p. 23 inſertum, quo Hamelam in Saxonia inferiore donaſſe Fuldenſibus Carolus dicitur. Incipit: *Carolus Gratia Dei Francorum et Langobardorum Rex ac Romanorum patricius.* Exordium iisdem locutionibus, quibus praeceptum 51 ob Hamelburgum conceſſum, conſtat, in quo in uoce Hamelburgum altera pars *burc* eraſa fuit, haud certe dolo bono, chartae tamen ſincerae minus nocente. Tum enarrat donationem: *quasdam res proprietatis noſtrae i. e. Hamalo nuncupatum ſitum in pago Saxoniae cum omni integritate ſua.* At enim obſcurus Saxoniae pagus; ipſa Saxonia in plures pagos abiit, quorum is, qui Hamelam tenebat, dicendus erat. Deſideratur denique ſubſcriptio, ac nota chronica, de quibus in notatione Schannatus: *Huius inſignis donationis*, inquit, *autographum non ita pridem in Archiuo Fuldenſi adhuc exſtitiſſe ſeruatum is optime nouit, qui apographum hoc uxta illud aliquando confecit et emendauit*, (quem ſiegierum, Archiuarium Fuldenſ. fuiſſe putat Eccardus) *omiſſis tamen, quod maxime interat, notis cronicis.*

Inter

Inter chartas Treuerenſes dubiam aliquam reperiri, paullo ante oſtenſum eſt. *Zylleſius* n. 4 aliam affert ad a. XL. A *Calmeto* in hiſtoria Lothar. T. I p. 295 et 296 eadem bis typis exprimitur, modo a. 790, modo 807 adſcripto. Exhibetur etiam a *Miraeo* T. I p. 130 et *Schatenio* in hiſt. Weſtphal. p. 466, ſed paullum mutata. *Papebrochio* Propylaei n. 42 ſq. digna uiſa eſt, quam pro archetypo ceterorum Carolinorum diplomatum aſſumeret, atque adeo initium eius et clauſulam tab. III depingeret, ſed recte monuit *Mabillon.* de re dipl. L. III c. I § 4, ut ad exemplum ne traheretur iſtud documentum, a formulis Carolinis alienum. Inſolita ſigillatim demonſtrata ſunt §. XLVI ſq. A. XL plura infert incommoda; at, cum facile cum a. XI (§. XVII) potuerit commutari, hic aptior uidetur. Scriptura rudior eſt, quam ut Caroli curia ferre poſſit, et Saxonicae affinis. 6. Treuerenſe.

Pergimus ad bella de diplomatibus quibusdam Weſtphalicis geſta. Propugnabant haec *Schaten.* in hiſtoria Weſtphaliae p. 505, 514 ſqq. *Henr. Turkius* in faſtis Carolinis. *Herm. Stangefol.* in Annal. circuli Weſtphalici L. II p. 90, 91. *Ferdin. Furſtenberg.* in monim. Paderborn p. 295, 296. Aſt hodie fidem eorum nemo aſſerere audeat, eo quod et annalibus et praeſcriptis diplomaticis repugnant. Errores detexerunt *Io. Gryphiander* de Weichbildis Saxon. c. 33. *Io. Iuſt. Winckelmann.* in notitia ueteris Saxo Weſtphaliae et finitimarum regionum L. III c. 5. *Herm. Adolph. Meinders* in theſauro antiquitatum Franc et Saxon. diſſ. 3 et 4 et de ſtatu religionis et reip. ſub Carol. M. et Ludou. P. *Eccard.* in diplom. Caroli M. de Scholis Oſnabrug. et in notis ad Leibnit. de Origine Francorum. *Calvör* in Saxonia infer. antiqua L. II. Primum notetur diploma Verdenſe a. 786, quod *Maderus* editioni *Adami Bremenſis*, ſed, teſte *Baluzio* T. I capit. p. 245, corruptum addidit. Idem ſiſtit *Schaten.* hiſt. Weſtphal. p. 505 et *Lindenbrog.* in ſcriptor. rer. Germ. Septentr. edit Fabric. p. 177. *Schlocpke* in chron. Bardouic. p. 128, idque nonnihil defendere conatur. Notitiam aliquam addit *Sagittar.* in hiſtor. antiquiſſ. urb. Bardewici p. 8 ſq. Incoatur 7. Weſtphalica. Verdenſe.

coatur ita: *In nomine Sanctae et indiuiduae trinitatis. Carolus diuina miseratione ordinante Rex.* Deinde notum fit, quod *Saxones modo tandem aliquando bellorum instantia* uicerit; (uerum nondum uicerat plane) *Terram autem eorum*, inquit Rex, *secundum antiquum Romanorum morem in prouinciam redigentes et in episcopatus certo termino distribuentes* (contra annalium fidem) *quandam aquilonarem illius partem domino nostro IEsu Christo - - obtulimus et in loco Fardium uocato - - ecclesiam et cathedram episcopalem statuimus et Moguntiensis ecclesiae Archiepiscopatui interuentu Lullonis illius metropolis ecclesiae episcopi eam subiecimus.* Postea enarrat traditionem ipsam, eamque firmat. *Vt autem haec confirmationis sententia oblationisque donatio rata et inconuulsa et omni aeuo intransibilis permaneat ex praecepto summi pontificis et uniuersalis papae Adriani, nec non Moguntinensis Archiepiscopi Lullonis et omnium qui inibi aderant, sanctorum pontificum et Catholicorum Sacerdotum et Alcquini insignis praedicatoris rationis consilio supra memoratam Sanctae Dei genitricis ecclesiam cum omnibus appendiciis et donatiuis Suitberto sanctae conuersationis uiro et immortalis memoriae coram Deo et apud homines commisimus.* (uerum non opus erat Pontificis Romani consensu; nec nominati uiri istius aeui aequales uidentur) Tum fines dioeceseos describuntur, quos probat *Eccard.* de reb. Franc. Orient. T. I p. 698, nisi quod a. 786 Carolus usque ad Pene fluuium nondum peruenisset. Accedit clausula: *Et ut haec auctoritas huius donationis et circumscriptionis nostrae in Dei nomine firmiorem et pleniorem obtineat uigorem et nostris et futuris temporibus a fidelibus Christi uerius credatur et diligentius obseruetur, manu propria subscripsimus et sigilli nostri impressione assignari iussimus Signum domini sanctissimi* (al. *inuictissimi*) *Caroli regis Luilo Archiepiscopus Moguntinensis recognoui. Hildebaldus Archiepiscopus Colonienſis et sacri palatii Capellanus recognoui. Amalharius Treuerensis Archiepiscopus recognoui. Data III Kal Iul. anno dominicae incarn. DCCLXXXVI indict. XII anno autem regni Domini Karoli XVIII. Actum Moguntiae feliciter. Amen.* Singularia certe. Hildebaldus adhuc a 794 in Capitular. episcopus Colonienſis uocatur. Factus est Archicapellanus a. 791 post obitum Angilramni episcopi Metensis, atque hac aetate Archicancellarius, non Archicapellanus recognouit chartas, ut reliqua praeteream. In *Papebroch.* propyl. n. 70 Alexandri Wilthemii iudicium exponitur. *Eius rei diploma*, inquit, *ex scriniis Verdensis ecclesiae*

ecclesiae acceptum publicauit concinnator additamentorum ad annales Brouweri. In hoc quoque manifesti errores historici, chronologici aliique occurrunt. Cerae locum tantum annotauit Diplomatis huius editor; monogramma posuit, qualia supra dixi Henricos efformare consueuisse, diuersissimum ab eo quo Carolum usum constat exemplis apud quam plurimos historicos obuiis. Non est igitur autographum Verdense illud diploma, sed addendum ceteris illis uicariis atque substitutis, quibus quoad historias fidem nullam, quoad res ipsas uim omnem suam ad tribunalia relinquimus. et T. III April. Act. SS. p. 804 ipse *Papebroch.* accuratius hoc diploma examinat reiicitque.

8. Bremense.

Diploma fundationis episcopatus Bremensis tradit *Adam. Brem.* c. 9, in principio itidem fallax: *In nomine domini et saluatoris nostri IEsu Christi. Carolus diuina ordinante prouidentia Rex.* Eosdem dehinc errores, quos Verdensis charta, fouet. Iterum fit mentio Adriani P. Lullonis, qui uita iam decesserat, docente *Pag.* T. III Critic. Bar. p. 377, et Willehadi episcopi primi III Id. Iul. consecrati. Subscriptio haec est: *Signum domini Caroli Regis inuictissimi. Hildebaldus Archiepiscopus Colonienses et sacri palatii capellanus recognoui: Data II Id. Iul. anno dom. incarnat. DCCLXXXVIII indict. XII, anno autem regni domini Caroli XXI. actum palatio Nemetensi feliciter amen.* At Carolus a. 787, non 788, Vormatiam adiit; Indictio et annus regis respondent a. 789, quem et substituit *Baluz.* T. I Capit. p. 245 sqq. *Mabill.* in act. SS. ord. S. Bened. in uita S. Willehad. Nominatim repudiat hoc documentum *Mabillon:* de re dipl. L. II c. 3 §. 7. *Pfeffinger.* ad Vitriar. T. I p. 225. *Calvör* in Saxon. infer. L. II p. 233. Approbat *Meyer* de statuis et Colossis Roland. p. m. 23, et *Strauch.* diss. Exot. II §. 8 inde Colonienses munus Archicancellarii patere putat. Initium chartae affert *Wolter* in Chron. Bremens. p. 22. uid. etiam *Adam. Brem.* histor. eccles. L. I c. 32 notis Ottonis Sperlingii illustrata in T. II rer. Germ. *Westphalii* p. 623, *Obseruat. Hallens.* t. X obs. 14.

9. Trutmannianum.

Haud melioris notae charta uidetur, qua Carolus Trutmannum Comitem aduocatum ecclesiarum in Saxonia constituisse dicitur. *Meibomius* in not. ad Witechind. et *Stangefol.* in Annal.

Circuli

Circuli Weſtphal. L. II eam ex Archiuo Tremoniensi depromunt. *Sed illi*, ait *Eccard.* de reb. Franc. orient. T. I p. 736, *qui archiua complura luſtrarunt, ſcient in urbibus antiquiora ſeculo duodecimo diplomata uix reperiri. Ipſe apud Tremonios ſedulus inquiſiui, an de charta hac aliquid ſcirent, qui faſſi ſunt, apud ipſos eam nunquam cognitam fuiſſe.* Initium inſolens: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Carolus diuina ordinante gratia Rex.* Repetuntur formulae, quae in prioribus tabulis tolerari non poterant. Enarrat Imperator: *Quapropter in illa parte Saxoniae Trutmannum uirum illuſtrem ibidem comitem ordinamus, ut reſideat in curte ad campos in mallo publico ad uniuerſorum cauſas audiendas uel recta iudicia terminanda, iisque Aduocatum omnium presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, ſuperque uicarios et Scabinos, quos ſub ſe habet, diligenter inquirat et animaduertat, ut officia ſua ſedulo peragant, tandem idem Comes omnia ſua ſibi ſingulariter a nobis praeſcripta toto conatu et uiribus perficiat, atque ita memoratus noſter Comes Trutmannus bene ingenuus atque ſecurus exiſtat. - - Signum Caroli regis inuictiſſimi. Hildebaldus Archiepiſcopus Coloniensis et ſacri palatii Capellanus recognoui. Data IV Kal. Octobr. anno dom. incarn. DCCLXXXIX. indict. XII, anno autem regni noſtri XXI. actum in uilla Trutmanni fideliter Amen.* Quae ante monuimus, et huc ualeant; nec conſtat, Carolum hoc anno Tremoniam profectum eſſe. Ceterum *I. A. Cruſius* ad hoc diploma ſingularem commentationem opuſculis inſertam edidit, quae tamen rem non ſatis explanat. *Meinders* in uindiciis libertatis antiquae Saxon. demonſtrare conatur, Trutmannum ſignificare uirum fidelem, ideoque nomen pluribus fuiſſe commune, eiusque generis literas uideri encyclicas. uid. eiusd. diſſ. de iudiciis centenariis. Meinders. ſequitur *Kopp.* p. 25 de Comit. et nobil. immed. differ. *Auctor* des Entwurffs einer hiſt. der Pfalz-Grafen zu Sachſen p. 4 Trutmannum primum Comitem palatin. Saxon. habet. *Dithmar.* in not. ad *Teſchenmacher.* Annal. Cliu. p. 245: *quando Carolus*, ait, *in cit. dipl. Trutmannum uirum illuſtrem atque Tremoniam uillam Trutmanni uocat, ſingularem hominem, conditorem iſtius ciuitatis, innuere uidetur, quod tamen non impedit, quo minus formula officii ipſi praeſcripta communis ſit et generalis maneat.* Exhibetur ipſum diploma in Cod. diplomat. annalibus adiuncto p. 38 n. 51. Nec ſilentio tran-

tranſeunda ſunt, quae *Henr. Meibom.* in introduct. ad hiſtoriam Saxon. inferioris p. 26 affert. Ita ſcilicet rem exponit: *Baluzius T. II Capit. p. 1039 cum auus meus id* (diploma) *adhuc ſupereſſe ſcripſerit, dubitat, de authenticone loquatur, an apographo Teſtatus ſane eſt in uindiciis ſuis Billingianis auus meus, ſupereſſe illud adhuc in archiuis inclytae et imperialis Tremoniae in Weſtphalia, ſed an authenticum, an apographum intelligat, quia non addit, aeque ignoro; id tamen celare non poſſum. Deinarum Mullerum Tremonienſem et Cornelium Meuium Eſſendienſem geographicam et hiſtoricam deſcriptionem comitatus et urbis Tremonienſis integro uolumine, patrio ſermone, elaboraſſe (quae penes me eſt MSta) in qua capite 8 diploma illud ipſum recitant, uocantque praeſtans et indubitatum. An illi Tremoniae ex authentico deſcripſerint, neſcio; Auum meum id feciſſe, uix credo, cum alias facturus fuiſſet accuratius et de ſigillo quoque aliquid moniturus. Quod ſi Mullerus et Meuius illud uiderunt, etiam non ſatis deſcripſerunt accurate. Variat nonnihil aui mei a Mulleriano, non tantum in una alteraue parui momenti uoce, ſed etiam in anno dati diplomatis, quem DCCLXXXIX habet, cum auus meus habeat a. DCCLXXXIIX qui utique eſt regni Carolini XXI. Reliqui omnes, qui hoc diploma ediderunt, ab auuo meo id habuerunt, uno fortaſſis Herm. Stangefolio excepto, qui in annalibus Circuli Weſtphalici ante triginta annos editis illud recitat, non nihil diuerſum, annumque habet DCCLXXXIX ut eſt in Mulleriano, quamuis ab eo quoque non nihil uariet et minus correcte, ut totum illud Stangefolii opus, editum ſit.*

Io. Oſnabrugenſe.

Acriorem pugnam concitauit Caroli noſtri diploma de Scholis Oſnabrugenſis eccleſiae graecis et latinis; quod critice expenſum fuit ab A. I. a 1717, in 4. Auctor huius ſcripti uerus eſt *Io. Georg. Eccardus.* Hic claſſicum cecinit, ac deinceps criticum opuſculum a. 1719 patrio ſermone, paullo auctius, diuulgauit ſub inſcriptione: *Gründliche Unterſuchung eines alten Caroliniſchen Schenck-Briefes, in welchem der Griechiſchen und Lateiniſchen Schule zu Oſnabruck gedacht iſt. Es werden zugleich der Urſprung der Oſnabruckiſchen und anderer Sächſiſchen Kirchen der erſtern alten Guter und vornehmſten Reliquien ihre erſte Biſchoffe, das Leben der alten Canonicorum und ſonſt allerley zu Beurtheilung verjährter Briefe haſten dienliche Sachen in der Kürze erörtert durch einen Liebhaber der Warheit.* Exhibuit chartam ex *Furſtenbergii* monimentis Paderborn. cum uariis Erdmanni et Cranzii lectionibus, quam nos reddimus in

appendice. Quis uero non uideat, quantum haec a ſinceris Caroli codicillis recedat? Quinque et uiginti uitia notauit *Eccardus*, quorum quaedam, ni fallimur, tanti momenti non uiderentur, ſi ſola adeſſent. Sic ferre nequit, quod, non adhibita litera C, nomen *Karoli ; Langabardorum*, non *Langobardorum ; Oſnabrugk*, non *Aſnabrugge;* XIII Kal. Ian. ex alio ficto diplomate ſcripſerit fabricator ; quod annum indictionis omiſerit ; quod in promulgatione diſtincte locutus ſit : *eccleſiae fidelibus noſtrisque.* uid. tamen §. L. At magis peregrina eſt formula inuocandi diuini numinis (XLVI) Titulus haud tolerandus (§. XLVII) Dicitur Imperator Conſtantinopolitanus *Rex Graecorum*, contra morem. *Amalbertus* recognouit chartas Caroli craſſi, non Magni. Verba: *collaudatione illius regionis potentum* cum hac aetate non congruunt, ſicuti et alia Ottonum aeuo adſcribenda ſunt ; alia annalibus repugnant aperte. Eccleſia namque Oſnabrugenſis poſt annum 803, urbs uero ſerius poſt Wihonis obitum fundata. Corpora S. Criſpini et Criſpiniani aut numquam, aut certe a Carolo M. non ſunt translata Oſnabrugam. Scholae graecae et latinae hoc tempore inſtitutae non ſunt, antea multo minus. Monogramma *Eccardus* ideo in ſuſpicionem uocat, quod literam K refert ; nimirum ſibi perſuaſum habet, Carolum M. nomen ſemper et ubique litera C expreſſiſſe, quod euidentius nobis probandum uidetur. Sigillum integris aliis haud diſſimile eſſe, §. LXIIII diximus. Contra criſin Eccardi in lucem prodiit *Iodoci Hermanni Nunninghii uindicata ueritas diplomatis Caroli M. Imp. glorioſiſſimi de ſcholis Oſnabrugenſis eccleſiae graecis et latinis a. DCCCIV conceſſi ac nuper abs anonymo critice expenſi. Monaſterii Weſtphalorum* 1720. 4. Huic uero ab *Eccardo* opponebatur : *cenſura diplomatis Carolini de ſcholis Oſnabrugenſis eccleſiae graecis et latinis ab obiectionibus Iodoci Hermanni Nunninghii Canonici et Scholaſtici Verdenſis uindicata. Helmſtadi* 1721, 4. *Nunninghius* opem a diplomatibus haud bonae notae petierat ; hinc Eccardus hac eadem opera falſum monſtrauit diploma Trutmanno datum §. 5, Werthinenſe a. 802 §. 11, Neuſtadienſe a. 794 §. 20, Oſnabrugenſe a. 803 §. 25 et in ſcripto Germanico ante dicto, Aquisgranenſe inſertum diplomati Friderici I §. 57, Sithiuenſe a. 788 §. 61. Dubia, interpolata aut mutila oſtendit diplo-

diplomata tria ap. *Hedam* §. 19, renouati teſtamenti Abbonis §. 25. Ante quam Eccardus hanc cenſuram parauerat, ephemerides Hallenſes, quibus titulus: *abgeſonderte Bibliotheck oder zulängliche Nachrichten und unpartheyiſche Gutachten von einigen mehrentheils neuen Büchern in dem ſechſten Stuck n. II p.* 472 - 528 ſcriptum prius refutando recenſuerunt; quod, cum Eccardo diſplicuiſſet, eodem anno 1721 edidit: *Verthädigung der Widerlegung des Caroliniſchen Schenck-Briefes, welcher dem Oſnabruckiſchen Biſchoff Wiboni im Jahr* 804 *den* 20 *Decembr. zu Aachen gegeben ſeyn ſoll, gegen den Herrn abgeſonderten Bibliothecarium zu Halle, deſſen recenſion und Einwürffe man beſſerer Beurtheilung wegen beygefüget.* Hic, iterum occaſione arrepta, falſi poſtulauit diploma Caroli M. a. 773 ap. *Browerum* p. 127, Strasburgenſe ap. *Schilterum* p. 136, Campidonenſe p. 162, Bremenſe et Verdenſe p. 144; itemque aliud a. 803 uel 808 ap. *Schonleben.* in Carniolae rebus p. 136. Ludouici P. a. 835 ap. *Marcam* p. 130, Halberſtadienſe p. 140, Ottonis M. Romanum a. 962 p. 132. Dubia declarauit eſſe tria Caroli M. Cenomanenſia p 140. Eodem anno, quo aduerſus duos dimicauit *Eccardus*, ſurrexit nouus aduerſarius ſub hoc ſigno: *C.H.* (h. e. *Chlodouei uel Ludouici Henſeleri*) *diſſertatio critico-hiſtorica de diplomate Caroli M dato eccleſiae Oſnabrugenſi pro ſcholis graecis et latinis, qua diploma iſtud authenticum et genuinum eſſe oſtenditur atque contra obiectiones recentioris cuiusdam critici A. I. defenditur. Accedunt uaria imperatorum ac regum diplomata eccleſiae Oſnabrugenſi conceſſa. Monaſterii Weſtphaliae* 1721. Vehementius ſine dubio hunc repreſſiſſet *Eccardus*, prout nos annotationes, Henſeleri diſſertationi adſcriptae, quas *Baring.* in claue diplomat. in c. de ſcriptor. rei dipl. p. 13 diuulgauit, docent, niſi mutatis ſacris conſultius duxiſſet, fluctus componi. Quam ob rem Nunningium non niſi ueritatem ſcripſiſſe faſſus eſt *Eccardus*; publice tamen ſententiam ſuam non reuocauit. uid. epiſtolas, quas *Senckenberg.* in prodromo iuris feudalis p. 17 exhibet. Ceterum tabulas has ingenuas putauit *Schurzfleiſch.* in diſſ. qua commentationes inuitam Alberti animoſi illuſtrantur, p. 144.

11. Alterum Osnabrugense.

Aliam ecclesia Osnabrug. chartam, inter monimenta Paderbornensia obuiam, iactat, cuius quidem initia sana, sed pergit: *qualiter donamus - - ubi praecst uir uenerabilis Wibo episcopus omne regale uel seculare iudicium super suos seruos et liddones et liberos Malmann et mundman et omnes utriusque sexus homines eidem ecclesiae pertinentes - - Signum Caroli piissimi ac serenissimi Imperatoris. Iacob ad uicem Radoni. Data XIIII Kal Ian. a. III Christo propitio imperii nostri et XXXVI regni nostri in Francia atque XXX in Italia Ind XI. Actum Aquis pal. publ. i. d. n. f. a.* Iisdem fere, quibus prius, hoc premitur diploma difficultatibus, ac sequentis aetatis formulas anticipat; quocirca *Eccardus* et alii istud explosis appossuerunt.

12. Wirceburgensia.

Progrediamur ad alia. *Crusius* Annal. Sueu. P. II L. I p. 22 tradit chartam episcopo Wirceburgensi concessam, quam ex Germanico *Widemanni* libro se conuertisse ait, atque ipse difficultates animaduertit. Haec uero tabulae facies: *Carolus diuina gratia Rex Francorum et Langobardorum et patricius Romanorum, - - Petiit a nostra excellentia instantibus chara nostra coniuge Fastrada reuerendoque Mogunt. ecclesiae Archiepiscopo Bonifacio* (iamdudum obierat) *reuerendus Wirceburgensis episcopus Burcharáus, ut quaedam dilecti patris nostri Pipini inclyti regis loca sibi propria traderemus uidelicet Neustadium, Hobenburgum et alias cellas Amerbachum, Schluchternam et Murrhartum et sedem ciuitatis Wirceburgensis ad reliquias laudati martyris Chiliani. - Confirmamus haec testibus Zacharia Papa uenerando et Archiepiscopo Bonifacio in perpetuum sigillo nostro roborantes. Datum mense Octobri XX anno nostro regni X anno Italici.* At nec Zacharias nec Burchardus amplius in uiuis erant. *Tenzel* c. l. in append. III n. V idem diploma repetit reiicitque, pariter et *Eccard.* rer. Franc. T. I p. 707, qui quidem e chartulario Wirceburg. exemplum edit ad formulas Carolinas accomodatius, et ab Erconbaldo ad uicem Radoni recognitum; sed iisdem uitiis refertum. Falsum itidem habetur a *Groppio* in hist. monast. Amorbac. p. 14.

13. Idem *Eccard.* c. l. p. 705 et 708 duo alia falsi damnat diplomata, quae, sicuti praecedens, Neustadiensia appellantur. Alterum oculis obiicitur in appendice II antiquitat. Poeldens. *Leukfeld.* p. 241, his auspiciis: *In nomine Dei omnipotentis, patris filii et spiri-*

ſpiritus ſancti, Carolus ſuperna fauente clementia Francorum Rex. Commemorat fuſius initium huius monaſterii, quod uocatur Rorenlacha ſiue Neuenſtad; *quodque conſtruximus*, inquit, *in ſilua Spesbart - - ubi nos primitus ob iucunditatem uitae atque dulcedinem uenatui noſtro ſpeciale diuerſorium elegimus - ut illic poſtmodum diuino cultui condignum oratorium haberetur - monachis etiam Magnigaudium* (Megingaudum) *rogante dilectiſſima genitrice noſtra Bertrada* (iam erat mortua) *praetulimus - - eccleſiam in honorem Saluatoris noſtri et S Mariae matris eius per Lullum Archiepiſcopum in praeſentia noſtri XI Kal. Sept. conſecrari iuſſimus.* At locus Neuenſtad ab Hattone quodam donatus eſt Megingaudo; hic, non Carolus, monaſterium conſtruxit. Vna ſubſcriptio reliqua labefactat: *Sign. domini Caroli regis glorioſiſſimi. Williſarius Cancellarius ad uicem Lulli Archicappellani rec. Data menſe Maii anno ab inc. dom. DCCXCIV indictione II anno regni Caroli Regis in Francia XVIII et in Italia XII. Actum Aquisgrani regio palatio feliciter amen.* Nec Williſarius, nec Lullus umquam recognouere. Numeri regni innuunt a. 786, quo Carolus Aquisgrani non fuit.

Quod ad alterum Neuſtadienſe monimentum attinet, repe- 14.
rias id apud eumdem *Leukfeld.* c. l. p. 243 et in chartulario quodam Wirceburg. Vel initium prodit labem: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Carolus ſuperna fauente clementia Rex Francorum et Longobardorum ac Patritius Romanorum.* Praeludit inuſitata: *Sapientia Dei ſanctam eccleſiam duobus gladiis munitam atque tutam eſſe uoluit gladio ſcil. ſpirituali atque materiali - - - qualiter eccleſia per nos conſtructa Neuenſtad a ſorore noſtra Gertrude* (ſoror non fuit Caroli M. forte filia Carolomanni *Eccard.* c. l. p. 631.) *optimis uillis et plurima familia ſit dotata.* Poſtea oſtenditur, quae ſeruitia, qui cenſus exſoluendi ſint uel denariis redimendi. In fine legitur: *Acta ſunt haec anno dominicae incarn. DCCCXII Indict. V anno regni* (potius imperii) *noſtri XIII. Sign. Dom. Caroli Regis glorioſiſſimi. Acta ſunt haec in eccleſia Nuweſtatenſi feliciter amen.* Annum 812 Carolus Aquis tranſegit.

Anno 802 Carolus monaſterio Werthinenſi Lothuſam do- 15.
naſſe perhibetur, teſtante charta apud *Schaten.* hiſt. Weſtphal. Werthinenſe.
p. 601, quam uero ſua ipſius indicia falſam declarant. Haec ſunt primordia: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Carolus diuina*

donante clementia Imperator Augustus. Nec consistit enarratio: *qualiter beatae memoriae Liudgerus Mimigernefordensis episcopus postulauerit celsitudinem nostram etc.* Singulari ratione Ludgerus beatae memoriae uiuus dicitur; neque is hoc anno iam episcopus factus uidetur. Finitur tabula: *Sign. domini Karoli serenissimi Imperatoris Augusti. Hildigrimus Notarius ad uicem Algwini Archicapellani recognoui. Data VI Kal. Maii anno incarn. dom. DCCCII, anno autem regni eius XXXIIII et in Italia XXXII Imperii uero II. Indict. X. Actum Wormatia in Dei nomine feliciter amen.* Nec Hildigrimus Notarius fuit, nec Alcuinus Archicapellanus, nec Archicapellanus recognouit, ut omittam cetera *Bollando* iam hoc diploma non probatum fuit, frustra refragante Schatenio. Idem exhibet *Bucelin.* in Germania sacra et profana P. II p. 307, cum monogrammate haud reiiciendo.

16. Helmonstedense. Vix integrior est charta eodem anno et die monasterio Helmonstede concessa, quam porrigit *Lezener.* in histor. Caroli M. apud *Rethmeyer.* in Chron. Brunsuic. p. 150, et *Bucelin.* c. l. Satis erit inspexisse principium et subscriptionem: *In nomine sanctae et individuae trinitatis. Carolus Dei gratia Rex. Signum dom. Caroli serenissimi regis. Audolff Cancellarius ad uicem Brunonis Archicapellani recognouit. Data VI Kal. Maias anno incarn. DCCCII Caroli uero Regis serenissimi eius imperii II. Actum in Selingenstadt feliciter Amen.* Ex superioribus intelligi poterit, quae hic moneri oporteat. *Auctor quinquertii Cameralis* qu. V haec duo diplomata a diuersis Cancellariis recognita ueritati conciliare uidetur.

17. Reichenauiense. Coenobium Reichenauiense in ciuitatem Vlmae sibi iura quaedam arrogasse, haud obscurum est. Nitebatur diplomate Carolino a. 813, sed uitiis inquinato. Ante oculos id proposuere *Naucler.* Chron. Vol. II generat. 27 p. 698, *Crusius* in Annal. Sueu. L. I P. II c. 7 ex *Nauclero. Magerus* de aduocatia armata c. V n. 430, sibique id probasse uidetur *Besold.* de iure foederum c. V n. 8. Diplomatis huius historiam aliquam exposuit *Felix Faber* L. II histor. Sueu. c. 2. Nothian monstrarunt *Conring.* in censura Diplom. Lindau. p. 306. *Tenzel.* in histor. uindic. Append. III n. 1. *Paullini* de aduocat. monast. §. 8. Incipit: *In nomine*

nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Carolus diuina fauente gratia Imp. Aug. - - - qualiter Vlmam noſtram regalem uillam ad monaſterium, quod conſtructum eſt in inſula, quae in Alemanniae partibus ſita Sintleobeſuna nuncupatur - - tradimus atque transfundimus. Veri minus eſt ſimile, Carolum uillas regales monachis donaſſe, cum praeſertim conſtet, Vlmam adhuc ſub Ludouico pio et Germanico uillam regalem fuiſſe. Aduocatorum iura nimis ſolicite determinantur, perinde ac in Ottenburano. *Tenzel* uocem *Balmond* genuinis Caroli documentis conuenire, dubitat. Sub finem legitur: *Et ut hoc ſcriptum noſtrum atque decretum ab omnibus firmius obſeruetur et obnixius annuli noſtri ſigno ſigillique impreſſione, firmari iuſſimus. Dat. anno ſalutis* 813. Errores manifeſti. Monachi tamen tanti iura ſua fecerunt, ut ciuitas Vlmenſis aliquoties litem pecunia redimere neceſſe habuerit. *Moſer.* Staatsrecht des Hochſtiffts Conſtanz und der Abtey Reichenau p. 146.

18. Aquisgranenſe.

Aquisgranenſes iactant uetuſtum Caroli priuilegium, quod Fridericus I et II Imp. confirmarunt; ſed iam denudatum eſt a *Gryphiandro* de Weichbild. *Heidero* in act. Lindau. p. 871 *Ludewvigio* in diſſ. de Noriberga inſignium imperial. tutelari. C. V §. 3. In utramque partem diſputatum in controuerſia de iure coronandi regis Romani, olim inter electorem Colonienſem et Moguntinum agitata. *Conringius*, qui a partibus Moguntini ſteterat, illud reiecit in aſſertione iuris Moguntini, et in reliquis ſuis ſcriptis ad hanc rem pertinentibus. Occurrit ap. *Goldaſt.* T. II Conſtit. Imp. p. 7, *Heiſſ.* hiſtoire de l' empire T. III p 377, *Nopp.* in der Aacher Chronick L. III p. 1. Defenditur a *Turck.* in faſtis Carolin ad a. 805. Illud protulerunt etiam Aquenſes in lite Noribergenſibus de tutela inſignium imperii mota. uid. *Fabri* Staats-Canzley T. XX p. 471 Pro exploſo id quoque habet *Moſer* im Staatsrecht der Reichs-Stadt Aachen. *Maſcou.* de regal. imperialique Aug. Germ. coron. c. 2 §. 10. Suo ſe prodit uitio. Initium inauditum: *Ego Carolus qui Deo fauente curam regni gero et Romanorum Imperator exiſto, conſilio principum regni noſtri, epiſcoporum, ducum, Marchionum ac Comitum, rogatu uero tam liberorum quam ſeruorum in plurimo generali conuentu in diuerſis locis regni noſtri habito, diſcuſſi*

Digitized by Google

ſcuſſi prout iuſtius ac melius cunctis uidebatur. Enarrat dein copioſe aliena prorſus, inuſitato ſtilo. Deſideratur praeterea ſubſcriptio, dies et locus.

19. Sithienſe, quod tamen haud aſpernabile uidetur.

Num *Eccardus* in cenſura diplomatis Carolini § 61 iure ſuo chartam Sithienſem in litem deduxerit, non omnium idem erit iudicium. Pro uocibus: *Karolus Dei gratia* ſcriptum uult: *Carolus gratia Dei*. Vrget omiſſam ſubſcriptionem recognitorum, omiſſum annum regni Italici; neque Carolum die, quo data dicitur, apud Sithienſes fuiſſe arbitratur. *Mabillonius* hanc chartam tamquam ingenuam profert in re dipl. p. 611.

20. Frificum.

Quantam in diſceptationem diploma, quod de Friſiorum libertate circumfertur, uocatum fuerit, ſatis notum eſt, licet uel primo obtutu nemini detegantur. Quem non abſterreat *ſemper Auguſtus, ducatus Saxoniae, quem Ludgerus iure feudali ab imperio tenebat; tributum ex conſilio et conſenſu principum imperii remiſſum, quod ab Auguſto Caeſare Friſiis conſtitutum et ad id usque tempus ab iis quotannis Imperatoribus ſolutum auri marcarum XX; confirmatio Gregorii Papae;* inter teſtes Wenceslaus Bohemiae Rex aliique aliquot poſt ſaeculis nati. *Ubbo Emmius* hiſtor. rer. Friſic. p. 71 ingenue ſatis: *conſectae et ſignatae hac de re tabulae, quae temporis et bellorum, quae mox ſecuta ſunt, iniuria interiere. Quarum loco ab ineptis et rerum imperitis hominibus conſarcinatae, aliae ſubſtitutae ſunt, quae uulgo circumferuntur, riſumque legentibus antiquitatum non ignaris praebent. In quibus, ſi quid ex uero inſit, ad Henricorum Imp. tempora id ipſum pertinere uidetur.* Nugas uero haſce calculo ſuo probarunt *Cornel. Kempius* de origine, ſitu, qualitate et quantitate Friſiae L. III c. 20. *Martin. Hamcon.* de uiris rebusque Friſiae illuſtribus L I p. 36 *Suffridus Petri* de Friſiorum antiquitate et origine L. III c. 5, et in apologia pro antiquitate et origine Friſiorum cum *Furmerii* peroratione contra *Emmium*. *Bernard. Furmer.* in Annal Friſ. ab *Emmio* opponebatur: perſpicua et ſolida ueritatis aſſertio de origine atque antiquitatibus Friſiorum contra *Suffridi Petri* et *Bernardi Furmerii* fabulas et criminationes, in qua p. 33 ſq ſpurium diploma accuratius denudat. Accedunt illi *Gryphiander* de Weichbild. c. 35 n. 17 et 18. *Heider* in act. Lindau. p. 870. Exhibetur hoc diploma

lingua

lingua patria in *Eggerics Beninga* historie van Ostfriesl. in T. IV *Antonii Matthaei* ueteris aeui analect. p. 78. Latine in *Hermanni Corneri* Chronico p. 434 sq. hac subiuncta annotatione: *Hanc autem bullam an Karolus Magnus ipsis Frisonibus contulerit, mihi dubium ualidum est, cum suis temporibus Saxonia ducem non habuerit talis nominis, nec Saxonia in tantum contra ipsum Karolum praeualuerit, ut Frisonibus indigeret ad ipsius subiugationem, ut clare patet Chronicas perlegentibus.*

21. Dubletiana

Mabillon. de re dipl. p. 72 interpolata aut falsa declarat diplomata apud *Dubletum* tria, unum p. 722: *In nomine Dei summi etc.* ubi fit mentio de Lotharingiae duce; alia duo p. 725 et 727, quorum falsitas uel ex subscriptionibus perspicua est.

22. Casaenouae.

Eidem p. 194 mendosum uidetur diploma Carolo M. tributum apud *Casamnouam* in Francalleu de Languedoc p. 298 non solum ob exordium: *In nomine patris et filii et spiritus sancti Carolus serenissimus gratia Dei Rex*, sed etiam ob notam chronologicam anno XXV regni nostri, nulla regni Langobardici mentione facta.

23. Psalmodiense.

Mabillon. T. II Ann. Bened. p. 302 n. 15 inducit literas Kal. Iul. a. XXIII datas, quibus monasterium Psalmodiense in Septimania instauratur; sed uitiosissimae iudicantur.

24. Monast. B. Mariae de Organo.

Id. c. l. p. 373 n. 41 diploma monasterio B. Mariae de Organo pro consequenda immunitate teloneorum traditum in *Vghell.* T. V p. 704 stilum Carolinum sapere negat; si sincerum habeatur, potius Carolo Crasso tribuendum esse. Tales sunt formulae: *In nomine Domini nostri IEsu Christi, Domini Dei aeterni, imperante D Carolo Magno imp a. 4 de mense Nouembr. indict. 13 feliciter.* De ipso chartae argumento supra passim diximus. Finitur ita: *Et ut uerius credatur, seu ab omnibus inuiolabiliter obseruetur, anulo nostro subter sigillauimus. Signum.* (adest monogramma.)

25. Monast. trium fontium.

Pluribus incongruens uidetur documentum, quod Abbatiae trium fontium in *Vghell.* T. I p. 50 et *Margarin.* T. II bull. Casin. p. 20 datum, insueta loquitur: *In nomine domini Dei Saluatoris nostri Christi Leo episcopus seruus seruorum Dei et Carolus magnus et pius* (magnificus et praesens. Margarin.) *Rex - - - hoc die nullo*

prohibente nec contradicente, ſed propria noſtra uoluntate concedimus, tradimus et per paginam aeream exauratam (exaratam *Margar.*) *in perpetuum donamus tibi, beate Martyr Chriſti Anaſtaſi.* Grauis exſecratio inſeritur, ac poena quinquaginta librarum auri puriſſimi dictatur. *Actum eſt hoc et traditum a. dominic. octingent quinto ind. XIII et domini Leonis ſummi Papae tertii a. X et domini Caroli Imperatoris a. V. Ego Leo epiſcopus Rom. eccl̄ae ſubſcripſi. Ego Carolus Imp. Aug. ſubſcripſi* (ſubſcripſerunt et alii epiſcopi) *et ego Hugo Dux Luxouienſis ſubſc. alias Lugdu. Anaſtaſius Scriniarius S. R. E. de mandato Domini Leonis papae Tertii et D. Caroli magni et pii regis hanc paginam aeream exauratam compleui et abſolui.* Denegant ſuffragia *Mabill.* de re dipl. L. I c. 8 §. 15. *Hahn.* in hiſtor. Imp. Romano-Germ. §. I huius imperat. uid §. X, 2 ſupra.

26. Aretinum. *Vghell.* T. I Ital. Sacr. p. 412 producit documentum Ariberto epiſc. Aretin. exaratum, quo ſententiam *ſanctiſſimi ac reuerendiſſimi D. et in Chriſto patris Leonis ſummi pontificis et uniuerſalis Papae* ea, quae eccleſia Senenſis Aretinae detraxerat, reddentis, firmat. Initio iam halucinatur: *Karolus gratia Dei Rex Francor et Romanorum et Langobardorum.* Romanorum enim perperam fit indicum. alloquitur: *Notum ſit omnibus epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Guaſtaldis ſeu reliquis Tronariis et cunctis fidelibus noſtris.* At qui fuerint Tronarii, obſcurum; cum Vicariis aut alio uocabulo forte commutandi. In fine offendunt plurima: *Signum Karoli magni imperatoris. Data IV Non. Mart. 33 et 34 a. imperii noſtri. Actum Romae in eccleſia ſancti Petri principis Apoſtolorum, ubi ipſe in corpore requieſcit.* conf. *Murator.* T. I antiqu t. Ital. p. 122.

27. Aſculanum. *Id.* c. l. p. 440 chartam tradit ex *Antonelli* hiſt. Aſcul qua Ludigarius comes Aſculanus epiſcopo Aſculano nonnulla donauit, quamque Carolus confirmauit; Sed ipſi *Vghello* ſuſpecta et barbara uidetur. Ita ſe habet: *In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Regnante D. Carolo et Pipino filio eius excellentiſſimis Regibus Francorum et Longobardorum et patricius ſeu Romanorum regnorum in Chriſti nomine in Italia, Deo propitio, uigeſimo ſexto et octauo decimo iisdemque temporibus uiro gloriaſiſſimo Vuigiſo ſummo Duce anno feliciſſimo Ducatus eius VIII ſeu Ludigari comit. ciuit. Aſculan menſe Iunii die 2 indic, 6 ideo conſtat, quod ego Ludigarus comes ciuitatis Aſculanae*

dono

dono -- omnia iſta ſupra ſcripta terra cum pomis et arboribus ſuis et cum uineis et oliuetis, cannetis, ſalcetis, cum ripis, riuis, cultis et incultis, ſeruis, ancillis, cartulatis, praeſtandatiis, liberis hominibus et omnia ſuper ſe habentem in integrum -- Cartula iſta in ſua permaneat firmitate. Actum in Aſculo in loco, qui dicitur Carruſa anno ab incarn. dom. noſtri IEſu Chriſti octocenti ſeptuaginta quatuor. quae uero charta iſta donationis ſcripſi ego Elmericus notarius ex rogo Ludigari comes, qui me ſcribere rogauit. Ego Ludegari comes in hac charta a me facta propria manu mea ſignum ſanctae crucis feci † Ego Karolus Imperator hanc cartulam a me laudatam et confirmatam de regno Ludigari comes ſignum crucis feci † Ego Pipin patricius Roman. Imperator ſignum crucis feci † Ego Vinigiſus dux et marchio ex rogo Ludigari comes teſtis ſum rogatus *ſignum crucis feci* † alii teſtes. Vt numeros inter ſe diſſentientes componat *Vghellus*, ſupponit indict. VII et annum Chriſti 799. Ita aliquo modo ad Carolum M. tabulae referri poſſent; ſed Murator. T. I p. 267 eas ad fictas amandat. Fert aegre, quod Pipinus patricius Roman. dicatur, quod Carolus et Pipinus alienae donationi ſubſcripſerint, quod Winigiſus etiam marchio uocetur etc.

28. Mediolanenſe.

Id. T. IV p. 70. Epiſcopo Mediolanenſi Petro admodum largum ſe praebet Carolus, ſed inſueto ſtilo curiae: *In nomine ſanctiſſimae et indiuiduae trinitatis. Carolus diuino nutu coronatus, Romanum regens imperium ac per miſericordiam Dei Rex Francorum et Longobardorum ſereniſſimus, catholicus, pacificus, auguſtus omnibus comitibus, Caſtaldiis ſeu cunctis reipublicae per prouinciam Italiae noſtra manſuetudine praepoſitis ſempiternam in domino ſalutem --- concedimus et ſucceſſoribus eius legitime intrantibus, quidquid ad noſtram iurisdictionem pertinere in urbe Mediolani uidetur, terras ſcil. atque omnem diſtrictum, domos publicas murumque ipſius urbis cum fiſco et teloneo integro et cum omni iure ciuili, intus et foris in circuitu usque ad fines, cortes etiam ipſius ciuitatis ac ciuitatem propriam, caſtella, uillas, manſes, ſeruos et ancillas, criminos et criminas, domos, poſſeſſiones, piſcationes, campos, montes, ſiluas, aquas aquarumque decurſus et paludes habitas et poſſeſſas a praedeceſſoribus eius Archiepiſcopi ante perfidiam et tyrannidem regum Longobardorum -- fiſcalia comitilia aut uice comitilia, quae poſita ſunt, aut conſtructa in comitatu Mediolani -- poteſtatem illic habeant per ſe aut per miſſos ſuos iudicandi, diſtringendi, placitum tenendi, iura ligandi, iura ſoluendi -- quod ut uerius credant et diligentius obſeruetur, manu*

propria roborantes, annuli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri et conualidari. D. Dertonae Kal. Maii a. incarn. D. N. IEſu Chriſti DCCCIX indict. 3 imperii autem noſtri a. IX regnorum uero noſtrorum XXXXII. Longinus Cancellarius ad uicem Odonis epiſcopi et archicancellarii Domini noſtri Caroli magni et inuictiſſimi Imperatoris ſemper Auguſti rogatus et ſubſcripſi.

29. Nouali-cenſe. Vitioſiſſimum dicit diploma *Mabillon.* de re dipl. L. II c. III §. 7, quod abbati Noualicenſi conceſſum affertur ab *Vghello* in Ital. Sacr. T. IV p. 1023, ſub hoc exordio: *In nomine ſanctae et individuae trinitatis. Ego Carolus magnus diuina illuſtrante clementia honore regni et Romanorum patritius praedignus. Conſilio Domni Apoſtolici pro Dei amore et remedio illuſtriſſimi patris et matris noſtrae ac propter petitionem Donni conſanguinei noſtri Frodini Noualicenſis Abbatis et Hugonis filii noſtri eiusdem coenobii monachi, ipſi monaſterio - - omnes terras, proprietates; unde donnus Albo patritius eam eccleſiam duauerat - - confirmamus.* Enumeratis fundis, monaſterium ſuae ipſius poteſtati tantum uult ſubiectum eſſe. Transgreſſores componant auri optimi libras mille, camerae Imperatoris et coenobio aequis partibus pendendas. Chartam *ſigillo* ſuo ſignari iuſſit. Subſcriptio peregrina: *Signum † Caroli magni glorioſiſſimi Regis. Ego Mandanarius Caroli magni notarius cognoui et ſcripſi Sign. Euaſini epiſcopi Aſtenſis. Ego Conradus Cancellarius cognoui et SS Sign. Henrici Archiepiſcopi Sign. Vgonis Epiſcopi. Claudius epiſcopus Taurinenſis cognoui et SS. Ego Remoardus Comes cognoui et SS. Sign. Glarinti Archiepiſcopi Ego Riſpardus comes cognoui et SS. Ego Arthimerius comes cognoui. Roſo comes cognoui. Datum in Ticini Palatio.* Quorſum tot ſubſcribentes? Siquid ueri ineſt in hoc negotio, certe ex hoc diplomate demonſtrari nequit.

30. Concordienſe. In *Vghell.* T. V p. 326 praeceptum eccleſiae Concordienſi impertitum ſine nota dimittere non poſſumus *In nomine ſanctae et individuae trinitatis. Carolus, diuina fauente clementia Rex Francorum et patritius Romanorum - - - interuentu Radigeri fidelis noſtri nos recipimus Petrum S. Concordien. eccleſiae epiſcopum ſub noſtri defenſione et tutamine mundiburdii - - concedimus parochias cum omnibus plebibus et decimationibus illorum locorum quae in infra ſcriptis claudunter finibus - - donamus etiam omne fodrum et exactionem et angariam et omnem publicam functionem praefato Petro epiſcopo eiusque ſucceſſoribus de tota ipſo epiſcopatu, ut nullus det foderum neque collectam, neque aliquam datio-*

dationem, nec ipſe, nec ſuus colonus, nec aliqui in pertinentiis ipſius epiſcopatus commorantes uel laborantes - - Etrambaldus Cancellarius ad uic - - - epiſcopi Archicancellarii recognouit. a. XXXIV Franc. regni et dom. incarn. DCCCII. Datum pridie Non. Aprilis. Actum Francofurti a. XXIX regni.

Margarinus T. II Bullar Caſinenſ. conſtitutionem Caroli M. pro mon S. Petri de monte Pingueli in medium protulit n. 23, quam *Murator.* t. I antiq. p. 932 fictam putat. Incoatur: *In nomine S. et indiuiduae trinitatis. Diuina fauente elementia Carolus magnus imperator auguſtus.* Clauditur: *manu noſtra ſubtus firmauimus et ſigillo noſtro affigi praecepimus. Signum Domini Caroli inuictiſſ. Imperatoris Aug. ſcripta ac fideliter Notario tradita per manus - - VIII Cal April. anno ab inc. dom. I. Ch 802 ind. X.* dictat mulctam *Camerae* pendendam. Ad Caroli Craſſi ſtilum propior accedit. 31. Mon. S. Petri de monte Pingueli.

In *Chronico Vulturnenſi* p. 349 P. II T. I rer. Italic. quod occurrit diploma, itidem explodit *Murator.* c. l. p. 934. Editum uidetur a. 776, Carolumque appellat Regem Franc. et Langob. ac Patric. Roman. at nihilominus *praeceptum imperiale* uocatur, iterumque Camerae mentio iniicitur. Stilus diffuſus nimium et curiae Caroli minus conuenit Finitur his uerbis: *Actum anno incarnat. dom. DCCXV ind. XIV. Sign. Iacob - - ad uicem Radonis. Data VIII Kal. Ian.* Ib. p. 360 ſq duo alia diplomata huius Imperatoris exhibentur, quae ſimul atque adſpexeris, damnabis. 32. Vulturnenſia. 33.

In *Mabill.* Act. S. ord. S. Bened. Saec. III p. II p. 239 exhibetur etiam huius generis charta. Dabimus quaedam anomala: *In nomine Domini Dei noſtri IEſu Chriſti. Carolus diuina ordinante clementia Francorum Rex - - quia uir uenerabilis Autpertus, orator noſter, abbas S. Vincentii Leuitae et martyris Chriſti exoranit noſtram clementiam - - manu propria ſubter ſcripſimus et anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. S. dom. Caroli Sereniſſ. reg. D. XII Kal. Maii XIII Indict. a. dom. incarn. 775.* 34.

Muratorius ipſe T. III antiquitat. Ital. p 85 reddit chartam iam ab *Vghell.* T. II p. 245 datam, qua priuilegia epiſcopi Regienſis confirmantur. *Mabillon.* in Annal. Benedict. eam legitimam habuit ad a. 781, ſaltim legitimae admodum ſimilis uidetur. At *Muratorium* offendunt *Longobardi*, quos *Langobardos* dici 35. Regienſe.

oportebat, ex more diplomatum Caroli M. Formula: *id nobis ad Auguſtalis excellentiae culmen proficere credimus*, non Regi, ſed Imperatori conuenit. Sub finem legimus: *manus noſtrae ſubſcriptione ſupter annotauimus, anuloque noſtro ſigillare iuſſimus. Sign. Caroli glorioſiſſimi regis. Gilibertus ad uicem Radonis recognoui. Data in menſe Iunio die cCt uo in anno tertio decimo et ſeptimo, indictione decima* (decurrebat uero quarta) *Act. Papia ciuitate in Dei nomine feliciter amen.* Conſpicitur adhuc ſigillum, quod et nos exhibemus, effigiem Caroli referens cum inſcriptione: † XPE PROTEGE CAROLVM REGE FRANCOR. Verum ex modo, quo ſigillum hoc cereum appoſitum eſt, malum omen cepit *Murator. Nimirum in poſtica parte*, inquit, *minime repercuſſa ac dilatata erat cera, ſed ea ratione in ſciſſuram pergamenae immiſſa, ut inde nullo negotio educi poſſet, ſuoque ex loco facile elaberetur, niſi circulo ligneo comprehenſa, filo etiam adhibito, in charta confirmata fuiſſet. Id mihi ſuſpicionem ingeſſit, germanum ſigillum aliunde ſumtum in pergamenam hanc potuiſſe ab aliquo inferri.*

25. Manfredi cuiusdam.

Idem c. l. p. 781 aliud praeceptum in ſuſpicionem falſi adducit, quo Manfredo poſſeſſio fortunarum ſuarum reſtituitur. Satis ingenua charta uidetur, ſi pauca mutaris: *In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Karolus ſereniſſimus Auguſtus a Deo coronatus, pacificus Imperator, Romanum gubernans imperium, qui et per miſericordiam Dei Rex Francorum et Langobardorum - - - qualiter nos Deo fauente et ſanctorum principum apoſtolorum merita inter - - Regnum Langobardorum adqueſiuimus, et pro credendis aliquos Langobardos foras patriam in Francia ductos habuimus, quos in poſtmodum ad deprecationem dilecti filii noſtri Pippini glorioſi regis ad patriam remiſimus, et eorum legitimam hereditatem, quam habuimus, in ſcripto reuocatam reddere aliquibus iuſſimus. Ex quibus unus ex illis nomine Manfredus de ciuitate Regia ad noſtram accedens clementiam etc. manu propria ſubtus corroborare decreuimus et de anulo noſtro ſigillari iuſſimus. Signum domini Karoli piiſſimi ac ſereniſſimi Imperatoris: Hado ad uicem E - - anbaldi ſcripſi et ſubſcripſi. D. XVI Kal. Aug. a. VIII Chr. propit. imperii noſtri et XL anno regni noſtri in Francia et XXXVIII in Italia Indict. I Act. Aquisgrani palacio noſtro in dei nomine fel. amen.* Vrget inprimis Murator a. 38 regni Ital. qui ſaluis ceteris numeris 34 erat. Deinde ultra morem ſubtilis ſibi haec uiſa eſt Pergamena. Forſan et cenſura nimis eſt ſubtilis.

In

In *Murator.* T. I antiq. p. 1003 charta donationis monaſterio Bobienſi factae haec anomala trahit : *Carolus gratia Dei Rex Francorum et Longobardorum.* Donatur ſilua et curtis de monte Longo. *Signum* ☥ *manus Charoli glorioſiſſimi Regis. Sub die Nonas Iunias anno feſto regni noſtri. Actum Papiam ciuitatem in Dei nomine feliciter. Enrichus recognouit & dedit.* Vitia *Muratorius* librario, qui deſcripſit, tribuenda cenſet. 37. Bobienſe.

Id. T. V p. 647 profert chartam donationis bonorum immanis, in monaſterium Nonantulanum a Carolo M. et Norteperto Duce collatae circiter a. 774. Stilus longiſſime diſtat a Carolino. Ecce! initia : *Venerauile cenobio ſanctorum apoſtolorum ſito in caſtro Nonantule territorii Mutinenſis, ubi Domnus Anſelmus - - nobis Karolus Rege Francorum et Saxio - - et Longobardorum una cum Norteperto Dux damus, ſimulque offerimus omnia noſtra cortes et Donica in comitatu Foſſolano* (enarratur incredibilis fundorum et curtium uis donata) *Et ſi qui de hominibus qui precepta noſtra neglexerit uel - - - dauerit, ſit ſibi pena compoſitura bona eius publicetur et in exilio mitteremus. Hanc uero paginam Artuino notario aſcriuere tolli et robariada conteſtibus tradita compleui et abſolſi. Ego Mericho clericus rogatus. Ego Raimpret rogatus. Ego Aldoinus rogatus. Ego Ioſeph a rogatus, Melchione medicus a rogatus. Signa* ✝✝✝✝ *de conteſtibus Warnifret, Artoinus, Mechois, Ioſephus, Strauius, Aripret, Iohannes, Paulinus. Baſingus, Mauro, Leo, Gumperto, Stamperto, Stabile, Da Villa, Vanielei.* Caecus ſit, neceſſe eſt, qui uitia non uideat. Vidit et *Muratorius*; nihilominus tamen ab ingenio ſuo impetrauit, ut hanc tabulam nonnihil tueretur. Ipſam fuiſſe priuatam ueluti ſcripturam a Carolo Rege ac Norteperto duce factam exiſtimat; Anſelmum auxilia es manus porrexiſſe Carolo ad arripiendam coronam Langobardici regni, fructumque cepiſſe operae bene nauatae magnificam iſam tot bonorum donationem. 38. Nonantulanum.

Bouchet in probat. Genealog. Francicae p. 243 exhibet praeceptum, quod incoatur : *Carolus ſereniſſimus Auguſtus Dei gratia Rex Francorum et Langobardorum*, et finitur. *Actum apud Sueſſionem II Kal. Sept indict. V anno pontificatus domni Leonis papae XVI imperii uero domini Caroli ſereniſſimi Auguſti XI regnique Francorum XLIV.* At quis haec digerat? 39. e Boucheto

Tabulas

40 Monast. Attuensis. Tabulas cum regulis curiae Caroli multum luctantes, quas monasterio Attanensi dediſſe fertur Imp. in lucem emiſit. *Sammarth.* G. Chr. t. II p. 178 inſtr. Ecce! ſpecimina: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti, ego Karolus gratia Dei totius imperii Rom. quamuis indignus imperator. Anno ſiquidem tertio noſtri imperii ad Hiſpanias tranſiens partes, ad quendam locum noſtrum nomine Athanum, una cum exercitu noſtro pauliſper ad manendum duabus hebdomadis ſuperſtitimus -- Igitur ſereniſſimus ac pius genitor meus Pippinus adiens hunc locum conſilio ſuorum primatum uoluit eum reſtitui in priſtinum gradum quem inuenerat, iam olim omnibus bonis pene deſolatum ac deſtitutum -- Canonicos uero in tantam libertatem uiuere praecepit, ut nullus ſcil nec princeps quisquam nec aliqua cuiusque perſona eis ibi coaequaretur -- Vnde ego relegens pie genitoris mei Pippini teſtamenta uolo ac iudico ut in perpetuum ſint rata ac perpetualiter firma cum ſtipulatione ſubnixa nullo contradicente. Ego Carolus gratia Dei Rex hoc teſtamentum relegi ac ſubſcribere iuſſi ſub die Calend. Maiarum Luna 7 ind 8 principibus noſtris adſtantibus, ſcil Domno Turpione, Otgerio palatino -- Sig. Ioſſionis cancellarii. S Ricardi capellani -- et in dorſo ſcripta ſunt quae ſequuntur cum ſignis ſeu chirographis, quorum figurae infra notantur: Caroli magni, Auguſti magni, Auguſti imperat, Carolus gratia Dei magnus, Auguſtus a Deo coronatus; magni Auguſti Caroli uictorioſiſſimi principis, Caroli magni Romani imperii patris.*

41. S. Vincentii. Apud *eund.* t. IV p. 263 reddit eccleſiae S. Vincentii res aliquas iniuſte ablatas; Sed formulas ne aures quidem comprobant: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Karolus diuina clementia imperator auguſtus. Notum ſit cunctis eccleſiae ſanctae filiis praeſentibus ſcilicet et futuris, quia Leduardus uenerabilis epiſcopus atque dilectus archicancellarius noſter noſtram adiit clementiam -- Si quis autem, quod fieri non credimus, horum contradictor extiterit 30 auri libris culpabilis iudicetur -- Signum domni Karoli piiſſimi imperatoris. Madalbertus notarius ſcripſit.* uid. §. LXIII, 4.

42. Conſtitutio de expeditione Romana. De conſtitutione iſta notiſſima de expeditione Romana, quam *Conr. Rittershuſius* in Ligurino Guntheri Carolo M. perperam quidem attribuit, alio loco dicemus.

§. LXVIII.

§. LXVIII.

Diplomata Carolo necessitudine iunctorum.

Reliquum est, ut nonnihil de literarum monimentis eorum, qui de familia Caroli M. erant, dicamus, quam pariter ac palatium Aquisgran. et uenationes eleganti carmine descripsit Poeta illius aetatis *Ferius Helpericus*. Pipinum, ex Himiltrude, criminis maiestatis damnatum fuisse, §. LV, 11 notauimus. Carolus, ex Hildegarde, filius natu maior, Rex Neustriae factus, postea ex testamento patris ampliorem portionem adepturus, nisi patre prior diem suum obiisset; notior annalibus, quam tabulis. Pippinus alter, cui ante sacri fontis mysteria nomen erat Carolomanno, ab Hadriano pontif. consentiente patre rex Italiae ungebatur. Praescripsit pater de caussis Italiae capitula quaedam apud *Baluz.* T. I p. 258 filioque Angilbertum primicerium palatii dedit. *Muratori.* T. I P. II script. rer. Ital. p. 362 in Chron. Vulturn. exhibet literas donationis huius regis a. 787, sed ipse easdem falsas declarat. Epistolam, quam Carolus Imp. ad Pippinum dedit, §. XLVIII memorauimus. Hic edidit ipse Capitulare, inter *Baluz.* Capit. T. I p. 533, cui capitulare Caroli M. paullo ante allatum ad uerbum insertum legitur, quod et in legibus Langobard. cum aliis capitibus hic sancitis reperimus. c. V de illis hominibus agit, qui seniores suos dimittunt, *ut nullus eos debeat recipere in uasallatico sine comiato senioris sui antequam sciat ueraciter pro qua caussa ipse suum seniorem dimisit.* c. XXX: ut feminae deo deuotae, quae se maritis copulauerunt, iterum separentur. c. XXXII: *de prauis illis hominibus, qui brunaticos* (brumaticos h. e. brumalia) *colunt et de hominibus suis subtus maida ceria incendunt et uotos uouent, ad tale uero iniquitas eos remouere faciant unusquisque, nisi uoluerint ad ecclesiam panem offerre, simpliciter offerant, non cum aliqua de ipsa iniqua commixtione.* c. XXXIV: *si homo -- cum alia adulterans et concubinam habuerit, a tali igitur inlicita perpetratione faciant eos cum omni solicitudine separari.* c. XXXVI: *quomodo sacramentum fidelitatis iurandum sit.* c. XXXVII: *quod domnus Rex uult unicuique legem suam* con-

a.

Pippini capitulare.

conſeruare. Addit *Baluz.* p. 541 capitula excerpta ex lege Langobardorum eiusdem Pippini. Ludouici P. literarum monimenta ſigillatim excutiemus. Quod ad uxores Caroli attinet, dubium non eſt, quin et ipſae diplomata dederint. Specimen ſuperſtes Hildegardis in *Calmet.* hiſt. Lothar. T. I prob. p. 292 Abbati S. Arnulfi Metenſ. indultum, in appendice edemus. *Mabillon.* de re dipl. p. 503 depromit chartam Ghiſelae, Caroli M. ſororis, qua monaſterio Dionyſiano multa confert praedia quae a parentibus acceperat, hac adnexa ſubſcriptione: *Signum ✝ Ghiſelae nobiliſſima filia Pippini regis, qui hanc donatione fieri rogaui. Signum ✝ Caroli nobiliſſimi filii domni Caroli Regis praecellentiſſimi. Signum ✝ Pippini nobiliſſimi filii domni Caroli praecellentiſſimi regis. Signum ✝ Chlodoici nobiliſſimi filii domni Caroli praecellentiſſimi regis. Wineradus Cancellarius iuſſus a praedictae domnae Ghyſelae ſcripſi et ſubſcripſi. Data Id. Iun. anno XXXI et XXVI regnum domni noſtri. Actum Aquis palatio in Dei nomine feliciter Amen.* Apud *Doublet* p. 721 Carolus Giſelae donationem confirmat. Haec unica fuit, teſte *Eginharto*, Caroli ſoror; hinc Gertrudem ſororem aliam, eiusque donationem fictam diximus § LXVII, 14. Duas alias ſorores Caroli, Adam et Effeciam, memorant *Annales Brouueri* T. I p. 393; ſed literarum monimenta has ignorant. Id. *Mabillon.* c. l. p. 514 oculis ſubiicit chartam Bertae, filiae Caroli M. qua, tradita uilla Bernogillo, a monaſterio S. Medardi aliam uillam accepit, poſt eius mortem ad monaſterium redituram. Inſcriptio haec eſt: *Venerabili patri Hilduino monaſterii S. Medardi Abbati nec ſacri palacii Archicapellano, Berta, magni et inuictiſſimi imperatoris Caroli filia* Finitur: *Actum Compendio palatio anno X domni noſtri Ludouici ſereniſſimi Auguſti Imperatoris ſub die XIV Ianuar. in dei nomine feliciter. Amen.*

2. Tabulae Hildegardis reginae

4. Giſelae, Caroli M. Sororis,

5. Bertae filiae Caroli M.

Cap. III.

Cap. III.

De diplomatibus Ludouici Pii.

§. LXVIIII.

Initialia formula.

Variis initialibus formulis non utebatur Ludouicus P. uarias rerum expertus uicissitudines. A. 781 Rex Aquitaniae factus aliquot chartas quidem edidit; an uero sibi unus fuerit formularum modus, non satis constat. *Mabill.* saec. IV Bened. P. I p. 90 haec initia ex tabula docet: *In nomine nostri IEsu Christi.* Chartae *Baluzii* t. II Capit. p. 1401 et *Mabill.* t. II Ann. Bened. 715 in append. n. 33 carent omnino precatione. Posteaquam ad gubernacula imperii accesserat, hanc unam seruauit inuocationem: *In nomine domini Dei et saluatoris nostri IEsu Christi;* quam aliquot centuriae diplomatum prae se ferunt. Quaedam chartae *Martenianae* et una *Dacheriana* t. I p. 494 negligunt uocabulum: *domini*, cuius uitio, obscurum. In Analect. uet. *Mabill.* p. 355 et in *Dacher.* t. III p. 328 desideratur uox: *Dei*, cui in *Vghelli* t. V p. 705 additur: *aeterni*, et in *Laguille* hist. Alsat. p. 15: *summi*, omisso tamen uerbo: *domini.* P. *de* Marca de marca hisp. pro: *saluatoris* p. 766 exscripsit: *redemtoris. Leukfeld.* antiq. Halberstad. p. 614 pro *nomine* posuit: *honore.* Exilia haec uidentur; sed, aliis adminiculis adiuncta, nonnihil ad legitimos chartae natales euertendos ualent. Tanto uero maior suspicio suboritur, quanto audacius deseritur consuetudo. *Calmet.* hist. Lothar. t. I probat. p. 300; *Marca* in m. H. p. 774; *Herrgott.* Cod. prob. Vol. II p. 20; *Schaten.* ann. Paderborn. p. 117; *Zylles.* P. III n. 5 habent: *in nomine sanctae et individuae trinitatis*; sed fortassis habent etiam, quod de chartis suis metuant. Apud *Miraeum* t. I p. 131 ista capiuntur

Qualem habeant chartae Ludouici R. Aquitan.

Perpetua Ludou. Imp. erat: *In nomine domini Dei et saluatoris nostri IEsu Christi.*

Phrases normam deserentes,

2. Ac insolitae.

auſpicia: *In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti.* In *Lunig.* ſpic. eccl. Th. III p. 115: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti.* et *Hund.* M. S. t. I p. 150: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti Dei omnipotentis.* et *Marc.* c. l. p. 770 et 771: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti Dei aeterni.* Intelligent omnes, haec ad diplomata, non ad quaeuis literarum monimenta huius Imperatoris referri oportere. Literae, quibus Romanae eccleſiae donationes priores confirmat augetque, ita ordiuntur: *In nomine Dei omnipotentis patris et filii et ſpiritus ſancti. Ego Ludouicus Imperator Auguſtus ſtatuo.* uid. tamen §. LXXXX, 5. Receptum Cancellariae titilum non ſequuntur, ait *Mabill.* de re dipl. p. 76, fortaſſe quod extraordinario modo ſcriptae ſunt, ut in re tanti momenti. Inſtitutioni Canonicorum in concilio Aquisgr. a. 816 editae hoc principium praefigitur: *Cum in nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis Chriſtianiſſimus ac glorioſiſſimus Hludowicus ſuperno munere uictor auguſtus &c.* Iudicatum Boſonis comitis et miſſi Imper. incoatur: *In Dei nomine notitia iudicati, qualiter acta uel definita eſt cauſa, dum Boſo comes uel miſſo domni Imperatoris reſidiſſet &c. Murator.* t. I antiq. p. 481.

3. Alius titulus mediocris.

§. LXX.

Nominis inſcriptiones iterum ſunt diuerſae. De Orthographia uocis Ludouici uid. §. XV, 5, 8. Etymologian explanat *Ermold. Nigell.* carm. l. I: nempe ſonat *Hluto* praeclarum, *Wigch* quoque mari eſt. Vnde ſuum nomen compoſuiſſe patet. Ludouicus Rex Aquitaniae in tabulis §. antec. allatis has ſibi probabat formulas: *Ludouicus diuina ordinante prouidentia Rex ſerenissimus Aquitaniae*, uel *Ludouicus gratia Dei Rex Aquitanorum.* Ad imperatoriam dignitatem euectus hanc ſemper fere retinuit ſcribendi rationem: *Hludowwicus diuina ordinante*, interdum *propitiante*, *prouidentia* ſeu *clementia Imperator Auguſtus.* Aſſumto in imperii ſocietatem filio, ab anno ſcil. XII usque ad a. XVII, huius quoque nomen ſuo appoſuit: *Hludowwicus et Hlotharius diuina ordinante prouidentia imperatores Auguſti.* Et quamquam *Mabillonius* in literis Ludouici Lotharii nomen etiam tum omiſſum eſſe ſcripſerit, cum eſſent coniunctiſſimi; annis tamen imp. Ludouici 14, 15, 16 et 17

Tituli Ludouici, Regis Aquitan.

Imperatoris ſolius.

2. In conſortio cum filio.

id

id non obſeruaui. Apud *Paſchaſ. Ratbert.* in uita Walae L. II c. 17 Lotharius: *quando me conſortem*, inquit, *totius imperii celſitudo neſtra una cum uoluntate populi conſtituit, in omni poteſtate et honore in omni conſcriptione et nomiſmate, in omni diſpoſitione.* Poſt haec Ludouicus imperabat ſolus, primamque formulam repetebat, ad a. XXI usque, quo reſtitutus in chartis quam plurimis (nonnullae enim priorem formulam habent *Mabill.* t. II A. B. L. 31 n. 83 et L. 32 n. 14) ſtilum non nihil mutauit: *Hludouvicus diuina repropitiante clementia Imperator Auguſtus.* *Agobard.* in epiſt. ad Ludou. P. T. XIV biblioth. max. patr. p. 314: *in proceſſu temporis, quotiescumque aut quocunque imperiales literae mitterentur, amborum imperatorum nomina continebant, poſtea uero mutata uoluntate conuulſa ſunt ſtatuta et de literis nomen omiſſum eſt.* Regulas has aliquando poſthaberi, quis miretur? at ſaepius non ſine graui chartae iactura. *Lunig.* ſpicil. eccl. Th. III p. 115 in charta Elvvang. *Ludouicus diuina largiente clementia Imperator Auguſtus.* *Meichelbeck.* T. I hiſt. Friſing. inſtr. n. 479: *Ludevvicus diuina praeordinante prouidentia Imper. Aug.* *Mir.* T. I p. 131 in diplomate monaſt. Blandin. *Ludouicus diuina prouidentia Imp. Aug.* add. *Vghell.* T. V p. 705. *Lunig.* c. l. von Abtiſſinen pro Buchou. p. 7: *Ludouicus diuina inſpirante clementia Imp. Aug.* *Vghellum* fefellit forte ſcriptura, quando T. II p. 201 pro *prouidentia* legit *prudentia.* Obſcuriorem edidit T. III p. 530 inſcriptionem: *Hludouicus protis* (forſan *proles*) *Caroli magni diuina ordinante clementia Imp. Aug.* Imperitae manus interpolatio. Nec toleranda uidetur, quam t. V p. 264 offendimus: *Ludouicus diuina prouidentia ſemper Auguſtus;* cui conſentanea charta apud *Falckenſtein.* cod. dipl Nordgau. p. 11: *Ludouicus diuina ordinante clementia ſemper Auguſtus.* et p. 12: *Hludouicus diuina ordinante prouidentia Roman imperator Auguſtus;* alia apud *Mabillon.* uet. analect. p. 356: *Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator ſemper Auguſtus ac Francorum Rex.* *Id.* c. l. p. 355 propius abeſt a regula: *Ludouicus diuina ordinatione et prouidentia Imp. Auguſtus.* *Schannat.* Cod. prob. hiſt. Wormat. p. 4: *Hludouicus et Hlotharius diuina fauente prouidentia Imperatores Auguſti.* *Martene* T. I uet. moniment. p. 81: *Ludouicus et Lotharius diuina adiuuante prouidentia Imperatores Auguſti.*

8. Poſt reſtitutionem regnantis.

4. Formulae minus uſitatae.

Auguſti. Mabillon. de re dipl. p. 522: *Hludouicus diuina repropitiante gratia Imp. Auguſtus.* Si charta apud *Laguille* hiſt. Alſat. p. 15 ſincera, iam a. X ſcripſit: *Ludouicus diuina repropitiante clementia Imp. Aug.* *Hund.* metr. Salisb. T. II p. 7 euulgauit: *Hludouicus I diuina ordinante prouidentia Imp. Aug.* ſed facile nobis perſuademus, numerum I ſiniſtre intruſum eſſe. In formula *Baluz.* T. III miſcell. p. 70: *Ego Hludouicus diuina repropitiante clementia Imp. Aug.* temere primum locum occupat pronomen: *Ego.* In tribus epiſtolis unius argumenti apud *Baluz.* T. I Capit. p. 533, ſq. quas Imperator de inſtitutione canonica exſequenda ſcripſit, diuerſas incoandi formulas legimus. *Glorioſiſſimus Hludouvicus ſuperno munere uictor ſemper auguſtus uenerabili in Chriſto Magno Senonicae urbis Archiepiſcopo in Domino ſalutem. Hludouvicus diuina ordinante prouidentia Imp. Auguſtus uenerabili in Chriſto Sicharío Archiepiſcopo* (Burdegalenſi) *in domino ſalutem. In nomine domini dei et ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouvicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus uenerabili Arnoni Archiepiſcopo* (Salzburg.) *in domino ſalutem.* Chartam diuiſionis a. 817 more ſolito incepit.

5. Stilus epiſtolaris.

§. LXXI.

Solennis promulgatio, uel ad omnes,

Dum rem geſtam notam facit Ludouicus, imitatur ſtilum patris. Vel generatim, rarius licet, poſt titulos alloquitur populum: *omnibus fidelibus ſanctae Dei eccleſiae et noſtris praeſentibus ſcilicet et futuris, ſeu miſſis noſtris diſcurrentibus.* Marten. V. S. et M. T. I p. 78; uel nominatim: *omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, uicariis, centenariis, actionariis, miſſis noſtris diſcurrentibus praeſentibus ſcil. et futuris notum ſit.* *Baluz.* append. Capit. n. 24, etiamſi eadem charta poſt paullo iteret: *comperiat omnium fidelium noſtrorum induſtria.* Marten. c. l. p. 76: *omnibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, uicariis, centenariis, thelonariis, actionariis, uel omnibus rempublicam adminiſtrantibus ſeu ceteris fidelibus ſanctae Dei eccleſiae et noſtris tam praeſentibus quam et futuris.* add. *Id.* T. II p. 21. *Baluz.* L. III miſcell. p. 34: *omnium fidelium noſtrorum beneuolentiae tam praeſentium quam et futurorum epiſcoporum ſcil. Abbatum, ducum, comitum, domeſticorum et eorum ſuperioris et inferioris ordinis tam eccleſiaſticorum quam*

quam reipublicae administratorum notum esse uolumus. Interdum dirigitur oratio ad pauciores uel ad singulos. *Baluz.* Capit. T. I p. 549: *omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae ac nostris praesentibus scil. et futuris in partibus Aquitaniae, Septimaniae, Prouinciae et Hispaniae consistentibus, Id.* T. III miscell. p. 165: *Aldrico uenerabili episcopo et fideli nostro salutem. Goldast.* T. I Constit. Imp. p. 188: *Hilduino uenerabili Abbati monasterii sanctissimi martyrum ac specialium protectorum Dionysii pretiosi sociorumque eius aeternam in Christo salutem.* Charta diuisionis imperii apud *Baluz.* a. 837 nota redditur *omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et cuncto catholico populo praesenti scil. et futuro gentium ac nationum quae sub imperio ac regimine nostro constitutae sunt.* 2. Vel ad singulos directa.

§. LXXII.

Prooemia eadem, quae Caroli M. literarum exordia, argumenta continere uidentur. Saepissime spe remunerationis aeternae oblectatur Imperator, docente formula nota: *si petitionibus sacerdotum &c. si locis Deo uel diuino cultui dicatis &c. Si sacerdotibus in quibuslibet necessitatibus ecclesiasticis &c. a summo pontifice Domino nostro IEsu Christo aeternae remunerationis largiri nobis praemia non ambigimus. Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 129. Meminit aliquando regis uirtutum clementiae et iustitiae: *Imperialis celsitudinis moris est, fideles suos donis multiplicibus et honoribus ingentibus honorare atque sublimare. Ioannis tabul. spicil. p.* 441. *Iustum est, ut imperialis dignitas his qui suam deuotionem erga suam fidelitatem illibatam conseruare noscuntur plurimis subfluet munificentiis. Mabill.* de re dipl. p. 515: *Si enim ea, quae fideles imperii nostri pro eorum opportunitatibus inter se commutauerint, nostris confirmamus edictis imperialem exercemus consuetudinem. Schaten.* Annal. Paderborn. p. 117: *Si unius fidelis nostri iustam et rationabilem petitionem libenter implemus, procul dubio reliquorum fidelium nostrorum deuotionem erga nos promtiorem efficimus.* Verbosius praeloquium deprehendimus in charta *Mabill.* de re dipl. p. 521. add. *Baluz.* T. I Cap. p. 675. Commutationem in *Murat.* T. II antiq. p. 201 itidem hac praefatione confirmat: *Si enim ea quae fideles nostri regni pro eorum oportunitatibus* Prooemia imitantur argumenta tabularum Caroli M.

bus inter se commutauerint uel concambiauerint, nostris confirmamus edictis, imperialem exercemus consuetudinem et hoc postmodum iure firmissimo mansurum esse credimus.

§. LXXIII.

Promulgatio iterata.

Exordium excipit plerumque alter promulgandi ritus. Crebrior haec formula: *Igitur, idcirco nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum sagacitas, solertia, experientia atque utilitas; industria uel notum esse uolumus omnium fidelium nostrorum magnitudini.* Interdum et sigillatim ii certiores fiunt, quorum interest; oratio, pro argumenti conditione, se conuertit ad episcopos, abbates, duces, comites, domesticos, administratores reipublicae, easque propemodum formulas, quas §. LXXI ostendimus, sectatur.

§. LXXIIII.

Formulae, quibus tum se honorifice,

Si spectemus modos, quibus personas honoris caussa compellauit Imperator, a more patris haud deflexit. Se ipsum tamquam plures loqui uoluit; et huius generis terminis, quos abstractos dicunt, usus est: *obtulit obtutibus maiestatis nostrae; celsitudini, mansuetudini nostrae; adiens serenitatem culminis nostri; petiit clementiam serenitatis, maiestatis misericordiam.* Cum adhuc Rex esset Aquitaniae, *imperiali* auctoritate, se iubere scripsit in *Baluz.* T. II Capit. p. 1402. Si quando patris memoriam recolit, non sine laudis epitheto eum nominat. u. c. meminit *domini et genitoris nostri Karoli bonae memoriae piissimi Augusti* in *Mir.* T. I p. 131. *Baluz.* L. III Misc. p. 96. *Serenissimi Augusti.* *Schannat.* cod. prob. Worm. p. 5. *praestantissimi Augusti.* *Guillimann.* de episc. Argent. p. 121. *domnus et genitor noster sanctae memoriae Karolus nobilissimus orthodoxus Imperator.* *Baluz.* L. III Misc. p. 38. *Karlomanni et domni Pippini bonae memoriae* mentionem facit charta *Eccard.* T. II rer. Fr. p. 882. Interdum et filios *dilectos* memorat. *Baluz.* T. II Cap. p. 1430: *quia dilectus filius noster Augustus Hlotarius immotuit mansuetudini nostrae.* Chron. Farf. apud *du Chesne* T. III p. 659:

2. tum alios compellat, praesertim patrem.

3. filios

carissi-

tariſſimum atque dulciſſimum filium noſtrum Lotharium direximus pro munimine ac defenſione ſacrorum uenerabilumque locorum. *Rettenpach.* Annal. Cremifan. L. I c. 9: *ad deprecationem dilecti filii noſtri Ludwici regis Vuioariorum.* *Vghell.* T. III p. 590: *conſenſu dilecti filii noſtri Bernardi regis.* Nec fratribus ex concubinis ſuos detraxit honores. In *Lunig.* Spic. eccl. P. III p. 170: *ad deprecationem dilectiſſimi fratris noſtri Drogonis uenerabilis Archiepiſcopi ſacrique palatii noſtri ſummi capellani.* *Baluz* L. III Miſc. p. 96; et *Mabillon.* R. D. p. 613: *dilectus frater noſter Hugo ſacri palatii noſtri Archinotarius et uenerabilis Abba monaſterii Sithiuſii in pago Teruaninſi.* *Schaten.* p. 117: *propinquus noſter Warinus Abbas nouae Corbeiae.* Fuit nimirum Ecberti Ducis et Idae filius. uid. *Eccard.* monim. ueter. quaternio p. 32, 33. In charta *Dublet.* *illuſtrem foeminam ſororem ſuam Theodradam Deo ſacratam* appellat Ludouicus, eiusque precibus monaſterium Argentogilenſe S. Dionyſio concedit, cui ipſa praeerat Abbatiſſa. *Mabill.* R. D. p. 515 profert commutationis inſtrumentum inter eamdem et Einhardum Abbatem initae. Matrem *bonae memoriae Hildegardam* praedicat in charta Campidon. apud *Mabill.* in uet. anal. p. 448. Coniugis Ermengardis recordatur in *Mabill.* Act. S. Ord. Bened. Saec. IV P I p 223: *Sicut olim a bonae memoriae Ermengarde Regina praedicto monaſterio traditum eſt.* Iuditha, quod ſaepiſſime facere ſolebat, ſuggerit in *Marten.* T. I uet. monim. p. 86: *dilecta coniux noſtra Iudith auguſta nobis ſuggeſſit per priuilegium patris noſtri.* et in *Mabill.* R. D. p. 521, *Mir.* T. I p. 247. *Sammarth.* G. Chr. t. V p. 463: *dilectiſſima coniux noſtra ſemper auguſta offerri fecit obtutibus maieſtatis noſtrae quamdam auctoritatis praeceptionem, quam domnus et genitor noſter Karolus piiſſimus imperator &c.* *Annal. Metenſ.* ad a. 829: *domnus Imperator Ludouicus habebat quandam reginam pulchram nimis, nomine Iudith et ſapientiae floribus apprime inſtructam, ſociatam ſibi in coniugio, quae etiam Imperatrix coronata et Auguſta ab omnibus eſt adclamata.* A. 838 Iudith Imperatrix ſubſcripſit alicui iudicio et redditioni, cum Carolo Rege apud *Baluz.* L. III miſc. p. 126. Iudithae Auguſtae Francicae elogium ſcripſit *Gebauer.* in diſſ. ſingulari. Epiſcopi et Abbates perpetuo *uenerabilium* titulo ornabantur. In *Mabill.*

4. fratres.
5. propinquos.
6. ſororem.
7. matrem.
8. uxores.
9. Epiſcopi uenerabi.

Iei uocantur, itemque Abbates.

Act. S. Bened. Saec. IV P. I p. 220 Nebridius *reuerentissimus Archiepiscopus* dicitur. Ib. p. 63: *adiens serenitatem culminis nostri uir uenerabilis Adaleodus Abbas monasterii S. Amandi una cum Aldrico missio nostro, quem ad praedictum coenobium direximus ad ordinem regulae S. Benedicti confirmandum, suggesserunt mansuetudini nostrae etc.* et p. 86: *petente domno Guillelmo monacho, qui in aula genitoris nostri Karoli Augusti comes exstitit clarissimus, sed pro Dei amore meliorem exercens uitam studuit esse pauper recusando sublimia.* *Id.* R. D. p. 513: *uir uenerabilis Hilduinus Abba ex monasterio S. Dionysii martyris Christi sacrique palatii nostri summus Capellanus* siue *archicapellanus.* Ib. p. 612: *ubi uir uenerabilis Fridugisus auctore Deo abba praeest.* *Schaten.* p. 76: *uir reuerendissimus Adelhardus abba ex monasterio Corbeiae.* *Baluz.* T. I Cap. p. 650 *uir religiosus Hauto abba.* In charta *Sammarth.* G. Chr. t. II instr. p. 346, quam tamquam rex Aquitaniae dedit, legitur: *ostensum est in conspectu nostro per magnifico uiro et parente nostro Atone Diacono atque abbate statuta quam ipse ex ore gloriosissimi et genitoris mei regis Caroli summumque Catholicum sumsit - - Ato abba parens noster fidelissimus.* Proceres reliquos uocabat Imperator *illustres, fideles.* Matfredus *comes uir inluster* reperitur in Marca hisp. p. 767. *uir illustris Bapo Comes* *Baluz.* T. II Cap. p. 1425 *postquam comitatum Brtuatensem fideli nostro Berengario illustri comiti concessimus.* Ib. p. 1426. *uir illustris Abbo comes* ib. p. 1433. *Banzlegbus* (Wanzleb) *comes et Saxoniae patriae Marchio noster, fidelis noster.* *Id.* L. III. Misc. p. 103. *Agbertus Comes et Ostiarius atque consiliarius noster.* ib. p. 171. *Adalbertus comes et consiliarius noster, fidelis noster.* Ib. p. 76. *Bano uasallus noster, fidelis noster.* Ib. p. 155. *Batericus uasallus noster.* *Marten.* c. l. p. 90. Saepius tamen omissis honorum titulis appellantur.

10. Proceres illustres. Matfredus aliique.

Banzlegbus comes et Saxoniae patriae marchio.

Agbertus comes et Ostiarius atque consiliarius.

§. LXXV.

Ius sacrum et ecclesiasticum.

Persequamur ipsa chartarum negotia, quae Carolina uarietate propemodum superant. Ludouicum in rebus sacris ordinandis emendandisque multa elaborasse contentione, uel Pii cognomen prodit. Sed laudabiles ausus plerumque tristis euentus eludebat. Considerabimus ergo, quantum hic nobis prodest, conciliorum

liorum et Capitularium sanctiones. *Baluz.* T. I Capit. p. 519 Capitulare incerti anni attulit, quod Ludouico tribuendum uidetur, cum eius in ecclesias fauorem satis explicet. c. I sancit et repetit p. 666.: *Vbicunque commutationes tam tempore nostro quamque genitoris nostri legitimae et rationabiles atque utiles inter ecclesias Dei factae sunt permaneant. Vbicunque uero inutiles et incommodae atque inrationabiles factae sunt dissoluantur et recipiat unus quisque quod dedit. Vbi uero mortua manus interiacet aut alia quaelibet causa quae rationabilis non esse uideatur inuenta fuerit, diligenter describatur et ad nostram notitiam perferatur.* C. II qui res ecclesiasticas restituere recusat, *a communione priuetur*, c. III *nullam penitus diuisionem aut iacturam patiatur ecclesia*; res enim ecclesiae sunt uota fidelium, pretia peccatorum, et patrimonia pauperum. c. IV, - VII, IX, X, XIII et XIV: ne praedia Deo dicata, aut res ecclesiae inuadantur, neque oblationes fidelium auferantur, nec priuilegia infringantur; sed semper maneant incorrupta, qui contra nituntur, sacrilegii et homicidii rei sunto, et ad satisfactionem publicam et perpetuam deportationem damnantor. C. VIII: *Si quis - - sacerdotibus ac ministris uel ipso cultui locoque aliquid, quod non oportet, iniuriae inferat diuini cultus iniuriam conuictus siue confessus reus capitali sententia nouerit uindicandum. Nec expectetur, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi soli gloriam dereliquit, sitque cunctis non solum liberum sed etiam laudabile factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias ueluti publicum crimen persequi ac de talibus reis ultionem mereri.* C. XI: *Ea quae domino offeruntur uel consecrantur, ad ius pertinent sacerdotum.* C. XII: *omnia quae domino offeruntur procul dubio et consecrantur. Et non solum sacrificia, quae a sacerdotibus super altare domino consecrantur, oblationes fidelium dicuntur, sed quicquid ei a fidelibus offeruntur, siue in mancipiis siue in agris, uineis, siluis, pratis, aquis; aquarumque decursibus, artificiis, libris, utensilibus, petris, aedificiis, uestimentis, pellibus, laneficiis, pecoribus, pascuis, membranis, mobilibus et immobilibus, uel quaecunque de his rebus ad laudem Dei fiunt uel supplementum sanctae ecclesiae eiusque sacerdotibus atque ornatum praestare possunt, Deo ecclesiaeque suae a quibuscunque ultro offeruntur, domino indubitanter consecrantur et ad ius pertinent sacerdotum.* A. 816 Imperator Aquisgranum concilium conuocauit, et institutionem Canonicorum et sanctimonialium in duobus libris, probante sacro conuentu, promulgauit, quam, se iubente, Amalarius Diaconus ex canonibus et sanctorum patrum dictis collegit; aliqua tamen capita patres congregati addiderunt. Ex c. CXV et CXVI apparet, Canonicis res proprias habere licuisse, quas tamen *in suos solummodo usus non conuertere, sed magis iuxta possibilitatem rerum Christo famulantium,*

Iustas ecclesiarum commutationes ratas esse iubet; iniustas dissoluit, ne res ecclesiae ullo modo uiolentur.

Iniurias sacerdotibus uel rebus diuini iuris illatas sequatur capitalis sententia; earumque actio sit popularis. Quae domino offeruntur, atque adeo consecrantur, ad ius sacerdotum pertinent.

2. Institutio canonicorum et sanctimonialium promulgatur. Canonicis res pro-

prias habere liceat; eorum potus mensura,

imo eorum, in quibus Christus pascitur et uestitur, curam gerere penitus non negligere debebant. C. CXXI et CXXII determinant cibum et potum: *in omnibus locis maioribus scil. et minoribus accipiant singuli Canonici per singulos dies quatuor libras uini. In locis uero ubi maiores facultates sunt ecclesiae uerbi gratia tria aut quatuor aut certe octo et eo amplius millia mansi, si eadem regio uini ferax fuerit, accipiant per singulos dies quinque libras uini, si tamen sterilitas impedimento non fuerit temporis. si uero uinifera plene non fuerit, tres libras uini et tres cereuisiae &c.*

possunt separatim habitare.

C. CXLII: *Quamuis Canonicis proprias licitum sit habere mansiones, debet tamen a praelato mansio infirmorum et senum intra claustra canonicorum fieri.* Nihilominus collegia Canonicorum *monasteria* et Canonici *fratres* dicebantur; uerum haec separata habitatio et bonorum proprietas uaria incommoda intulit. Ceterum Chrodegangi regulae hic nulla facta est mentio. In regula sanctimonialium c. IX liberum est sanctimoniali, utrum res suas ecclesiae uelit donare, an usumfructum; an sibi omnia retinere. *Quodsi res ecclesiae conferre noluerit, abbatissa et ceteris sanctimonialibus conniuentiam adhibentibus, committat eas per scriptum publice roboratum aut propinquo aut alio cuilibet bonae fidei amico, qui eas iure fori defendat.* C. XXIII ut seorsim habitent, permittit; *propter anus tamen et infirmas debet intra claustra ab Abbatissis mansio fieri.* Nemo dubitabit, Imperatorem hanc regulam solicite seruari uoluisse, si epistolae inspiciantur apud *Baluz.* c. l. p. 554 seq. quas huius rei caussa ad aliquos episcopos dedit. *Misimus tuae uenerandae paternitati,* (scribit ad Magnum Archiep. Senon.) *per praesentes missos nostros Ermenfredum uidelicet et Haymonem formulam canonicae institutionis - - eandem per singula capitula coram ecclesiasticis ordinibus praelegi facias - - ut eam solerti cura praedicti missi nostri omnes, prout insinuaueris, transcribere absque ulla deprauatione et detruncatione praemoneant, quoniam qualiter diligenter studiosèque distincte et aperte transcribatur, illos satis instituimus. Cuius nempe exemplar idcirco in armario palatii nostri recondi fecimus, ut per hoc nosse et inquirere possemus, utrumne ab aliquo negligenter transcripta fuerit, quia, ut comperimus, dum in eodem sacro concilio perlegeretur, antequam coram nobis ab eodem concilio prolata et necdum mensura cibi et potus plane statuta fuisset, inuidi magna ex parte illam detruncantes, quaedam capitula inconsulte ex ea transcripserunt . . ut quando nos . . missos nostros huius negotii inquirendi gratia per uniuersum imperium nostrum Kalendis Septembris uenturis direxerimus omnes praelati uidelicet et subditi iuxta capacitatem et possibilitatem suam eadem instructione informati atque instructi eiusdem operatores inueniantur strenui . . uolumus ut Abbatissae propriis in monasteriis resideant . . quamquam enim nonnulli clerici monasteria puellarum et nonnulli laici monasteria uirorum etiam ac puellarum habeant, tua tamen debet prouidere solertissima industria, ut in omnibus locis sub tua Dioecesi constitutis ubicunque congregationes clericorum et sanctimonialium sunt, iuxta possibilitatem*

Sanctimonialis libere de rebus suis disponere potest,

ac seorsim degere.

3. Vt haec institutio sancte seruetur, Ludouicus in literis ad episcopos praecipit; itemque ut accurate transcribatur.

Missi, an ea obseruetur, inquirere debent.

Abbatissae in suis monasteriis habitent

Monasteria laicorum.

tatem et facultatem rerum secundum huius institutionis formam uiuant. . . Direximus praeterea tibi pondus et mensuram secundum quam clericis et sanctimonialibus panis et potus aequaliter tribuendi sunt . . . Vale in domino et ora pro nobis.

Soluto conuentu episcoporum, abbatum, comitum uel maiorum natu Francorum, quem ex omni imperio conuocauerat, capitulare edidit, cuius c. 1 res ecclesiae diuidi prohibentur iisdem uerbis, quibus n. 1 c. 3 usus est. C. II: *sacrorum canonum non ignari, ut in dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiretur honore, ad sensum ordini ecclesiastico praebuimus, ut scil episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria dioecesi, remota personarum et munerum acceptione ob uitae meritum et sapientiae donum eligantur, ut exemplo et uerbo sibi subiectis usquequaque prodesse ualeant* C. V: *Monachorum si quidem causam qualiter Deo opitulante ex parte disposuerimus et quomodo ex se ipsis sibi eligendi abbates licentiam dederimus et qualiter Deo opitulante quieti uiuere propositumque suum indefesse custodire ualerent ordinauerimus in alia schedula diligenter adnotari fecimus et ut apud successores nostros ratum foret et inuiolabiliter conseruaretur, confirmauimus.* At haec duo capita in usum non traducta sunt, dum, testibus chartis, Imperator Ludouicus eiusque successores ius electionis saepius ut priuilegium concesserunt, imo ipsi episcopos constituerunt. C. VI: *nullus episcoporum seruos ad sacros ordines promouere praesumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint &c.* C. VIII: *nullus in canonica aut regulari professione constitutus aliquem tonsurare propter res adipiscendas deinceps persuadeat.* C. VIIII: *sine auctoritate uel consensu episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur. Et si laici clericos probabilis uitae et doctrinae episcopis consecrandos suisque in ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos reuiciant.* C. XVI: *de episcopis in Longobardia constitutis, qui ab his quos ordinabant sacramenta et munera contra diuinam et canonicam auctoritatem accipere uel exigere soliti erant, modis omnibus inhibitum est, ne ulterius fiat.* C. XVII: *Presbyteri, qui feminas secum indiscrete habitare permittunt et propter hoc malae opinionis suspicione denotantur, canonica inuectione feriantur.* C. XVIII: *de presbyteris qui longe positi sunt, de octo uel decem unus ab episcopo eligatur, qui acceptum chrisma sibi et sociis diligenter perferat. Hi uero qui non longius a ciuitate quam quatuor aut quinque milibus habitant, more solito ad accipiendum chrisma per se ueniant.* C. XIX: ne profectio episcoporum praedicandi aut confirmandi caussa instituta sit importuna

4. Ne diuidantur res ecclesiae. Episcopi a clero et populo, a monachis abbates eligantur. Nullus seruus, nisi manumissus fuerit, sacros ordines obtineat. Nemo aliquem lucri caussa tondeat. Ne episcopi clericos idoneos, et iamst a laicis oblati sint, reiiciant. Ne episcopi Langobardi pro ordinatione muneri accipiant. Ne presbyteri cum feminis suspecte habitent. De Chrismate. De itineribus episcoporum.

portuna uel onerosa. C. XX: *Ne pueri sine uoluntate parentum tonsorentur uel puellae uelentur*; neque hae c. XXVI ante XXV annum. C. XXI: *de feminis quae uiros amittunt placet ne se sicut hactenus indiscrete uelent, sed ut triginta dies post decessum uiri sui exspectent et post tricesimum diem per consilium episcopi sui uel si episcopus absens fuerit, consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque parentum atque amicorum id quod eligere debent eligant.* C. XXVIII: *episcopi pabulum uerbi diuini sedulo populis adnuntient, ut operam dent quatinus presbyteri missalem et lectionarium siue ceteros libellos sibi necessarios bene correctos habeant, ut superstitiones, quas quibusdam in locis in exequiis mortuorum nonnulli faciunt eradicent &c.* C. IV: *quidquid a fidelibus ecclesiae sponte conlatum fuerit in ditioribus locis duas partes in usus pauperum, tertiam in stipendia cedere clericorum aut monachorum, in minoribus uero locis aeque inter clerum et pauperes fore diuidendum, nisi forte a datoribus, ubi specialiter dandae sint, constitutum fuerit.* C. VII: *nullus quilibet ecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere praesumat, quarum liberi aut propinqui hac inconsulta oblatione possint rerum proprium exheredari. Quodsi aliquis deinceps hoc facere tentauerit, ut et acceptor synodali uel imperiali sententia astricte feriatur et res ad exheredatos redeant.* C. X: *unicuique ecclesiae unus mansus integer absque ullo seruitio attribuatur.* C. XI: *unaquaeque ecclesia suum presbyterum habeat, ubi id fieri facultas prouidente episcopo permiserit.* C. XII: *de uillis nouis et ecclesiis in eis nouiter constructis ut decimae de illis uillis ad easdem ecclesias conferantur.* C. XIII: ne sacra uasa ecclesiae in pignus dentur, nisi necessitate redimendorum captiuorum compellente. C. XXII-XXV: de raptu feminarum ex antiquis canonibus. C. XXVII: *ut nullus deinceps quamlibet examinationem crucis facere praesumat, ne quae Christi passione glorificata est, cuiuslibet temeritate contemtui habeatur.* Anno superiore Canonicis regulam praescripit Imperator, quam uidimus; sequenti uero scil. a. 817 monachorum reformationem in conuentu Aquisgr. suscepit, et Capitulare de uita et conuersatione Monachorum, a S. Benedicto Abbate Indensi, antea Anianensi, compositum, diuulgauit, quo non mores tantum monachorum in meliorem partem finguntur, et officia definiuntur; sed et eorum necessitatibus prospicitur. Ideo c. XXII prouideat abbas, *ut camisias duas et tunicas duas et cucullas duas et cappas duas unusquisque monachorum habeat, quibus uero*

necesse

Ne pueri inuitis parentibus tondeantur.

Feminae non nisi post tricesimum ab obitu mariti diem uelentur.

De uerbi diuini praedicatione.

Quomodo oblationes distribuendae?

Ne quis propter oblationes liberos aut propinquos exheredet.

Quaeuis ecclesia habeat unum mansum, suumque presbyterum.

Decimae ex uillis nouis dentur.

Ne sacra uasa oppignorentur.

Iudicium crucis abrogatur.

5. Reformatio monachorum.

De amictu et uictu eorum.

neceſſe eſt addatur et tertia et pedules quatuor paria et femoralia duo paria, roccum unum, pellicias uſque ad talos duas, faſciolas duas, quibus autem neceſſe eſt itineris cauſſa, alias duas, wantos in aeſtate, muſſulas in hyeme ueruecinas, calciamenta diurna paria duo, ſubtalares per noctem in aeſtate duas, in hyeme uero ſoccos, ſaponem et uncturam ſufficienter, pinguedinem ad eſum - - uli uinum non eſt unde emina detur, duplicem menſuram de ceremiſa bona. In eodem conuentu inter ceteras diſpoſitiones imperii ſtatuit Imperator, quae monaſteria in regno uel imperio ſuo *dona et militiam facere poſſint, quae ſola dona ſine militia, quae uero nec dona nec militiam ſed ſolas orationes pro ſalute Imperatoris uel filiorum eius et ſtabilita e imperii.* In deſignatione ipſa multa monaſteria ſilentio plane praetereuntur. *Baluz.* c. l. p. 590. A. 819 Aquisgrani comitia habebantur, quibus uarias leges ſanciebat. In Capit. I c. 1 homicidia in eccleſiis commiſſa capitali poena perſequitur. Si quis defenſionem ſui cauſſitur, cum XII iuret, DC ſolidos eccleſiae et bannum regium exſoluat. Seruus proprius iudicio feruentis aquae examinetur; ſi manus non exuſta fuerit, dominus eius aut vvirgildum ſoluat, aut ſeruum eccleſiae tradat. C. II: *Sanguinis effuſio in eccleſia facta cum fuſte, ſi presbyter fuerit, triplo componatur, duas partes eidem presbytero, tertia pro fredo ad eccleſiam et inſuper bannus noſter.* De aliis clericis idem triplum ſtatuitur. *Qui non habet, unde ad eccleſiam perſoluat, tradat ſe in ſeruitium eidem eccleſiae uſque dum totum debitum perſoluat.* C. V: *qui hominem publicam poenitentiam agentem interfecerit, bannum noſtrum in triplo componat et wirgildum eius proximis eius perſoluat.* C. XXI: *ſi quis puerum inuitis parentibus totonderit aut puellam uelauerit, legem ſuam in triplo componat. Illi uero poteſtatem habeant capitis ſui, ut in tali habitu permaneant, qualis eis complacuerit.* A. 821 in concilio apud Theodonis uillam, cui interfuerunt XXXII epiſcopi, capitula IV ob iniurias ſacerdotibus illatas compoſita ſunt. Si quis ſubdiaconum, diaconum, presbyterum, epiſcopum calumniatus fuerit, pro diuerſa eorum conditione uel quinque uel ſex uel decem *quadrageſimas poeniteat et uel CCC uel CCCC uel DC ſol. componat cum compoſitione ſua et epiſcopalibus bannis. Si quis ſponte epiſcopum occiderit, carnem non comedat, uinum non bibat omnibus diebus uitae ſuae, cingulum militare deponat, abſque ſpe coniugii in perpetuo maneat. Aiſtolfus Moguntienſis archiepiſcopus dixit: ſi principibus placuerit aliisque ſuis fidelibus, rogemus ut conlaudetur et ſubſcribatur. Et conlaudatum eſt et ſubſcriptum eſt tam a principe quam a ceteris omnibus.* Haec capitula in alia ſynodo, Triburiae, ut uidetur, habita, ſequebatur decretum imperatorium, quo ſuperiorum rationem habuit Imperator et c. VI adiecit, *ut ſi quis uobis ſuperadditis ſanctorum canonum noſtrique decreti ſanctionibus epiſcopis inobediens*

De monaſteriorum donis ac militia.

6. Poenae homicidii in eccleſiis commiſſi.

Poena poenitentiam publicam agentem interficientis; poena puerum inuitis parentibus tondentis.

7. De iniuriis ſacerdotibus illatis, itemque de caede epiſcoporum, puniendis.

8. Qui epiſcopis adueſantur,

beneficium non habeant, eorumque alodis in bannum mittatur.

inobediens et contumax exiterit, primum canonica sententia feriatur, deinde in nostro regno beneficium non habeat et alodis eius in bannum mittatur et si annum et diem in nostro banno permanserit, ad fiscum nostrum redigatur et captus in exilium relegetur et ibi tamdiu custodiatur et constringatur, donec coactus Deo et sanctae ecclesiae satisfaciat, quod prius gratis facere noluerat. Et si omnibus nobis ista complacuerint dicite. Et tertio ab omnibus conclamatum est: placet. Et imperatores et pereximiae Galliae et Germaniae principes subscripserunt, singuli singulas facientes cruces. Et ecclesiasticus ordo Deo et principibus laudes referentes hymnum Te Deum laudamus decantabant. Et sic soluta est synodus. Discimus ex hisce, quomodo decreta conciliorum fieri consueuerint. A. 822 solemni deprecatione Attiniaci scelera, quibus rempublicam contaminasse dicebatur, expiauit Imp. et cum cuique dicere liceret, quid in publicum prodesset, *Agobardus* Archiepiscopus Lugdunensis id in primis aegre tulit, quod homines laici res ecclesiae in usus suos uerterent; instabat etiam, ut mancipia Iudaeorum uel dissentientibus dominis ad baptismum atque adeo ad libertatem, contra leges antiquiores admitterentur. In eodem conuentu, teste *Hincmaro* de diuort. Lothar. reg. in respons. ad interrogat. V, caussa connubialis laicis iudicanda tradebatur: *femina quaedam non ignobilis genere, nomine Northildis de quibusdam inhonestis inter se et uirum suum uocabulo Aembertum ad Imperatorem publice proclamauit, quam Imperator ad Synodum destinauit, ut inde episcopalis auctoritas quid agendum esset, decerneret. Sed episcoporum generalitas ad laicorum ac coniugatorum eam remisit iudicium, ut illi inter illam et suum coniugem iudicarent, qui de talibus negotiis erant cogniti et legibus seculi sufficientissime praedicti, eorumque legalibus iudiciis eadem femina se subiiceret et quod de quaestione sua decreuissent, sine repetitione teneret; si uero crimen aliquod esset, inde poenitentiae modum, post illorum iudicium ab apostolica auctoritate deposceret, secundum quod sacri canones praefixerunt, ei imponere non negarent. Nobilibus autem laicis sacerdotalis discretio placuit, quia de suis coniugibus eis non tollebatur iudicium, nec a sacerdotali ordine inferebatur legibus ciuilibus praeiudicium et legem proclamationi feminae protulerunt ac legali iudicio quaestioni terminum contulerunt.* Ex libro *Agobardi* de dispensatione rerum eccles. c. 5 perspicimus, in comitiis Compendiens. a. 823 de bonis ecclesiarum usurpatis, sed frustra, tractatum esse. Capitulare Ingelheim. a. 826 c. II et III ulciscitur iniurias episcopis et sacerdotibus factas. C. IV: *Si quis rapuerit aut solicitauerit uel corruperit religiosam feminam, bona amborum ecclesia uindicet in qua talis mulier habitauit. Ipsi tamen capitali periculo subiiciantur. Quod si haec mulier non consensit, cum suis rebus monasterii ditionibus tradatur. Si comes hoc uindicare neglexerit, honore careat et cingulum amittat, atque publica poenitentia multetur, et*

9. Querelae Agobardi. Ne laici res eccles. suas faciant; ut mancipia Iudaeorum inuitis dominis baptizentur.

Caussae connubiales a laicis iudicentur.

De usurpatione bonorum eccles.

10. Raptus feminae religiosae, crimen capitale.

insuper

insuper Wirgildum suum fisci iuribus dare compellatur. C. VI: *qui in domo sua oratorium habuerit, orare ibidem potest; missas tamen in eo celebrare non audeat, nec agere cuiquam permittat, sine permissu uel dedicatione episcopi loci illius.* A. 828 Imperator praecepit, quales conuentus episcoporum fieri debeant. In quatuor nempe locis, Moguntiae, Parisiis, Lugduni et Tolosae instituantur, quibus in rem Christianam inquiratur. *Notarius inter omnes eligatur, qui quod ipsi inuenerint subtiliter describat et sub iuramento constrictus fideliter conseruet. Volumus etiam ipsorum conuentum fieri octabas Pentecosten, missi uero nostri suam incipiant legationem peragere octabas paschae.* Proponuntur capitula, quae ab episcopis in eisdem conciliis tractanda sunt; nimirum de decimis, quae ad capellas dominicas dantur, de feminis irrationabiliter se uelantibus, de monasteriolis puellarum, in legatione Autgarii, in quibus nullus ordo bonae conuersationis tenetur, de monasteriolis etiam diuersis in missatico Alberici, de iudicio aquae frigidae, de his qui usuris inseruiunt; adhaec missi diligenter inquirere iubentur, *quanti homines liberi in singulis comitatibus maneant, qui per se possint expeditionem facere &c.* Praeterea uterque Imperator epistolam scripsit, generaliter populo Dei legendam, qua recordari uolunt omnes, se ieiunium celebrari iussisse, ut Deum offensum placarent. Indicunt concilia et triduanum ieiunium. Aliud huius epistolae encyclicae exemplum apud *Baluz.* p 659, qui priorem quoque p. 653 exhibet, occurrit, in qua nihil de missis legitur, argumentum uero solennis supplicationis latius tractatur. Meminerunt famis continuae, contagiorum, sterilitatis frugum, inimicorum Christi nominis inuasionum, incendiorum, depraedationum, captiuitatum etc. Anno namque praeterito Saraceni in Marcam Hispan. et Bulgari in Pannoniam irruerant. *Baluz.* p. 662 Capitulare Wormat. a. 829 affert, quod alii actis anni superioris adiiciunt, *Murator.* T. I P. II scriptor. p. 155 Lothario tribuit. Continet capitula, quae propter interrogationem aliquorum missorum scripta sunt. C. I: *qui sine consensu episcopi presbyteros in ecclesiis constituunt, uel de ecclesiis eiiciunt, bannum nostrum reuadiare cogantur et per fideiussores ad palatium nostrum uenire iubeantur. Et tunc nos decernamus, utrum nobis placeat, ut aut illum bannum persoluant, aut aliam harmiscaram sustineant* Harmiscara hic quamuis poenam significare uidetur, speciatim ad tonsuram, uerberationem,

In aedibus priuatis non licet missas celebrare.

11. De conuentibus episcoporum habendis.

Quae in iis tractanda sint.

12. Ieiunium imperatur.

13.

Qui presbyteros sine consensu episcopi constituunt uel eiiciunt, aut bannum persoluant aut aliquam

harmiscaram sustineant. De nonis et decimis. De praescriptione XXX annorum.

tionem, sellae canisue portationem refertur. uid. *Cang.* et *Wachter.* in glossar. h. uoc. c. II et III: de ecclesiis inter coheredes diuisis, et destructis restaurandis. C. V: ratione nonarum et decimarum respicit Capit. L. I c. 157 et L. II c. 21. C. VIII: de rebus ecclesiarum per XXX annorum spatium sine ulla interpellatione possessis testimonia non recipiantur, *sed eo modo contineantur sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent.* c. IX: qui restaurationes ecclesiarum facere negligunt, notent c. 38 L. IV Capit. c. X: *qui agros dominicatos propterea neglexit excolere, ut nonas et decimas exinde non persoluat et alienas terras ad excolendum propter hoc accipit; de tribus annis ipsam nonam et decimam cum sua lege persoluat.* Eod. a. 829 Moguntiae concilium habebatur, quo inter alia querelae Gothescalci, monachi Fuldensis, ponderabantur, se inuitum uoto monastico, cui a parentibus subiectus esset puer, constringi arguentis. Otgarius igitur Moguntinus aliique episcopi eum a uoto liberarunt; Rabanus uero ad Imperatorem prouocauit, suamque caussam in libro de oblatione puerorum defendit. A. 831 Amalarium Metensem Diaconum Romam misit Imperator propter antiphonarios corrigendos. Amalarius ideo librum de ordine antiphonarii scripsit. A. 838 in Synodo Aquisgran. monasterium S. Carilephi Aldrico ep. Cenoman. adiudicauit Imp. quandoquidem abbas illius monasterii placito adesse noluerat.

Poena agros dominicatos negligentium. De irrito uoto monastico Gothescalci. 15. De antiphonariis corrigendis. 16. Aldrico adiudicatur mon. S. Carilephi.

§. LXXVI.

Ludouicus concilia instituit.

Satis igitur intelligimus, Ludouicum multa quidem benignitate ecclesias amplexum esse; supremum tamen ius sacrorum non posthabuisse. Sua conuocauit auctoritate concilia, teste prologo concilii Aquisgr. a 816 et 826 et conuocari iussit in quatuor locis a. 828, ac praescripsit, quae tractarent episcopi; et cum in Synodo Parisiensi multa capitula collegissent patres, ea utrique Imperatori, patri et filio *legenda, imo probanda* obtulerunt. *Harduin.* T. IV p. 1350. *Petr. de Marca* d. C. S. et I L. VI c. 27 de synodis generalibus sub Ludou. P. habitis. Iam Carolus M. quos dies festos celebrari oporteret, sanxerat in concil. Mogunt. a. 813; Enumerantur L. I Capit. 158; de adsumtione S. Mariae *interrogandum*

2. festa ordinat.

dum relinquit Carolus; uid. *Baluz.* t. II Cap. p. 1171. Ludouicus uero eadem potestate festum omnium sanctorum atque alia addidit. *Ado* Vienn. in martyrol. et *Sigebert.* ad a. 835. Munus aduocati ecclesiae non secus ac maiores sui gessit; suisque filiis istud itidem commisit. Ita enim c. XI chartae diuisionis imperii a. 837 habet: *super omnia autem iubemus atque praecipimus, ut ipsi tres fratres curam et defensionem ecclesiae sancti Petri simul suscipiant, sicut quondam a proauo nostro Karolo et auo nostro Pippino et beatae memoriae genitore nostro Karolo Imperatore et a nobis postea suscepta est &c.* Iurium in Pontificem Rom. et urbem Romae custos erat sat uigil; Papa interdum noua tentante. Cum Leo III quosdam Romanos in se conspirasse comperisset, eosque capitali sententia damnasset; Imperator id aegre tulit, et Bernhardo Italiae regi Romam misso negotium dedit, ut causam cognosceret, sibique per legatum Geroldum rem gestam referret. Pontifex autem ipse legatos ad Imperatorem misit, crimina obiecta purgaturos. Exstat apud *Iuonem* fragmentum epistolae Pontificis, quam nonnulli huic Leoni tribuunt, ad Imperatorem huius facti causa scribentis. At post paullo, Leone aduersa ualetudine conflictante, praedia ipsius Romani diripuerunt et cremarunt, quos denique, iubente Bernhardo Rege, Winigisus, Dux Spoletanus, repressit. Stephanus IV, Leonis successor, legationem misit, quae *super ordinatione eius Imperatori satisfaceret*, testante *uita Ludouici*, omnemque populum Romanum fidelitatem Ludouico iurare iussit. Auctor hic Pontifex c. 28 d. 63 habetur, quo cautum, *ut cum instituendus est Pontifex, conuenientibus episcopis et uniuerso clero, eligatur praesente senatu et populo, qui ordinandus est et sic ab omnibus electus praesentibus legatis imperialibus consecretur.* Alii hoc decretum spurium, aut a Stephano VI profectum existimant. Stephanus ipse Remos iter fecit; ab Imperatore singulari prorsus ueneratione exceptus: *Benedictionem panis et uini simul participarunt*, et sibi uicissim dona obtulerunt; Pontifex uero *consecrauit* Ludouicum *et unxit ad Imperatorem & coronam auream mirae pulchritudinis et pretiosissimis gemmis ornatam, quam secum apportauerat, posuit supra caput eius, et Irmingardam reginam appellauit Augustam et posuit coronam auream super caput eius*, fide *Thegani.* Inter alia munera, quibus Imperator Pontificem cumulauit,

3. munus aduocati ecclesiae tuetur,

4. perinde ac iura sua in Pontificem Rom. Leo P. ipsi factorum rationem reddit.

5. Stephanus P. Imperatori fidem suam probat.

dec. 28 d. 63.

Idem P. Remis Imperatorem eiusque coniugem coronat.

mulauit, *in finibus Franciae curtem de suo proprio fisco B. Petro Apostolo perpetuali usu per praeceptionis paginam concessit;* sicuti rem *Anastasius* narrat. Priusquam Stephanus Remis discederet, Theodulpho Aurelianensi episcopo pallium impertitus est, qui post archiepiscopus dicebatur. uid. diplomata Ludouici Imp. a *Coint.* ad a. 816 n. 20 adducta. Stephano e uita migrante, Paschalis electus est Papa, et, inscio Imperatore, ordinatus; sed, ut uitium palliaret, munera et excusatoriam epistolam Imperatori misit, qua sibi hanc dignitatem inuito obtrusam esse ait; ac proinde ut pacta prisca secum firmarentur, rogat. Circumfertur quidem decretum c. 30 d. 33 et apud *Baluz.* T. I Capit. p. 591, et in *Chron. Reichersperg.* ad a. 817 in *Ludewvig.* script. rer. Germ. T. II p. 208, quo Ludouicus maiorum suorum donationes ecclesiae Romanae factas roborasse, et populo Romano liberam Pontificis eligendi potestatem largitus esse perhibetur; uerum sua chartam infra denudabimus qualicumque specie §. LXXXX, 5. Idem Pontifex Lotharium a. 823 Romae coronauit, iubente Patre, eique auctoritatem, quam prisci Imperatores in Romam habuere, concessit, et quia ipse posthaec accusabatur, quod se suadente Theodorus Romanae ecclesiae Primicerius et Leo Nomenclator, in detrimentum iurisdictionis summae Imperatoriae, in patriarchio Lateranensi trucidati essent; Imperator missos rem explorare iussit, Pontifex uero a facinore se iureiurando cum episcopis XXXIV et presbyteris et diaconis V purgauit; istos tamen tamquam maiestatis reos iure caesos arbitratus. Eugenius, qui post Paschalem sedem occupauit, se electum esse, Imperatorem illico certiorem reddidit; qui Lotharium Romam misit, ut statum populi Romani peruersum restitueret, summamque iurisdictionem tueretur. Nostram aetatem iurisiurandi formula, quod Romani a 824 Imperatori fecerunt, uidit: *Promitto ego ille per Deum omnipotentem et per ista quatuor Euangelia et per hanc crucem Domini nostri IEsu Christi, et per corpus beatissimi Petri principis Apostolorum, quod ab hac die in futurum fidelis ero dominis nostris Imperatoribus Hludouico et Hlothario diebus uitae meae iuxta uires et intellectum meum, sine fraude atque malo ingenio, salua fide, quam repromisi Domino Apostolico, et quod non consentiam, ut aliter in hac sede Romana fiat electio Pontificis nisi canonice et iuste, secundum uires et intellectum meum: et ille, qui electus fuerit,*

Theodulpho pallium praebet.

Paschalis P. irritam suam ordinationem excusat.

de c. 30 d. 33.

Idem Pontifex Lothario coronam imperialem, iubente Ludouico tribuit.

crimen obiectum iurando diluit.

7. Eugenio sedente,

Romani Imperatoribus fidem iurant.

me

me conſentiente conſecratus Pontifex non fiat, priusquam tale ſacramentum faciat in praeſentia miſſi domini Imperatoris et populi cum iuramento, quale Dominus Eugenius Papa ſponte pro conſeruatione omnium factum habet perſcriptum. *Baluz.* c. l. p. 647. Michael et Theophilus, Imperatores Conſtantinopolitani, de cultu imaginum ad Ludouicum literas dederunt, et rogarunt, ut Legatos ipſorum Romam deduceret. Imperator a Pontifice libertatem Synodi habendae, quam cur petierit non conſtat, impetraſſe dicitur. Quapropter Synodus Pariſienſis a. 825 habita collatis patrum ſanctorum ſententiis reprobauit imaginum adorationem. Synodi decretum Pontifici examinandum miſit Imperator uterque, addita epiſtola huius argumenti: *Sanctiſſimo ac reuerendiſſimo Domno et in Chriſto patri Eugenio ſummo Pontifici et uniuerſali Papae Hludowicus et Hlotharius diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti, ſpirituales filii ueſtri, ſempiternam in domino noſtro IEſu Chriſto ſalutem.* Exponunt ſcribendi occaſionem, et commendant ei miſſos ſuos Hieremiam et Ionam, epiſcopos; pergunt: *Et ideo cautiſſime conſiderare debetis, ut legatio ueſtra, quam illuc* (ad Imperatores Graecos) *dirigere diſponitis, tanta prudentia tantoque moderamine ſuffulta ſit, ut a nemine neque Graeco neque Romano iuſte ualeat reprehendi, ſed talis ſit qualem ſemper decet in omnibus cauſis ab iſta ſacratiſſima ſede proficiſci. Et ſi ueſtrae ſanctitati placet, ut pro hac ipſa legatione miſſi noſtri ſimul cum ueſtris illas in partes dirigantur et hoc nos tempore congruo ſcire permittite.* Memoratis epiſcopis Imperator *commonitorium* ſiue ſingularem normam praeſcripſit, qua cum Pontifice agerent; ſcilicet excerpta tantummodo Synodi Pariſienſis eidem proponant et *tam patienter ac modeſte cum eo de hac cauſa diſputationem habeant, ut ſummopere caueant, ne nimis ei reſiſtendo eum in aliquam irreuocabilem pertinaciam incidere compellant.* *Baluz.* c. l. p 643 ſq. Quis huius diſceptationis exitus fuerit, non liquet, praeterquam quod Claudius epiſcopus Taurinenſis imagines ex eccleſiis, occlamantibus aliis, deturbare auſus ſit. Gregorius IV non prius ordinatus eſt Pontifex, quam legatus Imperatoris electionem populi examinauerat. *Mabillon.* T. II append. Ann. Bened. c. 52 et auctor des droits de l'empire ſur l'etat eccleſiaſtique p. 473 placitum a. 829 in medium protulit, ex quo cognoſcitur, hunc pontificem miſſorum Imperatoris iudicium non ſubterfugiſſe, quo ad curtes monaſterio

Suadentibus Imp. Conſtantinop. Ludouicus cum Pontif. de cultu imaginum agit.

Claudius imaginum turbator.

8. Gregorius P. probante Imp. electus, huius iudicia non recuſat.

Disseminat tamen discordias. nasterio Farfensi restituendas damnabatur. Postea a partibus Lotharii aduersus patrem stetit, banni fulmina minatus; sed episcopi Ludouico addicti nihil horum metuebant; quin immo in *uita* Ludouici dixisse feruntur, *si excommunicaturus aduenirет, excommunicatus abiret*; quamobrem et Imperator eum indecentius suscepit, quod inusitato more ad se uenerit. *P. de Marca* de C. S. et I. l. IV c. II §. 2. Nunc uideamus episcopos, quorum electionem Imperator quidem §. LXXV, 4 clero et populo permisit; at id saluo iure suo intelligi, nec tamen libertatem electionum plane opprimi uoluit; nec usu quidem perpetuo decretum istud munitum fuisse, ex eo constat, quod et Imperator ipse episcopos constituit, aut certe non probauit electionem, quae sibi non grata esset. Patres in Synodo VI Parisiens. congregati can. XXII eum hortantur, ut in bonis pastoribus rectoribusque constituendis in ecclesiis Dei magnum studium atque solertissimam adhibeat curam. Plura de his *Petr. de Marca* c. l. L. VIII c. 13, 14. Ita Drogonem fratrem Metensibus praesulem dedit; huius ex epistolis apud *Baluz.* L. III miscell. p. 142 sq animaduertimus, Aldricum quoque Cenomannensem in episcopum uoluntate Imperatoris ordinatum esse. Laudo episcopus Tricastinensis assensum praebente Ludouico Imp. eligebatur. *Sammarth.* Gall. Christ. t. I p. 119. et t. IV p. 130 legimus: *quia Albericus uenerabilis Lingonicae urbis episcopus nostram adiens celsitudinem suggessit mansuetudini nostrae de episcopis memoratae urbis iam olim sibi a nobis ad plebem domini nostri IEsu Christi regendam commisso.* Ebbo, seruilis conditionis homo, collactaneus et conscholasticus Imperatoris, ad episcopatum Remensem huius indulgentia euectus est; qui uero postea a. 833 atrocissima quaeque in Imperatorem moliebatur, ac denique se ipsum episcopali officio abdicare cogebatur. Ludouicus suo periculo, imo reipublicae, quod euidenter docet *Thegan.* c. 20, 44 cautior factus lege sanxit, *ne seruilis et originariae* (adscriptitiae) *conditionis personae contra statuta canonum sacris mysteriis applicarentur. Mabill.* T. II Ann. Bend. append. c. LX. *Agobardus* Archiep. Lugdunensis Lotharii factioni deditus ac ualde contumax dignitatem perdidit a. 836 eamque denuo consecutus est. Cum itaque Imperator ius episcopos constituendi plane non abiecerit; interdum priui-

9. Ludouicus episcopos constituit uel approbat.

Drogonem, Aldricum, Laudonem, Albericum Ebbonem,

Ne seruilis conditionis homines sacra tractent. Agobardus amouetur ac restituitur.

10. Potestatem epi-

legii

legii nomine aliis libertatem eligendi impertiuit. Exempli causſa notemus chartam epiſcopo Mutinenſi apud *Vghell.* T. II p. 95 et *Murator.* Antiquit. Ital. T. I p. 772 datam, in qua haec deprehendimus: *qualiter uir uenerabilis eccleſiae Mutinenſis epiſcopus, quia pro ſenectute et infirmitate corporis ad nos peruenire non poterat, miſit quendam presbyterum ſuum nomine Iulianum* - - (nominatim priorum regum chartae confirmantur) *ut ſi poſt deceſſionem epiſcoporum ipſius ſedis talis in clero inuentus fuerit, qui ſecundum canones epiſcopatus honorem et officium habere poſſit, licentiam habeant eligendi inter ſe.* add. *Schannat.* Cod. prob. hiſt. epiſc. Wormat. p. 3. Ludouicus in eccleſias et epiſcopos maxima munificentiae documenta contulit, ſimulque clericos ad recti moris tramitem reuocauit; hinc et ab epiſcopis et clericis cingula balteis aureis et gemmeis cultris onerata, exquiſitasque ueſtes, et calcaria talos onerantia relinqui uoluit. Monſtro enim ſimile ducebatur, ſi eccleſiaſticae familiae deputatus conaretur adſpirare ad ſaecularis gloriae ornamenta. Ita *Auct. uit. Ludou.* p. 369. Sub auſpiciis imperii priſcas firmauit conceſſiones; quod non ſolum *Theganus* c. X memorice tradidit: *Iuſſu renouare omnia praecepta, quae ſub temporibus patrum ſuorum geſta erant eccleſiis Dei et ipſe manu propria ea cum ſubſcriptione roborauit;* ſed et ipſa tabularum monimenta loquuntur. Confirmationi plerumque accedebat receptio in tutelam, exemtio a poteſtate iudiciaria et conceſſio iurium, quae fiſcus habuit. *Baluz.* T. II Capit p. 1404 eiusmodi chartam iura eccleſiae Viennenſis firmantem offert, cuius formulae: *qualiter uir uenerabilis Bernardus Viennenſis ciuitatis et ſancti Mauricii martyris eccleſiae praeſul ueniens ad nos detulit nobis praeceptiones regum anteceſſorum noſtrorum, in quibus inuenimus inſertum, quomodo ipſam ſedem cum cellulis uel rebus ibidem aſpicientibus ſub plenißima defenſione et emunitatis tuitione habuiſſent. petiit namque* - - *cuius petitioni denegare noluimus* - - (reſtituit ac donat praeterea cellulas ad *ſupplementum canonicorum;* et uillam commodis peregrinorum et pauperum deſtinatam) *ut nullus iudex publicus neque quiſlibet ex iudiciaria poteſtate, nec aliquis ex fidelibus noſtris in eccleſias aut loca uel agros ſeu reliquas poſſeſſiones memoratae eccleſiae* - - *ad cauſas audiendas uel freda exigenda aut manſiones uel paratas faciendas aut fideiuſſores tollendos aut homines eiusdem eccleſiae*

ſcopum eligendi permittit Ludouicus Mutinenſi eccleſiae.

II. Ludouicus cleri morum cenſor, in eccleſias beneficus admodum.

Roborat renouatque priſca documenta, eccleſiis in tuitionem recipit;

eccleſ. Viennenſi.

quam et ſolito more a iudicum poteſtate eximit,

cleſiae tam ingenuos quam et ſeruos qui ſuper terram ipſius reſidere uidentur iniuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat uel exactare praeſumat.

concesso praeterea iure fisci. *Et quicquid de rebus praefatae eccleſiae fiſcus ſperare poterat, totum nos pro aeterna remuneratione praedictae eccleſiae concedimus, ut perbennibus temporibus in eleemoſyna pauperum et ſtipendia ſeruorum Dei ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum.*

Pariter ac Ligonenſ. Bettoni epiſc. Lingonenſ. inſtrumenta chartarum inuaſione Saracenorum direpta ac perdita renouat, nominatim poſſeſſiones uarias et eccleſiam S. Gengulfi martyris Chriſti, *quae quondam quorundam principum tyrannica ſacrilegaque temeritate atque inlicita praeſumtione ſine omnipotentis Dei reſpectu ſubtracta fuiſſet, poſtea reſtituta*, firmat, in tutelam ſuſcipit, fiſcum ſuum concedit. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 129 inſtr. et p. 130 ratum habet, quidquid Albericus eiusdem eccleſiae epiſcopus in eam contulit, ipſumque canonicam regulam reparaſſe approbat.

Narbonenſ. T. VI p. 4 eccleſiam Narbonenſem, petente Nifridio archiepiſcopo, ſub defenſionem ſuam recipit, eique quidquid fiſcus exigere poterat indulget. Apud *Mabillon.* vet. Anal. p. 296 epiſcopo

item Cenomanenſ. Cenomanenſi renouantur documenta combuſta: *Quod ſi forte ſuper eisdem rebus ante praefatam exuſtionem a praelatis ipſius ciuitatis iure poſſeſſis quaeſtio orta fuerit, ut pro eis diſceptare neceſſe ſit, ita per hanc noſtram auctoritatem easdem res et mancipia ipſius eccleſiae defendantur, ſicuti per eadem ſtrumenta ſi igne abſumta non fuiſſent, legibus defendi potuerant.* Eamdem clauſulam legimus in charta eccleſiae

Pariſienſ. Pariſienſis apud *Baluz.* T. II Capit. p. 1419, his praemiſſis: *detulit* (Inchadus epiſcopus) *ſerenitati noſtrae quandam auctoritatem* (Caroli M.) *in qua continebatur inſertum, quod per incuriam et negligentiam cuſtodum ipſius eccleſiae ſtrumenta cartarum exuſta uel concremata ſiue perdita fuiſſent, per quae quod plures nobiles uiri pro remedio animae ſuae res et mancipia, quae in eisdem inſtrumentis inſerta fuerant et unde praedicta eccleſia eo tempore legibus ueſtita erat, iure eccleſiaſtico ſecure et quiete rectores ipſius eccleſiae futuris temporibus tenerent atque poſſiderent.* conf. charta eccleſ. Nemauſ. *Baluz.* T. IV miſcell. p. 420; eccleſiae Aurelian. apud *Eumdem* T. II Capit. p. 1410; eccleſ. Auguſtodun. petente Modoino epiſcopo. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 45 inſtr. *Robert.* Gall. Chriſt. p. 202 epiſc. Paderborn.

born. in *Schaten.* Annal. Paderb. p. I p. 71; Wormatienſis in *Schannat.* cod. prob. hiſt. ep. Worm. p. 2; Wirceburgenſis in *Eccard.* comment. de reb. Franc. orient. T. II p. 881 ſq. Vrgellenſ. apud *Marcam* de Marca Hiſp. p. 774. Regimperto epiſcopo Lemouicenſi poſſeſſionem cellae de Carantenago confirmat: *innotuit nobis eo quod quidam Diaconus Mathuſalem ex canonica praedictae urbis, quae eſt conſtructa in honore S. Stephani, iam dudum ei quasdam res iuris proprietatis ſuae tradidiſſet - - ſed ipſam cellulam tam ipſe quam praefatus epiſcopus de rebus adquiſitis poſtea, largiente Deo, plenius ditauerunt, et omnes has res ad ſtipendia canonicorum in praedicta canonica degentium, in noſtra et eorum eleemoſina per eorum teſtamentum delegauerunt; ob quam cauſam petiit clementiam ſerenitatis noſtrae, ut ſuper hac re noſtrum praeceptum ob firmitatis gratiam fieri iuberemus - - Et nullus quilibet ex ſucceſſoribus iam praenominati epiſcopi eandem cellulam in beneficium alicui dare audeat, aut in alteros uſus retorquere praeſumat.* *Sammarth.* G. Chr. t. II p. 164 inſtr. et t. V p. 462 eccleſiae Argentinenſi antiquam poſſeſſionem loci Stilla, chartamque Caroli munit: *quidquid de ipſo uel in ipſo rectores praedictae ſedis ob utilitatem et profectum ipſius facere uel iudicare uoluerint iure eccleſiaſtico perennibus temporibus libero potiantur arbitrio faciendi.* Nominatim confirmantur decimae, aliaque iura epiſcopo Vltraiect. in *Hed.* p. 45: *qualiter domnus et genitor noſter Carolus bonae memoriae piiſſimus Imperator Auguſtus et auus noſter Pipinus et anteceſſores eorum ad ipſam eccleſiam conceſſiſſent omnem decimam - - et ut homines eiusdem eccleſiae ſub mundiburdo et tuitione ipſius eccleſiae exiſterent, nec non et in ripis in Doreſtado, ut nec bannum aut fredum aut coniectum, quod ab ipſis Verſebat uocatur, contingere aut exactare praeſumeret et quisquis ex negotiatoribus in eorum ripas intrare uoluiſſet, nullam contentionem ex hoc feciſſet eis, nec manſiones in eorum domibus ſine permiſſu eorum accipere auderent, nec eorum res dum uixerint auferre aut poſt mortem eorum contingere.* Nonas et decimas reſtituit eccleſiae Cenoman. in *Baluz.* T. III miſcell. p. 27: *conqueſti ſunt* (clerici,) *quod nonas et decimas, unde neceſſarios ſumtus habere debebant, fideles noſtri, qui res S. Geruaſii munere beneficiario poſſidebant aut negligenter perſoluerent, aut penitus reddere differrent, petieruntque et ſuppliciter deprecati ſunt nos, ut noſtra imperialis poteſtas efficeret, qualiter ſecun-*

aliarumque,

Lemouicenſi,

et Argentin. confirmat poſſeſſiones.

Ia. Vltraiectenſi firmantur decimae.

et immunitas a uectigalibus.

Cenomanenſi reſtituuntur nonae et decimae.

dum antiquam consuetudinem et iussionem domini et genitoris nostri Karoli praestantissimi Augusti ac nostram plenius de eisdem rebus decimae et nonae partibus praescriptae ecclesiae S. Geruasii - - persoluerentur - - ut illarum nomina, ex quibus nonae et decimae ad supradictam ecclesiam persolui debent in nostrae auctoritatis praecepto nominatim adscribi praeciperemus. Ib. p. 103: *quia Banzlegbus comes et Saxoniae patriae marchio noster nobis innotuit, quod quandam uillam sitam in pago Cenomanico nomine Lugdunum de iure Cenomanicae matris ecclesiae per nostrum beneficium possideret, de qua per singulos annos nonas et legitimos census atque decimas partibus praefatae matris ecclesiae et eiusdem rectoribus persolueret - - deprecans ut illam - - praesentaliter nostra imperiali auctoritate redderemus.* Ib. p. 155, 171 et 176 eaedem formulae leguntur. Ecclesiae quoque Wirceburgensi decimas aliaque iura confirmat apud *Eccard.* c. l. T. II p. 883: *continebatur etiam in alio praecepto eiusdem domni et genitoris nostri, qualiter inspectas donationes siue traditiones, per quas ipsa ecclesia ditata erat, confirmasset, ut quidquid praedictus Karlomannus siue bonae memoriae d. Pipinus Rex et reliqui Deum timentes homines ad ipsam ecclesiam delegassent tam in ribus quam in marchis ac decimis nec non et de pagensium Heribannis perpetuo pars ecclesiae per easdem largitiones possideret.* Similiter et Hildebaldo episcopo Matisconensi decimas et nonas roborat: *ut omnes qui beneficia ex eadem ecclesia habebant, nonas et decimas annis singulis de eisdem beneficiis darent et ad aedificia ipsius ecclesiae restauranda iuxta uires opem ferrent.* *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 265 instr. Plura *Baluz.* T. III miscell. profert huius Imperatoris in ecclesiam Cenoman. benignitatis documenta. p. 36 eidem reddit monasterium S. Mariae et S. Petri, ita ut *quicquid more ecclesiastico de eo disponere uoluerint, liberam habeant potestatem.* p. 38 de foro iisdem uerbis, quibus pater usus est apud *Mabill.* uet. anal. p. 293 supr. §. LIII, 16 cauet. P. 80 confirmat scriptum quoddam, quod episcopus ipsi obtulit, *sua ceterorumque uenerabilium episcoporum reliquorumque ordinum Deo seruientium, nec non laicorum religiosorumque pariter ac nobilium manibus roboratum.* p 99 reddit ius monetae (de quo et *Mabill* R D. p. 220) his uerbis: *monetam publicam per praecepta bonae memoriae domni et genitoris nostri Karoli et Pipini aut nostri siue Theoderici regis atque anteriorum regum plena eorum auctoritate concessam*

Decimae eccles. Wirceburg.

Matisconens.

Alia instrumenta Cenoman. eccles.

13. eui et monetae ius roborat.

ceſſam praedictam monetam habuiſſent, quae propter ablationem rerum praedictae ſedis eccleſiae ſiue propter uaſtationem earum aliquo tempore licet paruo noſtroque ſiue in fine genitoris noſtri praedicta moneta dimiſſa et propter praedictarum rerum inopiam atque deſolationem ceſſata eſſet. p. 174 permittit epiſcopo Aldrico, ut ſibi oeconomum conſtituat, *quod multa ex his, quae in ſua parochia agere debebat et ad ſuum miniſterium pertinebant propterea quod iam aſſidue in noſtro ſeruitio uel etiam nobiſcum detentus tamdiu commorabatur, neglecta erant tam in praedicatione ſeu confirmatione atque doctrina, quam et in reſtauratione eccleſiarum - - quapropter humiliter deprecatus eſt noſtram clemcntiam, ut liceret ei iuxta canonicam auctoritatem habere oeconomum qui pro illo exteriores curas gereret et noſtra ſeruitia atque itinera prout melius poſſet ſua uice faceret.* Ipſe praeterea donauit multa uel ſponte ſua uel precibus alterius. Ita quae Abbo comes beneficiario munere habuit ipſius comitis petitione reddidit eccleſiae S. Mauritii Viennenſ. *Baluz.* T. II Cap. p. 1433. Nonnullis eccleſiis immunitatem a teloneo largitus eſt. In *Baluz.* c. l. p. 1407 quinque naues eccleſiae Viennenſis ab hoc onere liberat per Rhodanum et Segonnam, flumina; *ne quis teloneum aut ripaticum ſeu portaticum uel etiam ceſpitaticum nec caenaticum uel ſalutaticum, nec ullas redibitiones exigat.* Ib. p. 1418 eadem exemtio, itemque alia a poteſtate iudiciaria eccleſiae Pariſienſi indulgetur: *ut nullus comes neque ulla iudiciaria poteſtas in terra ſanctae Mariae in ipſa inſula conſiſtente ullum cenſum de terra ſanctae Mariae accipiat, nec de familia ipſius eccleſiae, neque de aliis liberis hominibus uel incolis, quae ruſtice Albani appellantur - - nec etiam eis quislibet ullam inquietudinem uel dominationem ſeu ullum bannum contra legem uel illicitam occaſionem facere ſtudeat, neque cenſum quem dicunt foraticum, neque ripaticum, neque ſalinaticum ſeu ullam redibitionem accipere aut exactare audeat - - aduocatus eiusdem eccleſiae tam de ipſa terra ſancti Germani quam de praedicta terra ſanctae Mariae in inſula poſita rectam ac legalem rationem reddat ſine aliqua iudiciaria poteſtate inibi uel banno, niſi in mallo legitimo* (comitis) *uel regali placito, ſicut lex eccleſiarum praecipit.* *Laguille* hiſt. Alſat. p. 19 et *Sammarth.* t. V p. 462 chartam eccleſ. Argent. affert, cui formula inſerta: *ut nullus ueſtrum de rebus quas nauigio aut terreno i. e. cum carris et ſaumariis per regna Deo propitio noſtra homines eiusdem Strasburgenſis eccleſiae negotiandi gratia duxerint,*

14. Eiusd. ep. Aldrico oeconomi conſtitutionem permittit.

15. Donat conſentiente Abbone eccl. S. Maurit. Vienn.

16. Liberat a uariis teloneis eccleſ. Vienn. Pariſienſ.

(Clauſula de aduocato.)

Argentin.

ubicumque accessum habuerint nullum teloneum, aut ripaticum aut portaticum aut salutaticum aut cespitaticum aut rotaticum aut cenaticum aut passionem (pastionem) *aut laudaticum aut thabaticum* (trabaticum) *aut pulueraticum aut ullum occursum uel ullum censum - - exactare audeat.* Dubium non est, quin Imperator interdum ipsum ius telonei exigendi ecclesiis donauerit, quando, quidquid fiscus sperare poterat, neglexit. Ex diplomate Philippi Imp. a. 1199 apparet, Ludouicum et patrem eius Archiepiscopo Salisburg. ius uectigalium concessisse. *Hund.* Metrop. Salisb. T. I p. 51. *P. de Marca* de marca hisp. p 773 chartam eccles. Helenens. praebet, in qua Imperator *mediam partem pulueratici ex rafica et ex mercato similiter seu de pascuario* constituere dicitur. Pulueraticum saepius latioris significationis est. Quid sit *rafica* siue *raficum*, non satis est expeditum. *Cangius* coniectat. *Raficam* ius fuisse, quod dominus habet in naufragiis, Normannis *Warec* dictum. *Schannat.* cod. prob. hist. Worm. p. 5: *ut quanticunque negotiatores uel artifices seu et Frisiones* (Phrygiones) *apud Wingionem ciuitatem deuenissent, omne teloneum eidem ecclesiae concessisset.* Confirmatae commutationis exempla habet *Eccard.* c. l. p. 883: *dedit igitur uir uenerabilis Wulcherus episcopus per nostram sibi datam licentiam - - Wiebaldo comiti ad partem beneficii sui quicquid habebat in uilla, quae uocatur Sterihirobraege, quae sita est in pago Gozfeld - - exceptis duabus ecclesiis cum atriis suis in duobus hobunnis et tribus pueris - - Et e contra in compensatione huius rei dedit antedictus Wiebaldus comes per nostram sibi datam licentiam - - - quicquid habebat infra marcha uillarum duarum, quarum uocabula sunt Qwirinaha et Bleikfeld - - unde et duas commutationes pari tenore conscriptas manibusque bonorum hominum roboratas prae manibus se habere professi sunt.* p. 884 firmat commutationem iam sub Carolo M. inter Bernvvelfum ep. Wirciburg. et Hunrogum comitem factam. *Sed quia tunc interueniente incuria auctoritas imperialis super easdem commutationes nullatenus accepta fuerat, supplicauit celsitudini nostrae &c.* add. charta permutationis episcopi Leodiensis et Norduini in *Lunig.* Spicil. eccl. P. II p. 482. *Baluz.* T. II Capit. p. 1430: *Dedit Flodegarius episcopus Andegauensis urbis partibus Winneradi de ratione ecclesiae suae sancti Mauritii de uilla nuncupata Chamberliaco in ipsa cum consensu Bertae, quae ipsam uillam in beneficio habere uidetur, mancipium nomine Aredium ad suum proprium habendum; in compensatione huius rei dedit - - ad partem praescriptae uillae uel dominae Bertae - - mancipia duo. Vnde et duas commutationes pari tenore conscriptas manibusque bonorum*

17. Concedit ius uectigalium

eccl. Salisburg.

Helenens.

(de rafica.)

Wormatiens.

18. Commutationes ratas habet eccl. Wirciburg.

Leodiens. Andegauens.

norum hominum roboratas illos prae manibus habere professus est. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 266 instr. prodit praeceptum, quo Imperator commutationem inter Hildebaldum episcopum Matisconensem et Warinum comitem ratam habuit. Dedit episcopus uillam Cluniaci Warino et uxori eius Albanae, cum ecclesia eiusdem uillae; haec prima forsan huius loci postea celeberrimi mentio; hinc apparet etiam, ecclesias in ius laicorum transferri potuisse. Eidem episcopo praeterea a. I imperii haec largitur: *res proprietatis nostrae, quae sunt in pago Lugdunensi, in uilla quae uocatur Rosarias, quas olim quaedam femina Dei sanctimonialis Adstrudis domino et genitori meo Karolo bonae memoriae praestantissimo imperatori per cartulam delegauit donationis cum omnibus ad se pertinentibus uel aspicientibus eum mancipiis duobus his nominibus Elmengario uidelicet et Adgerio, cum casa indominicata, curtis, solis (siluis) pratis, peruiis, exitibus et omnibus adiacentiis.* *Sammarth.* t. IV p. 264 instr. G. Chr. Matisconensi, cui et alia largitur.

Addas documentum permutationis in *Meichelbeck.* hist. Frising. T. I instrum. n. 478: *dedit igitur praedictus Atto Episcopus* (Frising.) *de rebus sanctae Mariae, quas ipse regere uidebatur, unacum consensu et uoluntate fratrum ibidem degentium per nostram datam licentiam Ripuino uillam quae dicitur Bouch, quicquid ibidem habere uisus fuit in pago Westergauue.* Frising.

19. Archiep. Senonens.

Quae potuerit esse auctoritas episcoporum in monasteria, ostendit charta Archiepiscopo Senonensi data apud *Baluz.* c. l. p. 1420: scil. ex quibusdam cellis episcopi multum extorquebant, easque ita minuebant, ut monachi uagarentur; prohibentur itaque episcopi in posterum aliquid subtrahere, aut in beneficium dare; *sed ita per omnia conseruare studeant sicuti memoratus episcopus in libelli serie singula adnotando digessit et manu sua subscripsit et in conuentu episcoporum eos qui aderant subscribere rogauit - - salua scil. in omnibus auctoritate et potestate episcopi in cunctis ecclesiasticae regulae disciplinis uidelicet ut easdem cellas sub proprio semper regimine gubernans secundum institutionem sanctae regulae abbates constituat et si necesse fuerit mutet, prauaque quaeque corrigat, superflua reserret, uirentes nutriat, eradicet uitia, atque bonus agricola euellens fruticem patrum seruans instituta, discernat quidem cuique terrae sementem mandare debeat.* auctoritas in cellas quasdam monachorum.

20. Restituit res ecclesiae ablatas.

Restituit interdum praecedente causae cognitione res ablatas. Specimen uide in *Eccard.* c. l. p. 880: *quod quasdam res - - Radulfus quondam comes iniuste de eadem ecclesia abstraxisset; nos uero uolentes scire hanc rem, qualiter se haberet, iussimus Ernarium episcopum et Ermenfridum comitem fideles missos nostros hoc inquirere nobisque renuntiare, quae res dum ab eisdem missis et reliquis fidelibus nostris iuxta ueritatis et aequitatis ordinem diligenter perscrutata et per homines bonae fidei ueraciter inquisita esset, inuentum est,* Causa cognita e. c. eccl. Wirceburg.

ita se habere. *Hanſiz.* in Germ. Sac. T. I p. 155 ex Lazio fragmenta diplomatis, ad ſtilum Ludouici haud recte compoſiti, affert, quo eccleſiae Patau. bona per marchiones abſtracta redduntur: *Reginherus epiſcopus - - Gotofridum marchionem et iudices illius prouinciae in praeſentiam noſtram fecit uenire. Nos uero iuxta legem et iudicio totius populi iuxta traditionem praedicti Imperatoris* (Caroli M.) loca ſuperius nominata ita diſtinximus. Apud *Flodoard.* l. II c. 9 ea, quae eccleſiae Remenſi olim damna illata erant, ampla donatione reſarcit. *Meichelbeck.* T. I hiſt. Friſing. inſtrum. n. 479: *deprecatus eſt excellentiam culminis noſtri uenerabilis Arno epiſcopus, qui ipſam cellulam in beneficium habere uidebatur, ut eam cum omni integritate eccleſiae ſanctae Mariae Friſingae noſtrae emolumento et aeternae retributionis fructu redderemus - - ut rectores praefatae eccleſiae quicquam de ipſa uel in ipſa ob utilitatem et profectum praedictae eccleſiae facere uoluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi et nullus quislibet eam de praedictae eccleſiae poteſtate abſtrahere aut de rebus ipſius cellulae aliquid diminuere praeſumat.* In *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 342 inſtr. *Villamnouam, ſicut eam Robertus comes in beneficium habuit, eccleſiae S. Petri Magalonenſis, ubi Deo auctore Argemirus praeeſt, quia conſtat eam ex praedictis rebus eccleſiae fuiſſe, cum omni integritate* reddit. In *Mir.* T. II p. 1127 et *Sammarth.* G. Chr. t. III p. 43 inſtr. epiſcopo Tornacenſi fundus ex liberalitate per miſſos aſſignatur: *Nos itaque ad hoc praeuidendum et inſpiciendum Irmionem uenerabilem abbatem et Ingobertum et Hartmannum miſſos noſtros direximus, qui hoc praeuiderent et iuxta quod neceſſitas ad eandem clauſturam faciendam exigebat, de fiſco noſtro ex noſtra auctoritate ei conſignarent.* add. *Baluz.* T. III Miſcell. p. 165 et 166. Ceterum archiepiſcopis ſynodalia colloquia habere, et cum ſuffraganeis et chorepiſcopis et archipresbyteris, et monachis excellentioribus negotia eccleſiae pertractare conueniebat, teſtante epiſtola encyclica Arnonis de celebranda Synodo in *Pez.* cod. diplom. c. 9. Quod ad monaſteria attinet, iis quoque ſe bonum et munificum exhibuit; confirmauit et auxit maiorum liberalitatem, recepit quam plurima in tutelam, eaque a iudicum poteſtate liberauit, conceſſa eligendi abbatis facultate. Ingens huius rei documentorum copia nobis eſt in promtu; indicabimus nonnulla. *Marten.* T. II uet. monim. p. 23 in praecepto monaſt. Stabul. *detulerunt nobis praeceptum Childerici Regis, in quo continebatur qualiter uir ſanctus Remaclus detuliſſet ei praeceptiones regis Sigiberti, in quibus erat inſertum, qualiter easdem cellulas nouo opere conſtruxiſſet et de ſua foreſte XII leugas*

Patauienſ.

Remenſ.

Friſingenſ.

Magalonenſis.

21. Ep. Tornacenſi per miſſos fundus aſſignatur.

22. Synodi Archiepiſcoporum.

23. Varia liberalitate monaſteria cumulat Ludouicus.

Antiquis tabulis uim nouam addit e. c. mon. Stabul.

leugas undique mensuratas concessisset. *Baluz.* c. l. p. 1408 in charta monast. Montis oliui in dioecesi Carcasson. *obtulit obtutibus nostris quandam auctoritatem domni et genitoris nostri Karoli piae recordationis Serenissimi Augusti - - hoc nostrae auctoritatis praeceptum immunitatis atque tuitionis gratia fieri decreuimus, per quod praecipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus* (solita formula) *et quicquid de rebus praefati monasterii fiscus sperare poterat, totum nos pro aeterna remuneratione praefato monasterio concedimus, ut in alimonia pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo famulantium perpetuo proficiat in augmentum .. per hanc nostram auctoritatem et consensum licentiam habeant eligendi abbates.* Simile praeceptum legitur ib. p. 1409, 1412, 1414, 1422 pro mon. S. Hilarii in dioeces. Carcasson pro mon. Cormaricens. Solemniacens. et S. Christinae; in *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 167 pro mon. Psalmod. in *Marca* Hispan. p. 766 pro mon. Arulens. in *Mabillon.* I. II A. B. p. 408 n. 16. p. 438, 458, ubi numerus monachorum Cormaricens. 50 definitur. p. 721 in append. n. 42 pro mon. Fossat. p. 724 sq pro mon. b. Anian. *quod Durandus abba inchoauit,* (aiunt Imperatores Ludouic. et Lothar.) *monachos perplures congregauit, abbatem eis nomine Voicam praefecit, et per testamentum confirmationis suae quasdam res et mancipia ibidem delegauit, nec non libros et ministeria ecclesiae uariamque suppellectilem tribuit et cum his omnibus eorum ac ceteris rebus denominatis per chartulam traditionis nobis ad propriam tradidit* (conseruant hanc donationem, immunitatis tuitionem sponderit, liberam abbatis electionem permittunt) *neque hoc monasterium ad episcopum neque ad aliud monasterium ullo umquam tempore ab illis subiiciatur aut in beneficium cuilibet tribuatur.* p. 739 pro Glonnensi S. Florentii. In A. S. Saec. IV P. I p. 212 occurrunt sat longi codicilli, quibus omnes res et iura monast. Anian. roborantur: *Alpes ad pecora alenda - - quas olim praefato monasterio per missos nostros Ragambaldo seu Fulcoaldo comite tradidimus cum omni integritate - - et locum qui dicitur Auraria cum omni integritate, sicut olim a bonae memoriae Ermengarde regina praedicto monasterio traditum est - - omnia haec cum integritate sicuti a misso genitoris nostri Karoli Leydrath Archiepiscopo traditum et marmoribus per cruces et terminationes odsignatum fuit - - insulam suburbanam nuncupatam - sicut quondam Leibulfus comes per auctoritatem nostram cum Notone archiepiscopo ex suo alode excambiauit et iure possedit atque per chartam*

Montis oliui.

24.

Mon. Anianensis. iura omnia roborantur.

chartam donationis praefato contulit monaſterio. Eidem monaſt. hoc beneficentiae documentum ſtatuit: *ut uilla Curcionatis cum omni integritate ſua diebus uitae noſtrae beneficiario munere in dominatione et gubernatione Aniani monaſterii, rectorque illius, utque ſuſtentatione fratrum in eo dominio militantium perſiſtat et quidquid ab ea iure eccleſiaſtico et modo beneficiario facere diſpoſuerimus, liberam habeant poteſtatem.* *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 344 inſtr. Aliud confirmatae chartae ſpecimen ſuppeditat *Besly* hiſt. des comtes de Poictou p. 164: *obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis domni et genitoris noſtri Karoli b. m. piiſſimi Aug. in qua erat inſertum, quod ipſum monaſterium* (Carrofenſe) *Rotgerius quondam comes in ſuo aedificauit proprio et cum omnibus rebus et ornamentis eccleſiae ſeu et cum omnibus appenditiis et adiacentiis ſuis eidem genitori noſtro per chartulam delegauerit donationis &c.* add. *Mabill.* Anal. uet. p. 355. *Schannat.* cod. prob. hiſt. Fuld. p. 87. *Marca* de m. H. p. 767, ubi renouat praeceptiones, quas olim tamquam Rex Aquitaniae dederat, et monaſterium S. Gratae in *tuitionem et dominationem*, ut cetera monaſteria in Septimania, recipit. In *Marten.* T. I uet. monim. p. 63 praeceptum mon. S. Martini Turon. easdem formulas, quibus pater uſus eſt, adhibet. Ib. p. 86 de abbatis electione: *habeant facultatem eligendi de ipſis abbatem, quem optimum et nobilitate generis et probitate morum et in ſcripturis eruditum iudicauerint, et ſi talis inibi quod non optamus reperiri non poterit, tunc imperiali poteſtate id reſeruandum ſtatuimus.* In *Sammarth.* G. Chr. t. V p. 463 parthenona Hohemburg. iam a Carolo in tuitionem ſuſceptum iterum defenſione ſua adiuuat, iudiciariam poteſtatem amouet, et quicquid fiſcus ex rebus monaſt. exigere poterat, eidem concedit. Apud *Mabillon.* de re dipl. p. 613 renouat auctoritatem Hugoni fratri, ſacri palatii Archinotario, abbati Sithienſi, quam Fridugiſo abbati praedeceſſori dederat, ac prohibet, *ne diuiſionem in monaſteriis aut cellis uel uillis ſeu ceteris poſſeſſionibus in quibuslibet pagis et territoriis conſiſtant, faciant aut facere permittant, aut in alios uſus ipſas res retorqueant;* praeterea in mundiburdium recipit, et oneri iudicum iſtud monaſterium ſubtrahit. *Id.* Saec. IV Bened. act. P. II p. 576 chartam porrigit, qua monaſterio S. German. libera abbatis electio datur. Ib. P. I p. 220 electio ab abbate inſtituta confirmatur:

Mon. Carrofenſ.

Mon. S. Gratae.

S. Mart. Turon. cum ſingulari clauſula de abbate eligendo.

Mon. Hohenburgenſ.

Mon. Sithienſ. ne res mon. diuidantur.

25. Abbatem eligi permittit;

matur: *quia uir uenerabilis Benedictus abba, una cum consensu Georgii abbatis Anianensis monasterii, quem ipse ibidem successorem elegerat et monachis ibidem consistentibus seu etiam et Nebridii reuerentissimi archiepiscopi et aliorum seruorum Dei cuidam cellulae in pago Albigensi super fluuium, qui dicitur Aquotis sitae, nuncupante Bellacella . . . tale priuilegium ob firmitatem loci illius concessit, ut semper de ipsa congregatione ibidem eligerent abbates, quamdiu ibi tales inueniri potuissent. Si uero contigisset ibidem illum inueniri minime posse, ut de praedicta congregatione Anianensis monasterii ibidem constitueretur.* Add. *Marten.* thes. anecd. T. I p. 23. approbat electum abbatem Anian.

In *Baluz.* Capit. T. II p. 1424 electionem iterum ratam esse iubet: *qualiter uir illustris Rapo Comes nostram adiit serenitatem, suggerens mansuetudini nostrae eo quod quidam uir religiosus nomine Bonitus quendam locum heremum, quod dicitur Baniolas - - accepisset* (et monasterium condidisset) *sed cum idem abbas diuina iussione solo migrauit, eligentibus ipsis monachis, ut constituerat uenerabilis uir Nebridio Archiepiscopus, Meroaldum uirum uenerabilem in eodem monasterio abbatem constituerunt, quem in nostra praesentia adducens, in manibus nostris eum commendauit &c.* et Baniolens.

Ib. T. I p. 623 confirmat in epistola electionem Truchesindi abbatis Anian Agobardo et Nebridio Archiepiscopis praesentibus factam, hortaturque monachos et abbates, ut concordiae studeant, addens: *si abbas pertinacior in sua, quod absit, sententia permanere uoluerit, tunc nobis id significare prius faciatis quam foris uicinis uestris notum fiat, quia cum in aliis regalem exerceamus potestatem, in uobis tamen paternum semper uolumus obtinere effectum.* et Truchesindum abb. Anian. Imperator sibi reseruat cognitionem causae huius mon. Abb.

Interdum pro his concessis iuribus annuam pensionem exhiberi oportebat. Ib. p. 1426: *postquam comitatum Briuatensem fideli nostro Berengario illustri comiti concessimus, ille ingenio quo ualuit quandam ecclesiam - - in pristinum statum reduxit et in eadem ecclesia Briuatensi constituit triginta quatuor canonicos - - nostram exorauit clementiam ut per nostrum auctoritatis praeceptum constitueremus qualiter praedicta centum mansa nullus exinde abstrahere praesumeret et ut abbatem super se canonici in praedictis locis constituti inter se eligendi licentiam haberent et ipse abbas uel congregatio eius sub nullius ditione fuissent et nemini cuilibet obsequium pro praedictis rebus facerent, nisi tantum ad partem regis annuatim caballum unum cum scuto et lancea praesentassent et in postmodum ab omni exactione uel defunctione publica aut priuata immunes et liberi essent.* 26. Postulat pensionem annuam unius caballi, scuti et lanceae.

Consensu Bernhardi Italiae Regis opus fuit in abbate eligendo apud *Vghell.* t. III p. 590. in mon. montis Amiati. Ex his perspicuum est, non omnibus monasteriis ius abbates eligendi permissum fuisse, quod Capitulare §. LXXV, 4 innuere uidetur. Impetrandum istud erat sigillatim; an parthenonibus quoque datum fuerit, uocauit in dubium *Tenzel.* in histor. uindic. p. 165. 27. Bernhardi reg. consensus ad abb. eligendum requiritur. 28. De iure eligendi abbates ex capitularibus.

29. Ludouicus monasteria extruit in Aquitania. Conchense, item Corbeiense.

p. 165. Deinceps Ludouicum ipsum, qua erat pietate, nonnumquam monasteria exstrui aut reparari uoluisse, constat. Aquitanica nominantur in *uita Ludou.* apud *Pith.* p. 356; inter haec censetur Conchense, cuius ortum Ludouicus ipse enarrat in diplomate in *Baluz.* t. II cap. p. 1416, quo in idem uaria munificentiae genera confert. Assentitur *Ermold. Nigell.* l. I. Praeterea exemplo sit Corbeiense. Ita enim charta *Mabill.* de R. D. p. 514 habet: *quia adiens serenitatem culminis nostri uir reuerentissimus Adalardus Abba ex monasterio Corbeia, quod ei dudum in prouincia Saxonica - - construere iussimus - - suggessit mansuetudini nostrae, ut idem monasterium et monachos ibidem per tempora degentes, cum rebus et hominibus non solum sub nostra tuitione et defensione constitueremus, uerum etiam et talem immunitatem fieri iuberemus, qualem omnes ecclesiae in Francia habent.* Adalardus uero abbas erat constitutus, non electus.

30. Mon. S. Michael. nonas et decimas firmat,

Coenobia iam excitata uariis auxit donationibus Imperator, ornauitque iuribus et immunitatibus. De nonis et decimis agit charta Mon. S. Michael apud *Calmet.* hist. Lothar. T. I prob. p. 297: *praecipimus atque per has literas omnibus quicumque ex largitione nostra uel comitum aut uassorum nostrorum de rebus praedicti monasterii habetis, nonas et decimas annis singulis - - absque ulla contrarietate et negligentia dare non negligatis et ad domos ipsius ecclesiae restaurandas unusquisque pro uiribus suis adiutorium ferre non deseras.*

31. Arnulfo permittit aquaeductum.

Arnulfus abbas in insula Heri petiit, ut sibi liceret in loco Deas monasterium construere et ob commoda monasterii per uiam regiam aquam deducere, constructo eo in loco ponte, ut transeuntibus nihil impedimento esset. *Mabill.* T. II A. B. p. 451 n. 89.

32. Mon. Gellonens. donat fiscum et honorem; describuntur fines et appendices.

Cum adhuc Rex esset Aquitaniae, monasterio Gellon. donauit apud *Mabill.* Sacc. IV P. I Act. SS. p. 86: *fiscum quemdam - - cum omnibus appenditiis et adiacentiis suis sub omni integritate, sicut a misso nostro comite Gotcelmo per cruces in lapidibus sculptas seu decursus aquarum in terminationibus traditum et assignatum est, a genitore nostro et a nobis possessum - - honorem uero illum quem dominus Guillelmus seu alii fideles per instrumenta chartarum praefato monasterio tradiderunt - - concedimus - - haec omnia praescripta cum ecclesiis, uillis uillaribus, domibus, aedificiis, campis, terris, uineis, oliuetis, siluis, garricis,* (agris incultis uel uirgultis obsitis, ab Occitano *Garric*, ilice) *pratis, pascuis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, peruiis exitibus et regressibus, cultis et incultis cum omnibus adiacentiis earum, totum et integrum praedicto monasterio Gallo-ensi per hanc donationis auctoritatem perpetualiter concedimus ad habendum.*

33. Coenobia telonei

De immunitate a uectigalibus monast. Stabul.

Stabul. impertita uid. *Marten.* T. II uet. monim. p. 21 : *nullum teloneum aut ripaticum aut poſtaticum* (portaticum) *aut pontaticum aut ſalutaticum aut cenaticum aut paſtionem aut trauuaticum* (trabaticum) *aut ullam redibitionem accipere uel exigere audeat.* immunia praeſtat e. c. Stabulenſe.

Ib. T. I p. 61 ex charta monaſt. Fontanell. *nec tributa exigenda - - aut pontaticos exigendos aut telonea accipienda aut rotaticos in quibuslibet locis, ciuitatibus ac foris.* Fontanell.

p. 65 eximitur mon. S. Martini Turon : *carra et ſamnatica negotiandi gratia in quoslibet mercatus imperii noſtri direxerint, nullum teloneum ab his neque ab hominibus, qui eis praeſunt, nec pontaticum nec portaticum nec rotaticum nec puluraticum nec ceſpiticum - - exigere.* S. Mart. Turon.

p. 76 mon. Indenſ. T. I theſ. anecd. p. 19 mon. Morbac. Analect. monim. coenobii Flauiniac. ap. *Labb.* T. I, MS. p. 270. In *Baluz.* T. II Capit. p. 1406 mon. Miciacenſ. ratione 3 nauium : *de carris uel ſagmariis ſeu nauigiis uel de quolibet commercio, undecunque uidelicet fiſcus teloneum exigere poteſt, nullum teloneum accipere uel exigere praeſumat. Neque ex nauibus ullum teloneum aut ripaticum aut pontaticum aut portaticum, aut ſalutaticum aut ceſpitaticum aut caenaticum aut laudaticum aut tranſiticum aut puluraticum aut ullum occurſum uel ullum cenſum aut ullam redibitionem.. et ſi aliquas moras in quolibet loco fecerint aut aliquid mercati fuerint aut uendiderint, nihil ab eis prorſus ut dictum eſt exigatur.* Indenſ. Morbac. Flauiniac. Miciacenſ.

p. 1411 ſimile praeceptum de 4 nauibus mon. S. Germani Autiſſiodorenſis de totidem mon. Inſulae Barbarae. *Mabill.* T. II A. B. p. 428 et *Baluz.* c. l. p. 1401 de 2 et pluribus nauibus mon. Cormaricenſ. In *Mabill.* re dipl. p. 515 mon. S. Dionyſii liberatur a penſione ducentorum uini modiorum. *Id.* in Anal. uet. p. 356 pro mon. S. Michael. hanc affert immunitatem: *et de carris et ſagmariis neceſſaria ipſius monaſterii uel congregationis ibidem Deo famulantibus deferentibus nullus teloneum - - exactare praeſumat, neque de patellis* (ſalinis) *quae ſunt in Marſallo et in ſubteriori uico aliquod tributum.* S. Germani Autiſſiodor. Cormaricenſ. S. Dionyſ. S. Michael.

Datur etiam monaſteriis ipſum ius telonei et cenſus exigendi. *Mabill.* de R. D. p. 392 in charta mon. S. Dionyſii: *omne teloneum atque cenſum, quod de mercato anniuerſali per feſtiuitatem S. Dionyſii exire conſueuit, ſicut bonae beataeque memoriae domnus auus noſter Pippinus per ſuum praeceptum eis dedit, quicquid exinde pars fiſci poterat exactare.* 34. Mon. S. Dionyſ. conceditur ius telonei;

Monaſterio Corbeienſe conceſſit ius mercatus et monetae apud *Schaten.* ann. Paderborn. P. I p. 91: *inſuper etiam quia locum mercationis ipſa regio* 35. Corbeienſi ius mercatus et monetae.

Moneta publica mon. S. Medardi.

indigebat, monetam noſtrae auctoritatis publicam ultra ibi ſemper meſſe Chriſto militantibus proficuam ſtatuimus. *Odilo* in translat. S. Sebaſt. c. 43 apud *Mabill.* Saec. IV Bened. P. I memorat, Ludouicum monaſterio Sueſſionenſi S. Medardi inter alia munera *monetam publicam* cum incudibus et *trapezetam* donaſſe. Nihilominus monetae Imperatoris nomine cuſae uidentur. Item p. 90 ap. *Schaten.*

35. Mon. Corbeienſe acquirit ius piſcandi.

Corbeienſibus permittit ius piſcandi; et *quoniam eadem piſcatio* (in flumine Wiſerae) *absque familiis, quae ad eius prouiſionem deputatae fuerunt, fratribus praedictis coenobii non admodum utilis eſſe poterat, idcirco triginta duas familias* addidit.

36. Ius Salinarum.

Et p. 92 ius Salinarum: *quantumcumque in eodem ſale habere uiſi ſumus perpetuo conſiſtat, ſicut diximus, ad neceſſitates ſeruorum Dei in memorato monaſterio degentium fulciendas.*

37. Vacat militia, pariter ac Campidon.

p. 78 uetat, *ne homines tam liberos quam et latos, qui ſuper terram eiusdem monaſterii conſiſtunt, in hoſtem ire compellant, nec iudiciario more diſtringant.* In *Rasleri* append. p. 26 nec coenobio Campidon. haec immunitas denegatur: *memoratum quoque uenerabilem abbatem, ſuosque ſucceſſores ab omni hoſtili expeditione faciendа cum tributariis, quorum memoria in altero praecepto noſtro continetur, liberum eſſe conſtituimus &c.* Subiicitur tamen limitatio: *noliliores quoque perſonas de rebus memorati monaſterii beneficia habentes ab exercitalibus expeditionibus faciendis non excludimus, ſed ad ea facienda ſicut et ceteri liberi homines praeparati habeantur.*

38. Deruenſ. accipit fodinas plumbi.

E tabul. Deruenſ. *Cang.* u. mina: *praeter haec omnia concedimus ſupradictae eccleſiae quendam locum fiſci noſtri ualde neceſſarium et ad fodiendam minam plumbi congruum in pago Launenſe.*

39. Haſenried. liberatur a praeſtationibus publicis.

Monaſterium Haſenried. ab omni publica functione eximitur in *Falckenſtein.* cod. dipl. Nordgau. p. 11, ſi charta non fallit: *ut memoratum monaſterium in eleemoſyna noſtra ab omni publica functione per noſtrae auctoritatis ſcripturam immune eſſe ſanciamus - - - quando contigerit nobis aut illis qui Deo annuente imperialem tenebunt poſt nos obtinebunt per loca eidem monaſterio contigua tranſire tunc iuxta qualitatem uel poſſibilitatem rerum ſuarum ſecundum quod ordinatum fuerit aut ſigillatim aut cum aliis tale ſeruitium cum alimoniis dandis inde exhibeant, ne monachorum ſtipendia exhauriantur.*

40. Vulturnenſes a iureiurando iudiciali immunes.

Chron. Vulturn. apud *du Cheſne* T. III p. 684 liberat monachos a iurando: *nullus audeat abbates uel monachos eiusdem coenobii ad iurandum quaerere, quia contra diuinam credimus eſſe legem, ſed per ſcariones omnibus temporibus finem faciant, ſicut priſca conſuetudo fuit.* §. LIII, 29.

Ecquis

Ecquis omnia largitatis genera enumeret? modo donauit de proprio, enarratis omnibus appendiciis et iuribus, adiectisue conditionibus, modo aliena negotia uel perfecit uel confirmauit. In *Mabill.* Act. S. Bened. Saec. IV P. I p. 221 monasterio Aniano tradidit, quae Willelmus Comes Carolo M. delegauerat, *cum omnibus ibidem pertinentibus uel aspicientibus, cum mancipiis, domibus, aedificiis, terris, uineis, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus cum omnia quae praedictus Wilhelmus per uendiciones, cessiones, donationes adquisierat et praefato domino et genitori nostro tradiderat.* Chron. Farf. apud *du Chesne* T. III p. 654: *de uillis, piscationibus cum piscatoribus suis, seruis, ancillis, libellariis, cartulatis, offertis, gualdis,* (siluis) *molendinis - - hereditate parentum uel de quolibet attractu aduenerunt - - concessimus etiam eis, ut quicquid ex copulatione seruorum ipsius monasterii cum liberis feminis secundum legem Langobardorum ad publicum contingere poterat in eleemosyna nostra per hoc nostrum confirmetur praeceptum.* In eod. p. 383 apud *Muratori. Monasteriolum uero supradictum cum omni integritate, cum ecclesiis, cellulis, territoriis, aedificiis, familis iuste pertinentibus, casis, amassariciis* (massaritiis, h. e. mansis supellectili rustica quadam instructis) *aldiariciis, boullicariis* (bubulcariis) *uaccariciis.* In *Mabill.* T. II A. B. p. 428 n. 50 datur monasterio S. Germani piscaria, quam proauus bonae memoriae Karolus in fluuio Sequanae fieri iussit, ideo Karolivenna appellatam, excepta *una nocturna*, quam monasteria S. Dionysii et S. Petri accipiebant. Ib. p. 474 n. 30 et Saec. IV P. I A. S. p. 64 Elnonensi monasterio largitur, quae ad uictum et uestitum et calceamenta pertinent; censum nimirum de annona, legumine, foeno, formatico, porcis, poledris, camsilis, pastis, uino et ouis percipiendum. Ib. p. 724 in app. n. 47 mon. S. Gregorii partem de foreste sua, contigua monasterio, quae ad fiscum nomine Columbarium spectauit, concessit, cuius fines diligenter describuntur. In *Rettenpacher.* Annal. Gremifan. L. I c. 9: donat *territorium quoddam, quod est in pago Grunzwiti iuxta montem Sumerberch, quod usque modo Serui uel Sclaui eiusdem monasterii ad censum tenuerunt, qui ad partem comitis soluebatur;* accuratius territorii limites definiuntur, idque monasterio traditur, *saluis proprietatibus liberorum Sclauorum.* Ratam habuit donationem matronae alicuius, qua mon. Corbeiense beauit in *Schaten.* Ann. Paderb. p. 117. Apud *Calmet.* in hist. Lothar. I. I p. 298 probat, confirmat precariam: *tunc Hartmannus comes*

41. Enarratio appendicum. (Pensio de matrimonio serui cum libera contracto)

42. Piscaria mon. S. Germani.

43. uictus et amictus mon. Elnon.

44. Mon. S. Gregorii pars foresti traditur.

45. Cremifan. accipit territorium; de liberis Sclauis.

46. Donatio Corbeiensi mon. a matrona quadam facta roboratur;

Gorzienſi mon. precaria. *comes ad noſtram acceſſit clementiam deprecans, ut ipſam precariam quam a ſupra memorato abbate* (Gorzienſi) *Optario acceperat per noſtram mundeburdam et licentiam diebus uitae ſuae ſicut inter eos conuenerat habere potuiſſet - - ita tamen ut per ſingulos annorum recurſus perſoluat in cenſum - - ſolidos quinque denarios aut quantum de cera pretio tanto comparata patefaciat.*

Beneficia ad uitae dies dantur. Ad uitae ſpatium et alia beneficia dedit et roborauit Ib. p. 299: *conceſſimus cuidam fideli noſtro Richodoni abbati in beneficium cellulam - - eo ſcil. modo, ut omnibus diebus uitae ſuae absque ullius contradictione illam quieto ordine teneat atque poſſideat, poſt obitum uero eius - - ad ius monaſterii Senonicae, quod et ad praedictum epiſcopum Metenſem pertinet, ad integrum modis omnibus reuertatur.* *Lunig.* Spicil. eccl. P. III p. 170: *Pro hoc itaque noſtro fauore atque licentia dedit iam dictus uenerabilis abbas* (Campidon.) *Tatto ex ratione monaſterii ſui Radulfo presbytero atque Capellano noſtro qui iam pridem eandem cellulam noſtra largitione tenuit ad habendum in beneficium diebus uitae ſuae - - poſt obitum ſuum reuertantur ad praenominatum monaſterium perpetualiter poſſidendae.*

47. Ordinatio et partitio munitur Abb. S. Dionyſ. Ordinationes et partitiones abbatum firmauit. Exemplum edidit *Mabillon.* de re dipl. p. 392: *quia uir uenerabilis Hilduinus Abba monaſterii Apoſtolorum principis, excellentiſſimorumque Chriſti martyrum Dionyſii Ruſtici et Eleutherii, qui peculiares patroni noſtri adeſſe uidentur, noſtrae ſuggeſſit ſerenitati, quod - - ueluti ſynodales conſcriptiones ſuper reſtitutione iſtius S. Ordinis in eodem monaſterio et noſtrae imperialis poteſtatis confirmatio, nec non et praefati uenerabilis Abbatis Hilduini conſcriptionis charta pleniter narrat ex ordine - - ſtipendia eorum, quae annuatim in cibo accipere debeant, nec non et quasdam uillas, ſpecialiter neceſſitatibus eorum deſeruiendas, conſtituiſſet ac deputaſſet - - ut dentur eis annis ſingulis de tritico puro - - modia duo millia centum* (poſthaec diſponitur quoque de ſigale, uino, bracio, leguminibus, formatico, adipe, ſale, uncto ad cordeueſos (ſiue pelles Cordub.) et ſolas (ſoleas) componendas, butyro, uolatilibus, ſapone, lignis, melle, tribillo, (aliter tibrillo) oleribus, frugibus arborum, pice carpentarii, circulis ad uaſa uinaria praeparanda et operimenta tectorum, ueſtimentis) Similitudine proxime ad hanc accedit charta mon. S. Germani data, qua, *Mabillon.* c. l. p. 521 teſte, traditur pars uillae Mintriaci S. Dionyſio hoc modo: *ut in feſtiuitatibus purificatione uidelicet S. Mariae ac die martyrii beatiſſimorum Petri et Pauli et pro honore omnium*

Mon. S. Germani.

Apoſto-

Apoſtolorum et ſolemnitate glorioſiſſimi Chriſti martyris Sebaſtiani atque in anniuerſario noſtro et dilectae coniugis noſtrae Iuditb., quando hoc Deus uoluerit ex iam dictis rebus monachi - - refectionem habeant. Reformauit monaſteria et reſtituit uariis caſibus diſſoluta. Id teſtantur monaſteria Senonum in *Baluz.* T. II Capit. p. 1420 et literae Imperat. de S. Benigni baſilica reficienda in *Mabill.* T. II A. B. p. 510 n. 20, et pro mon. S. Dionyſii reformando ib. p. 549. (uid. n. 51.) Variis commutationibus robur addidit; *Mabillon.* de R. D. p. 513, ubi permutatione inter Hilduinum Abbatem et Hildulfum facta, confirmatio petitur, quia *duas commutationes pari tenore conſcriptas, manibusque bonorum hominum roboratas ſe prae manibus habere profeſſi ſunt.* Ib. p. 516, et 525. *Marten.* T. I, V. M. p. 79, 80, 85, 94. *Murator.* T. II Antiq. Ital. p. 201, ubi commutatio inter Petrum Abbatem Nonantulanum et Rodulphum Rectorem monaſterii Brixiani S. Saluatoris inita roboratur. *Schannat.* tradit. Fuld. p. 125. *Ioannis* tabul. Spicil. p. 439, ubi Gebehard. comes et Riculf. presbyter res inter ſe commutarunt. *Baluz.* T. II Capit. p. 1423 exhibet notitiam commutationis, ita incoatam: *Inclitus atque triumphator in ſolio ſancto eleuatus Lodoicus diuina ordinante gratia Imperator Auguſtus, cum ipſe potens Aquis palatii in aula regali omnia uniuerſaque luſtraret et cunctorum audiendi cauſas peragraret, rectaque iudicia terminos ponere, ad eius regni conſiſtendi fortia cuncta occurrerent - - miſſum uenerabilem uirum Stabilem epiſcopum dedit, ut inter Anaſtaſium Abbatem* (Conchenſem) *et Bertrannum concambiare et confirmare debuiſſet, quod ita et fecit.* Ipſa monaſteria interdum tradidit eccleſiis, ueluti parthenona S. Mariae Foroiul. Aquileienſi eccleſiae ſubiecit. *Mabill.* T. II A. B. app. p. 737 n. 53. Decidit denique cauſſis per miſſos aliquando cognitas monaſteriorum, et res ablatas reſtituit. *Baluz.* c. l. p. 1432: *detulit nobis inſtrumenta cartarum per quae Anſemundus et coniunx ſua Ansleubama et filia eorum Remila uocabulo Eugenia monaſterium S. Andreae ſubteriorio S. Mauricio condonauerunt et tradiderunt - - inſuper et praecepta piorum regum oſtendit Teuderici ſcil. et Guntranni. Sed monaſterium propter cupiditatem malorum hominum ab eadem eccleſia ſubtractum.* Id. T. I p. 651: *Nos uero hanc rem diligentius ſcire uolentes iuſſimus uenerabilem uirum*

48. Reparat Ludouicus monaſteria.

49. Permutationes eorum ratas habet, e. c. Hilduini Abb.

Abb. Nonantul.

Abb. Conchenſ.

50. Mon. S. Mariae eccl. Foroiul. ſubiicit.

51. Cauſſas monaſteriorum cognoſcit. e. c. Monaſt. S. Andreae. Mon. Derueuſ.

uirum Hebonem Remenſem archiepiſcopum et aliquos ex ſuffraganeis ſuis ad praedictum locum (mon. Deruenſ.) *ire et diligenter intueri, non ſolum ſi ipſe locus aptus eſſet ad monaſticum ordinem obſeruandum, uerum et utrum clerici ibi degentes monaſtice uellent uiuere an non.* conf. *Mabill.* t. II Ann. B. p. 738 append. Ib. apud *Baluz.* p. 675 de

S. Dionyſ. ordine monaſtico in monaſterio S. Dionyſii reſtituto. *Id.* T. III miſcell. p. 131 in epiſtola ad Ionam epiſ. Aurelian. *notum tibi eſſe uolumus, quia peruentum eſt ad nos quod monachi ex monaſterio S. Cari-*

S. Carile- *lephi in egreſſu praeſumtiuo idem monaſterium exſpoliaſſent ornamentis ec-*
phi. *cleſiaſticis tam in theſauro quamque in uaſis ſiue ueſtimentis nec non et libris. Quapropter tibi praecipimus et Henrico Abbati, ut uos omni dili-*

gentia illud inquiratis. *Mabill.* Saec. IV P. I A. S. p. 64 pro mon.

Mon. El- Elnon. *quidam fidelis noſter Leo queſtus eſt eo quod maior de fiſco Bari-*
nonenſi *ſiaco per fortiam tempore Pippini aui noſtri quamdam ſiluam - - abſtra-*
reſtituit *xiſſet et fiſco noſtro ſociaſſet. Cuius nos rei ueritatem cupientes ſcire ai-*
ſiluam, *reximus miſſum noſtrum Haganem uaſallum, qui hanc cauſam in noſtra eleemoſyna inueſtigaſſet et nobis renunciaſſet. qui iuſſionem noſtram expleus ſicut nobis renunciauit, inuenit per legem et iuſtitiam iam dictam ſiluam ad ſupradictam cellam legibus pertinere et per fortiam exinde ablatam fuiſſe - - placuit praedictam ſiluam cellulae S. Petri praeſentialiter red-*

itemque *dere.* *Marten.* T. I, V. M. p. 66 in charta Prum. *nos quoque h.et*
monaſt. *audientes ilico miſſum noſtrum nomine Adalbertum Sanſcalcum uid.cet*
Prum, *noſtrum, qui hoc per ueraces et meliores homines pagenſes ſcil. loci illius diligenter inquireret - - at ille reperit, quod ſerui noſtri aliquam partem ipſius waldi iniuſte ad partem noſtram tenuiſſent - - iuſſimus primum determinationem memorati uualdi et ſicut a miſſo noſtro deſignatum eſt inſe-*

Mon. S. *ri per loca denominata.* p. 89: *Fridugiſus alba - -* (mon. S. Mart. Tur.)
Mart. Tur. *partim per ignorantiam partim uero per ſuggeſtionem quorundam homi-*
uillas in *num quasdam uillas eiusdem monaſterii ſibi ſeruientibus in beneficium de-*
beneficium *diſſet,* (quae reddantur, ut inde fratribus uictus et ueſtimenta, et
datas red- tertia pars uolatilium cum ouis ſubminiſtretur.) add. *Schaten.*
dit. Ann. Paderb. P. I p. 6. *Marca* in M. H. p. 774. *Guden.* Syllog.

Monaſt. I p. 446 in charta mon. Schvvarzac *Inſuper etiam a Comite Ruthe-*
Schvvar- *lino in cuius comitatu ſitus erat locus multas iniurias ſibi inferri et a uil-*
zac, de- *lanorum aſſidua improbitate ſanctam congregationem crebrius perturbari*
fendit ad- *conqueſtus eſt - - id ſibi a noſtra clementia praeſtari petiit, ut trans*
uerſus co- *flumen*
mitem Ru-
thelin.

flumen Renum locum praedictum in propria Salica terra que pertinet ad curiam Vimena renouare liceret - - ecclesiae quoque familia iura sua non negligat, sed in festo B. Petri et aliis statutis temporibus illuc conueniat et placita et reliqua que iusta sunt requirat et quicquid iuris sui est ex integro ecclesiae ut prius persoluat - - ad excolendum et ad reedificandum praedictum monasterium Dregmas argenti damus CCCLX et ad restaurandum ecclesiae thesaurum auri libras X et in reliquos usus uini carratas XX et frumenti malteros CC. Subscripserunt aliquot episcopi, abbates, Diepertus Maiordomus, comites quidam et alii. In *Mabill.* R. D. p. 522, et T. II A. B. p. 546 n. 66 contra Rodericum comitem monast. Fabar. tuetur. In Chron. Farfens. apud *Murator.* T. II P. II p. 378 in not. Abbati Ingoaldo potestas datur *recipiendi monachos et oblatos monasterii sui fugaces ubicumque reperti fuerint.* Ceterum tacendum non est, laicos quoque monasteriis praefuisse. Id enim innuit Capitulare a. 823 c. 8: *abbatibus quoque et laicis specialiter iubemus ut in monasteriis quae ex nostra largitate habent, episcoporum consilio et documento ea quae ad religionem Canonicorum, monachorum, sanctimonialium pertinent, peragant et eorum salubrem admonitionem in hoc libenter audiant et obediant.* Si nobiles fuerint, dicebantur abbacomites et monasteria beneficii nomine tenebant; quin et duces Aquitaniae abbates S. Hilarii Pictauiens. se dixerunt in *Beslio* p. 213, 269 et passim. conf. *Aimoin.* apud Freher. corp. hist. Franc. p. 494. Exemplo Eginhardi, Notarii Caroli M. discimus, unum Abbatem plura monasteria regere et in matrimonio uiuere potuisse. Charta apud *Mir.* T. I p. 18 eum abbatem S. Bauonis Gandau. fitit; epistola ipsius Eginhardi XII Blandiniensem quoque. Idem eiusque coniux Imma Michelstadium, quod a Ludouico P. dono acceperant a. 815, monasterio Laureshamensi donarunt, hac conditione, ut si filios haberent, *unus ex eis in eadem possessione iure precario succederet.* Chron. Laresh. in *Freher.* T. I Script. Germ. p. 106. Alcuinus regebat abbatiam Turonensem, Ferrariensem et Trecensem; Verum itaque esse potuit, quod Elipandus Toletanus ei exprobrauit, se uiginti millia seruorum habuisse. *Mabill.* T. II Ann. Bened. p. 368 n. 31. Benedictus Anian. Abbas XII, et plura monasteria suae prouidentiae commendata habuit. *Mabillon.* in append. ad uitam S. Benedicti

(terra Salica.)

et mon. Fabar. aduersus comitem Rodericum.

Ius uindicandi monachos.

§2. Abbates laici.

Vnus Abbas plura monasteria regebat.

de Eginhardo,

Alcuino,

Benedicto.

Abbates episcopi. De aduocatis.

Saec. Bened. IV p. I p. 218 sq. *Eccard.* c. l. p. 164. Nec rarum erat, abbatem aliquem fuisse et episcopum. Monasteriorum aduocati erant uel conditores ipsi, uel alii primates. Ludouicus Imp. monasterium S. Galli in tutelam suscepit, quod *non ex regalibus donariis, sed ex priuatorum traditiunculis accreuerat, cum nullum priuilegium aliorum monasteriorum, neminem sui defensorem uel aduocatum reperire potuisset*, teste *Monacho S. Galli* in uita Caroli M. uid. supra §. LIII, 26.

§. LXXVII.

De statu politico.

Sed rebus sacris suam Ludouicus curam non terminauit; publicas etiam sibi commendatas habuit, legibusque temperauit. Faciem igitur reipublicae, quam hoc Imperatore prae se tulit, paullo propius cognoscere iuuat. Pater illi puero Ingelheimii armis cincto iam regnum Aquitaniae, Arnoldo baiulo (h. e. directore) aliisque ministris adiutoribus, administrandum, non iure suo possidendum, commiserat; hinc comitia habuit, bella gessit, fines protulit, nouas leges sanxit, et quae incommoda uidebantur u. c. fodrum, abrogauit; Pater haec lubens approbabat, praeterquam quod liberalitatem filii, quae illi infita erat, cohiberet. Fata deinceps extrema praesentiens pater filium piis admonitionibus praemissis, et consentiente populo, coronam imperii sibimet ipsi iussit imponere; patris e uita migrantis ultima mandata sancte exsecutus est et magnopere laborauit, ut iustitiae cultus et morum disciplina ubique regnorum in primis in aula efloresceret. Ideo sororum procos custodiae mandauit, easque ipsas et inutilem feminarum turbam e palatio iussit discedere. *Fideles* et *creditarii* eius siue legati terras peragrabant, ut quomodo ius diceretur uel detorqueretur, inuestigarent. Paucis annis postquam summam rerum adeptus erat Ludouicus, filios ad regni clauum admouit. Lotharius consors imperii, Pipinus Rex Aquitaniae, Ludouicus Rex Baioariae constituti, uel ea mente, ut Atlanti humeros supponerent artemque regnandi regnando discerent, uel ut post fata quoque sua tranquillitatem publicam et inter fratres concordiam firmasse uideretur. At uero imprudenti consilio, bona licet mente capto, infesta omnia. Perlustremus tabulas diuisionis ipsas, quas

Gesta Ludouici R. Aquit.

Imperatoris.

Diuidit imperium.

quas edidit *Baluz.* T. I capit. p. 573, etsi eae a nonnullis spuriae aut certe depraua tae censentur. *Cointe* Ann. T. VII a. 817. §. 334 sq. In exordio huius partitionis a fidelibus se monitum esse dicit Imperator: *sed*, pergit, *quamuis haec admonitio deuote ac fideliter fieret, nequaquam nobis nec his qui sanum sapiunt uisum fuit, ut amore filiorum aut gratia unitas imperii a Deo nobis conseruati diuisione humana scinderetur, ne forte hac occasione scandalum in sancta ecclesia oriretur et offensam illius in cuius potestate omnium iura regnorum consistunt, incurreremus. Idcirco necessarium duximus, ut ieiuniis et orationibus et eleemosynarum largitionibus apud illum obtineremus, quod nostra infirmitas non praesumebat. Quibus rite per triduum celebratis nutu omnipotentis Dei, ut credimus, actum est, ut et nostra et totius populi nostri in dilecti primogeniti nostri Hlotharii electione uota concurrerent.* Addit: *Salua in omnibus nostra imperiali potestate super filios et populum nostrum cum omni subiectione, quae patri a filiis et Imperatori ac Regi a suis populis exhibetur.* C. I et II assignat partes filiis iunioribus: *Volumus ut Pippinus habeat Aquitaniam et Wasconiam et marcham Tolosanam totam et insuper comitatos quatuor* i. e. *in Septimania Carcassensem et in Burgundia Augustudunensem et Autalensem et Niuernensem; Hludouuicus habeat Baioariam et Carentanos et Beheimos et Auaros atque Sclauos qui ab orientali parte Baioariae sunt et insuper duas uillas dominicales ad suam seruitium in pago Nortgaoe Lutraof et Ingoldestat.* Sed quia Ludouicus propter aetatem regno nondum praesse poterat, Audulfo Comiti, et hoc demortuo Giselhardo prouinciam gerendam concredidit Imperator. C. III sua quisque fratrum auctoritate regnet, episcopis tamen reseruato ordine ecclesiastico. C. IV et V: publicae utilitatis causa iuniores fratres quotannis ad seniorem cum donis ueniant, qui eos benigne recipiat. C. VI, VII, VIII senior iunioribus auxilium contra hostes ferat; hi tamen neque bellum neque pacem sine senioris consilio ineant, nec legatis exteris respondeant. C. XI: post decessum patris uniuscuiusque uasallus in potestate domini sui beneficium propter discordias euitandas habeat et non in alterius; qui seniorem non habuerit, cuicumque ex his tribus fratribus noluerit se commendet. C. X: frater legum contemtor primum per legatos aliquoties, deinde a fratribus ipsis moneatur, ac tandem communi sententia coerceatur. C. XI: rectores ecclesiarum Franciae talem potestatem habeant, qualem tempore

monente populo.

praemissis ieiuniis et orationibus.

Referunt sibi supremam potestatem. Lotharius fit imperii consors. Pippini portio, et Ludouici.

Vnusquisque fratrum regnet libere, respectu tamen senioris habito.

Suum quisque uasallus dominum habeat. Frater pertinax coerceatur.

Rectores ecclesiarum suam

potestatem retineant. Tributa &c fratres singuli sibi uindicent. De fratrum connubio, successione, tutela, de regno Italiae, et de electione Imperatoris.

tempore Caroli M. et Ludouici habuerunt. C. XII: tributa et census uel metalla fratres suis ipsorum necessitatibus adhibeant. C. XIII: iunior frater non sine consensu senioris uxorem ducat; nullus uero exteram. Homines fratrum uxores ubicumque inter partes elegerint ducant. C. XIV: Inter decedentis filios non diuidatur regnum, sed populus unum ex illis eligat; reliquis more parentum prospiciatur. C. XV: si quis sine liberis diem obeat, potestas ad seniorem fratrem reuertatur; cum liberis ex concubinis misericorditer agatur. C. XVI: fratrum minorum h. e. qui ad annos legitimos iuxta Ribuariam legem nondum peruenerunt, tutor esto frater senior. C. XVII: regnum Italiae eodem modo filio successori subiectum sit, quo Carolo M. et Ludouico subiectum erat. C. XVIII: In posterum ex filiis ita eligatur imperator, quemadmodum Ludouicus elegit. In comitiis Aquisgr. a. 819 uariae leges condebantur, quas in Capitularibus huius anni deprehendimus. Capit. I c. XVI cautum est: *si quis literas nostras dispexerit i. e. tractoriam, quae propter missos recipiendos dirigitur, aut honores quos habet amittat, aut in eo loco ubi praedictos missos suscipere debuit tamdiu resideat et de suis rebus legationes illuc uenientes suscipiat quousque animo nostro satisfactum habeat.* C. XVII: *ubi tempore aui nostri domini Pippini consuetudo fuit teloneum dare, ibi et in futurum detur - - Nemo cogat alium ad pontem ire, ubi iuxta pontem aquam transmeare potest. Et qui ulterius in talibus locis uel de his qui ad palatium seu in hostem pergunt, teloneum exactauerit, cum sua lege ipsum teloneum reddat et bannum nostrum i. e. sexaginta solidos componat.* §. LIV, 22. C. XVIII: *quicunque liber homo denarium merum et bene pensantem recipere noluerit, bannum nostrum i. e. LX Solid. componat; serui LX ictibus uapulent et si magister uel aduocatus eos non praesentet, bannum componat.* C. XIX: adulteratori monetae manus amputetur. Qui consentit, si liber, LX sol. componat; si seruus totidem ictus accipiat. C. XX: *si quis proprium nostrum, quod in uestitura genitoris nostri fuit, alicui quaerenti sine nostra iussione reddiderit, aliud tantum nobis de suo proprio cum sua lege componat.* Cap. II eiusd. a. legi Salicae addendum c. II *Vult domnus Imperator ut in tale placitum quale ille nunc iusserit ueniat unusquisque comes et adducat secum XII scabinos, si tanti fuerint. Sin autem, de melioribus hominibus illius comitatus suppleat numerum duodenarium. Et aduocati tam episcoporum abbatum et abbatissarum ut eis ueniant.* C. III: *ut unusquisque qui censum*

3. de missis recipiendis. de teloneis. de denariis accipiendis. Monetae adulterator manum amittat. Ne proprium quidpiam Imperat. ipso inuito aliis tradatur.

4. de placito instituendo. de censu regio persoluendo.

censum regium soluere debet, in eodem loco illum persoluat, ubi pater et auus eius soluere consueuerunt. C. VII: *de proprio quod in castellis ab auo nostro conquisitis eo modo uidetur nobis esse faciendum atque discernendum, ut illis tantum proprietatum rerum sui potestatem non habeant, qui quamdiu potuerunt restiterunt et contra illorum uoluntatem in potestate aui nostri uenerunt.* c. VIII: *de rebus unde dominus Karolus Imperator legitimam uestituram habuit, nequaquam uolumus, si nostri testes boni et idonei sint, ut alii aduersus eos in nostram contrarietatem consurgant.* Capitul. V et VI h. a. institutionem missorum continet, quibus cum praescripta superiora, tum Caroli M. commendantur. Cap. V c. XIX: *ut nullus episcopus, nec abbas, nec comes, nec abbatissa centenarium comitis aduocatum habeat.* C. XXVI: si missi episcopi, abbates et comites *longius a suo beneficio recesserint, de aliorum coniecto accipiant, secundum quod in sua tractoria continetur. Vassi uero nostri et ministeriales, qui missi sunt, ubicunque uenerint coniectum accipiant.* c. XXIX: *de dispensa missorum nostrorum, qualiter unicuique iuxta suam qualitatem dandum uel accipiendum sit, uidelicet episcopo panes quadraginta, frisingae (boues) tres, de potu modii tres, porcellus unus, pulli tres, ouа quindecim, annona ad caballos modii quatuor. Abbati, comiti atque ministeriali nostro unicuique dentur cotidie panes triginta, frisingae duae, de potu modii duo, porcellus unus, pulli tres, ouа quindecim, annona ad caballos modii tres. Vasallo nostro panes decem et septem, frisinga una, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ouа decem, annona ad caballos modii duo.* c. XXVII: ab heribanno liberi sunt, *qui a comite propter pacem conseruandam et propter coniugem ac domum eius custodiendam et ab episcopo uel abbate uel abbatissa similiter propter pacem conseruandam et propter fruges colligendas et familiam constringendam et missos recipiendos dimissi fuerunt.* A. 820 uel potius 821 apud Theodonis uillam in generali populi conuentu capitula data V, quorum primum uetat, *ne teloneum exigatur nisi in mercatibus, ubi communia commercia continuantur ac negotiantur.* c. II: *siue carris, siue sagmariis, siue frisingis, siue aliis quibuslibet uehiculis tam eorum qui nobis assidue in palatio deseruiunt, quamque et eorum, qui ad palatium eorum dispensam ducunt, nemo in pontibus, neque in nauibus, neque in quibuslibet aliis locis ab eis teloneum exigere praesumat.* c. III: *nemo ex his, qui pontes faciunt aut de immunitatibus aut de fiscis aut de liberis hominibus cogantur pontaticum de eodem quem fecerunt ponte persoluere.* c. IV: *nolu-*

De proprio in castellis ab auo conquisitis.

Legitima uestitura rerum imper. Karoli.

7. de missis, Centenarius aduocatus ne sit.

de alimentis missis suppeditandis.

Exemtio ab Heribanno.

6. De teloneis non exigendis.

Liber homo ad brolios operas ne praestat. Additiones L. Sal. lex dicantur, non capitula.

nolumus, ut liber homo ad nostros brolios (siluas uenationi accommodatas) *operari cogatur.* c. V: *generaliter omnes admonemus, ut capitula, quae praeterito anno legi Salicae per omnium consensum addenda esse censuimus, iam non ulterius capitula sed tantum lex dicantur, immo pro lege teneantur.* *Baluz.* c. l. p. 631 a. 823 Capitulare, quod *Cont.* rectius forte ad a. 825 refert, admonitionem generalem continet ad utriusque ordinis homines cum instructione missorum dominicorum, quos Imperator in diuersas regni prouincias destinabat. Exponitur Imperatoris prouidentia rei publicae impensa. Partium suarum episcopi, abbates, comites, laici memores esse iubentur. c. XVIII: *de moneta uero, unde iam per tres annos et admonitionem fecimus et tempus quando noua teneretur et aliae omnes cessarent constituimus, hoc omnibus notum esse uolumus, quoniam ut absque ulla ex usatione cito possit emendari, spatium usque ad missam sancti Martini dare decreuimus, ut unusquisque comitum in suis ministeriis de hac mansionem nostram suus possit habere adimplexam.* c. XX: *pontes absque ulla dilatione ab his qui eos nunc fecerunt restituantur et refiantur, ita ut ad missam sancti Andreae restaurati sint.* c. XXIV: *Capitula quae nunc et alio tempore consultu nostrorum fidelium a nobis constituta sunt, a cancellario nostro archiepiscopi et comites eorum de propriis ciuitatibus modo aut per se aut per suos missos accipiant et unusquisque per suam diocesim ceteris episcopis, abbatibus, comitibus et aliis fidelibus nostris ea transcribi faciant et in suis comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis nostra ordinatio et uoluntas nota fieri possit.* Ergo uerisimile est, lingua etiam Teutonica leges promulgatas fuisse, quarum specimen theodisce scriptarum affert *Brouwer.* Annal. Treuer. T. I p. 26; sed dicendi genus huic aeuo non consentaneum uidetur. c. XXV: nominantur missi et loca, in quibus legatione fungantur; et c. XXVI sq. eorum munus perspicue definitur. A. 827 Ansegisus, abbas Fontanellensis et Luxouiensis, capitula Caroli M. et Ludouici P. in IV libris collegit. In primo ecclesiastica Caroli M. in II Ludouici P. continentur; saecularia Caroli M. liber tertius; et Ludouici P. quartus explicat. Cum a. 828 synodos indixisset Imperator, et rempublicam undique emendatiorem reddere instituisset; missos etiam nouis mandatis instruxit, immo per singulas hebdomadas uno die in palatio ad causas audiendas ipse sedere uoluit; ac denique bellum apparari iussit. Addidit singularem missorum normam, quomodo, quae et in quos inquirere deberent. Inquirant primum, quomodo episcopi suum ministerium expleant, quales sint adiutores eorum i. e. Chorepiscopi,

Capitula ubique promulgentur.

Munus missorum.

8. Collectio capitular. Ansegis.

9. Iterum de munere missorum.

ſcopi, Archipresbyteri, Archidiaconi, et Vicedomini et presbyteri. Soliciti ſint de monaſteriis et eccleſiis, imperatoria auctoritate in beneficio datis; de comitibus, et quales miniſtros habeant. *Quae perſonae uel de quibus cauſſis culpabiles ad praeſentiam noſtram uenire debeant diſcernendum eſt, exceptis epiſcopis, abbatibus, comitibus, qui ad placita noſtra ſemper uenire debent.* Capitul. a. 829 p. 658 c. XIII: *poſtquam comes et pagenſes de qualibet expeditione hoſtili reuerſi fuerint, ex eo die ſuper quadraginta noctes ſit bannus reſiſus, quod in lingua Theodiſca ſcaſtlegi i. e. armorum depoſitio,* (proprie ſcuti depoſitio) *uocatur.* c. XV: *quicunque uicarii uel alii miniſtri comitum tributum, quod inferenda uocatur, maioris pretii a populo exigere praeſumſerit, quam a miſſis bonae memoriae genitoris noſtri conſtitutum fuit, hoc eſt, duos ſolidos pro una uacca; id reſtituat et inſuper fredum noſtrum componat et miniſterium noſtrum amittat* p. 672 c. VII: inquirant miſſi, qui in exercitalem ire poſſint expeditionem. *Et qui necdum fidelitatem nobis promiſerunt, cum ſacramento nobis fidelitatem promittere faciatis.* p. 674 c. VII: *de rebus quas Matfredus per diuerſa loca et per diuerſos homines adquiſuit, ipſi qui easdem res ei dederunt interrogentur ſi aliquis eorum eas repetere uelit. Et quicunque hoc ſe uelle pronuntiauerit ad generale placitum noſtrum uenire iubeatur, ut inde cum eodem Matfredo rationem habere poſſit.* Ad a. 837 *Baluz.* p. 685 exhibet chartam diuiſionis imperii, quae tamen iam a. 835 Stremiaci facta uidetur. Lotharius hic plane ſilentio praeteritur. Cap. I ſucceſſionem ita ordinat Imperator, *ut ſi poſt noſtrum ab hac luce diſceſſum aliquis eorum priusquam fratres ſui diem obierit et talem filium reliquerit, quem populus ipſius eligere uoluerit, ut patri ſuo ſuccedat in regni hereditate, uolumus ut hoc conſentiant patrui ipſius pueri et regnare permittant filium fratris ſui in eo regno quod pater eius frater eorum habuit. Quodſi talem filium non habuerit, tunc uolumus ut illa pars regni quam idem habebat, diuidatur aequaliter inter illos fratres qui ſuperſtites remanſerint.* c II et III: ne alter alterius limites inuadat aut hominem fugientem ſuſcipiat; nec c. IV uel noſtrum uel cuiuslibet alterius hominem ſacramentum fidelitatis ſibi promittere faciat. c V: homines unius cuiusque in regno domini ſui et non alterius beneficia accipiant; hereditatem autem in quocumque regno legitime habeat. c. VI: liber homo poſt mortem domini cuicumque trium regnorum uoluerit ſe commendare poteſt. c. VII:

ix. De ſcaſtlegi.

de infereuda.

de rebus Matfredi.

x. Imperium diuiditur atque alia inter fratres excluſo Lothario, diſponuntur.

nullus

nullus ex his tribus fratribus ſuſcipiat de regno alterius a quolibet homine traditionem uel uenditionem rei immobilis - - excepto auro, argento et gemmis, armis ac ueſtibus nec non et mancipiis non caſatis et iis ſpeciebus, quae proprie ad negotiatores pertinere noſcuntur. c. VIII: liceat affinitatibus populos inter ſe ſociare. c. IX: *de obſidibus qui propter credentias dati ſunt et a nobis per diuerſa loca ad cuſtodiendum deſtinati ſunt, nolumus ut ille Rex in cuius regno ſunt, abſque uoluntate fratris ſui, de cuius regno ſublati ſunt, ad patriam eos redire permittat.* c. X: res dubia uexillo crucis Dei, non campo, decidatur. c. XI: filii curam eccleſiarum, in primis eccleſiae S. Petri habeant. c. XII: transgreſſiones emendentur citiſſime c. XIII: pater ſibi ius in filios reſeruat, et poteſtatem bene merentibus maiora, immorigeris ademta, conferendi. Singularum denique portionum terrae nominantur.

§. LXXVIII.

Ludouicus igitur ſciens prudensque nihil reliqui fecit, ut domi atque foris concordia uigeret, ius et fas coleretur, hoſtium impetus frangeretur. Vix dum ſumma rerum potitus erat, foedus cum Leone Imperat. Conſtantinop. per legatos Nortbertum Rhegienſem epiſcopum et Richvvinum Comitem Pictauienſem renouauit. A. 817 iudicium finium in Dalmatia regundorum inſtituit; pars enim Slauorum Dalmatarum parebat Graecis, pars Francis. *Lucius* de regno Dalmat. L. I c. 15. Michael Imp. iterum legatos miſit, pacis confirmationem petituros. Tradebant huius rei cauſſa literas, quae de imaginum quoque cultu tractabant, quasque ſupra §. LXXVI, 7 diximus. Ita uero initium habet: *In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti unius ſolius ueri Dei Michael et Theophilus fideles in ipſo Deo Imperatores Romanorum dilecto et honorabili fratri Hludouico glorioſo regi Francorum, Langobardorum et uocato eorum Imperatori.* Etſi igitur Ludouicum fratrem compellent, Imperatorem tamen Romanorum non agnoſcunt; nefanda dein iconomanias ſpecimina enarrant; concilium habitum fuiſſe; nonnullos uera decreta aſpernatos Romam fugiſſe; rogant Ludouicum, ut ſuos ipſorum legatos Romam deducat. *Baron.* ad a. 824 n. 18 ſq. A. 839 Theophilus pacem et amicitiam itidem roborari

Acta cum Imperatoribus Conſtantinop.

borari uoluit, et a Ludouico auxilium contra Saracenos petiit. Saracenis uero Imperator non tam facilem se praebuit, cum eorum Rex Abulaz in Hispania nouas inducias peteret; prioribus enim non seruatis, bellum Ludouicus indici maluit, sed a. 817 cum Abdiramene Abulazi filio pacem restituit, qua anno 810 iterum rupta bellum acerrime gerebatur, cum Aizo Gothus ad Saracenorum fidem confugisset; pax tamen rursus a. 831 cum legatis Amiramumeni reparata uidetur. In *Weinck.* Eginhart. illustr. p. 92 editur epistola Ludou. ad Emeritanos, quae, praemissis solitis primordiis, inscribitur: *omnibus primatibus et cuncto populo Emeritano in domino salutem.* pergit: *Volumus exercitum nostrum ad marcam uestram mittere - - ad hoc ut si Abdiramen uel exercitus eius in adiutorium contra uos uenire uoluerit, isti per nostrum exercitum impediantur, ut illi et exercitus eius in adiutorium contra uos uenire non ualeant. Nam certos uos facimus, quod si ab illo uos auertere et ad nos conuertere uolueritis, antiquam libertatem uestram plenissime et sine ulla diminutione uobis uti concedimus et absque causa uel tributo immunes uos esse permittimus, et non aliam legem, nisi qua ipsi uiuere uolueritis, uos tenere iubemus, nec aliter erga uos agere uolumus, nisi ut uos amicos et socios in defensione regni nostri honorifice habeamus. Optamus uos in domino semper bene ualere.* Insignia humanitatis officia praestitit Herioldo Regi Danorum, a filiis Godefridi regno eiecto. Iam a. 815 Saxones et Obotriti eumdem regno reddere iussi sunt, idque Balderico Duce tentarunt. Nec res euentu caruit prospero. Recuperauit a. 819 regnum, sed duobus Godefridi filiis sociis assumtis, quibuscum a. 825 in comitiis Aquens. pax sancita. Herioldus uero a. 826 Ingelhemii Christianorum sacris per fontem salutis imbutus et ab Imperatore multis donis cumulatus est. Huius igitur in manus se, regnumque suum tradidit, atque ab eo, tamquam uasallus, equum et arma accepit. Rem omnem pluribus egregie exponit *Ermoldus Nigellus* in l. IV carminis digni, quod legatur. Herioldus post paullo iterum regno exturbatur; in Saxones irruunt Dani, fugant, diripiunt, facinusque missis legatis apud Imperatorem excusant. Horici regis Danorum legati circa Coloniam occisi sunt; qua de iniuria questus Rex Imperatorem ad necem ulciscendam permouit. Quidquid uero Imperator in causis publicis tractauerat, in conuentu factum est procerum, quos sae-

2. Cum Saracenis.

Epistola Imp. ad Emeritanos.

3. Heriolddum R. Dan. adiuuat Ludouicus, enmque ad sacra Christianorum ducit.

4. Negotia comitiorum.

piſſime conuocauit. Sic pacem et bellum decernebat, ſic leges condebat, ſic perfidos puniebat, ſic regna inter filios diſtribuebat, imo ſic ipſe, quod triſte dictu, maieſtate ſua ſpoliabatur: Scil. iam a. 830 filii in patrem inſurgebant, eumque eo adigere laborabant, ut ſe ipſe imperio abdicaret. Ne quid temere molitus eſſe uideretur Lotharius, Compendii comitia habuit; Heribertus, Bernardi frater oculis priuatur, Odo conſobrinus eius mittitur in exilium. Sed cum pater filiis Pippino et Ludouico ampliora regna promitteret, reſtitutus eſt cum coniuge Iuditha imperio, Lothario ad fidem eius confugiente. Hanc ob rem Niumagi conuentum congregauit Ludouicus. *Hilduinum uero Abbatem culpans in errogauit: cur cum ſimpliciter uenire iuſſus ſit, hoſtiliter aduenerit. Qui cum negare nequiret, continuo ex palatio exire iuſſus eſt, et cum pauciſſimis hominibus iuxta Parisiburnam in expeditionali tabernaculo hyemare. Walah Abbas iuſſus eſt ad monaſterium redire Corbeiae, ibique regulariter obſeruari.* *Vita Ludouici.*

Ludouicus imperio depellitur,

ac reſtituitur.

Iudithae regina iurando ſe inſontem probat.

Iudithan coniugem a. 831 Aquis honorifice ſuſcepit, et quidem, *Thegano* teſte c. 37, iubente Gregorio Rom. Pont. cum aliorum epiſcoporum iuſto iudicio. Cur uero Pontifex Rom. his rebus interfuerit, non patet, niſi quod honoris cauſſa res inter perſonas tam elatae dignitatis, ueluti et poſthaec inter Lotharium R. et Theutbergam, tractare uoluerit. Ante uero quam Imperator coniugem reciperet, haec de obiecto adulterii crimine ſe ſecundum *iudicium Francorum* h. e. iureiurando purgauit, eiusque fratres Conradus et Rudolfus, qui iam attonſi erant, etiam reuocati ſunt. Poſt reſtitutionem Ludouicus ſe magis per ordines imperii conſtringi paſſus eſt, ſi nihil fingit *Paſchaſius Ratbert.* L. II uit. Walae c. X: *nihil ſine ueſtro conſilio*, ait Imperator, *actu-rum me ulterius profiteor. Imperium namque a me ut olim ordinatum eſt, una uobiſcum et conſtitutum, ita manere decerno et uolo.* Lotharius in Italiam abire iuſſus imperii ſocietate excludebatur, et nomen eius in diplomatibus tacebatur; in coniuratos capitalis quidem ſententia ferebatur, ſed Imperator eos tonderi tantum, imo multos, qua erat exſuperanti clementia, paullo poſt reuerti iuſſit. Bernardus Dux more Francorum crimina ſibi exprobrata armis diluere cupiebat, ſed, cum accuſator deeſſet, iurando ſe inſontem praeſtitit. A. 832 pater filii Ludouici R. Baioariae, maiorem regni portionem ex promiſſis poſcentis, motus, dum naſcerentur, ſupprimit;

Ludouici auctoritas conſtringitur.

5. Lotharius ab imperii conſortio repellitur. Bernardus iudicium iuramenti ſubit.

6. Turbae Ludouici et Pippini.

mit; Pippino uero ualde pertinaci regnum Aquitaniae adimit, et Carolo tradit; Bernhardus, quem is prauorum consiliorum socium habuit, ducatu mouebatur. Anno denique 833 Imperator a filiis iunctis uiribus impugnatur, et in pago Helisaciae in loco Rotfeld, quem postea campum mendacii uocarunt, a suis desertus et filiis tradere se coactus, custodiae mandatur. Et quamuis filios per Bernhardum episcopum Wormatiensem admonuerit, ut expenderent, se filios esse et uasallos, se pontificem et uasallos patris ab ipso alienasse; Lotharium uero praesertim fratres concitasse; sed qui huiusmodi argumenta ira et regnandi cupiditate inflammatos animos mouere poterant? pater solio deturbandus erat; in factionis igitur partes uocabantur episcopi, Compendii conuentus agebatur, Ludouicum iterum contra canones poenitentiam publicam subire oportebat contumelioſe et imperii gubernacula linquere. Dirum hoc facinus, cuius historia, iudice *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 57, aeterna obliuione delenda, et saeculis omnibus detestanda, quod *Sirmondus* dicit, enarrant *acta exauctorationis* Ludouici Pii apud Compendium palatium et libellus *Agobardi* episcopi Lugdunensis de eodem apud Compendium conuentu et publica Ludouici imperatoris poenitentia, in *Pith.* scriptor. p. 322. *Sirmond.* Concil. Gall. T. II p. 560 sq. Ebbo nimirum Archiepiscopus Rhemensis scriptum composuit, quod delicta imperatoris contineret; de hoc in actis ita legitur: *super quibus cartulam summam reatuum suorum, unde illud specialiter redarguerent continentem, ei dederunt, quam ille in manibus gestabat; I uidelicet reatum sacrilegii incurrendo et homicidii, eo quod fratribus et propinquis uiolentiam intulerit; II quod pactum quod inter filios fuerat factum corruperit; III quia in diebus quadragesimae expeditionem generalem fieri iussit et in extremis imperii sui finibus in coena Domini, quando paschalia sacramenta ab omnibus Christianis rite sunt celebranda placitum generale se habiturum constituit; IV quod nonnullis ex suis fidelibus uiolentiam intulerit; V de diuersis sacramentis sibique contrariis atque perniciosis a filiis siue a populo factis reatum periurii nihilominus incurrisse, VI de diuersis expeditionibus quas in regno sibi commisso non solum inutiliter, sed etiam noxie sine consilio et utilitate fecit. VII in diuisionibus imperii ab eo contra communem pacem et totius imperii salutem ad libitum*

7. Ludouicus Imp. imperio exuitur.

ob uaria delicta, ipsi ab Ebbone obiecta.

ſuum temere factis et in ſacramento etiam, quod iurare compulit omnem populum, ut contra filios ſuos, ſicut contra inimicos ſuos agerent. VIII quod inſuper ad eumulum miſeriarum nouiſſime omnem populum ſuae poteſtatis ad communem interitum traxerit -- poſt haec uero confeſſionem eartulam ſuorum reatuum et confeſſionis ob futuram memoriam ſacerdotibus tradidit, quam ipſi ſuper altare poſuerunt ac deinde cingulum militiae depoſuit et ſuper altare collocauit et habitu ſeculi ſe exuens, habitum poenitentis per impoſitionem manuum epiſcoporum ſuſcepit, ut poſt tantam talemque poenitentiam nemo ultra ad militiam ſeculärem redeat. Ludouicus interea interdiu noctuque uexabatur uehementer, ut reipublicae gubernandae faſtidio captus ſponte ſe contemplationi daret. Sed miram prorſus et inexſpectatam conſtantiam prae ſe tulit, qua Lotharius incenſus patris ſupplicium meditabatur. Ludouicus uero ac poſtea Pippinus filii patrem non ſolum liberari et conſeruari, ſed et reſtitui uoluerunt. Miſit itaque Ludouicus legatos, qui cum patre colloquerentur; hos quidem admittebat Lotharius, ne uero conſilia ſibi aduerſa caperent, comites ſuarum partium Otgarium epiſcopum, Richardum et alios adlegauit, qui miſſos Ludouici impedirent, quo minus perſpicue Ludouici mentem perſcrutarentur, ſignis tamen non nihil indicarunt. Richardus, quem diximus, in gratiam rediit, teſtibus literis *Marten.* T. I, V. M. p. 97: *quod olim famulante nobis Richardo* (a Thegano dicitur Richardus perfidus) *tunc temporis oſtiario noſtro, conceſſimus ei ad proprium quandam uillam noſtram in Arduenna ſitam, cuius uocabulum eſt Villancia, ſed quia emergentibus malis obhortis contra nos factionibus in noſtrum regnum et honorem quadam malenoli conſpirauerunt et eiusdem partis memoratus Richardus fautor exſtiterat atque eum filio noſtro Hlotario relictis nobis abſceſſerat, eadem uilla fiſco noſtro ſociata fuerat. Nunc autem, quia miſerante domino, idem Hlotharius filius noſter una cum ſuis ad noſtram praeſentiam atque concordiam et unanimitatem humiliter properauit indultis ob amorem Dei omnibus, quae in nos male patrauerat, placuit etiam miſericordiae noſtrae, ut praeſcripto Richardo iam dictam uillam pietatis intuitu, ſicut pridem fuerat, ad proprium reſtituere.* adde literas Lotharii c. l. p. 101. Lotharius bellum a fratribus parari animaduertens patrem dimittit, et aliquamdiu barbaro quidem, non infauſto tamen Marte, cum eo contendit, ac ferro et flamma uaſtauit cuncta; Gerbergam, ſanctimonialem,

8. Ludouicus et Pippinus patrem reſtituere laborant.

de Richardo perfido.

9. Lotharius patri ſe ſubmittit;

monialem, Bernhardi Ducis sororem tamquam ueneficam in uase uinario inclusam in Ararim fluuium proiecit; at denique se patri submisit cum affectis, nouamque fidem iurauit. Ludouicus ecclesia iterum suscipitur, armis cingitur et Iudithae iungitur. a. 835 Theodonis uillae conuentum publicum habuit, quo honori pristino redditus iterumque coronatus est. conf. *Natal. Alex.* hist. eccl. t. VI p. 218 in diss. singulari de Ludouici P. imperatoris exauctoratione et restitutione. In comitiis Carisiacens. Carolo filio regnum Neustriae confirmauit, eumque armis uirilibus cinxit. Ludouico R. Baioar. id maxime displicuit, atque adeo patri, quamdiu hic uixit, molestus fuit; Lotharius uero eidem reconciliatur, eiusque assectatores bona recuperant. Mortem sibi imminere sentiens Imperator, Drogoni fratri negotium dedit, ut ministros camerae ad se uocaret et rem familiarem, quae constabat in ornamentis regalibus, describi iuberet; huic etiam, quid singulis distribuendum esset, declarauit; Lothario uero coronam, ensem, sceptrum auro gemmisque redimitum, tamquam Imperatori, misit. Ceterum Ludouicus P. eadem ratione, qua pater, regna gubernauit. Nihil maiestatis iurium optimates sua auctoritate exercebant, nihil ad heredes transmittebant Et quamuis *Theganus* c. 19 scribat: *In tantum larges, ut antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum est, ut uillas regias, quae erant sui et aui et tritaui fidelibus suis tradidit eas in possessiones sempiternas et praecepta construxit, et annuli sui impressione cum subscriptione manu propria roborauit;* non tamen apparet, Ducibus simpliciter subiectis ius perpetuum in prouinciis fuisse. Cum Bego comes Parisiorum obiisset, qui Alpaidi Ludouici Imp. filiae thoro iunctus erat, *diuisit dapes nec non partitur honorem* (h. e. comitatum) *in sobolem propriam Caesar amore patris*, teste *Ermoldo* L. II. Begonis mentio fit in charta Ludouici in *Mabill.* T. II A. B. p. 721. Bernhardum, Pippini filium, iam Carolus M. regem Italiae constituerat, eumque ob minorem aetatem commendauerat Adalardo abbati Corbeiensi. Imperatoribus tamen et Carolo et Ludouico fidem iurare necesse habebat; ac diplomatibus suis annos imperii regni sui annis addebat. Postquam uero Ludouicus cum Lothario imperium communicauerat, Bernhardus malorum hominum consilio perquam funesto, Imperatori obsequium denegare ausus lege iudicioque Francorum

10. hic restituitur.

11. Distribuit thesauros.

12. Ducatus non hereditarii, nec proprio iure possessi.

Begonis hereditas.

13. Bernhardi regis Ital. fata.

capitis damnabatur, ſed ex indulgentia luminibus orbatus, tertio tamen poſt die uiuere deſiit. Hic Bernhardus Cunegundem reliquit uiduam, quae in parthenonem S. Alexandri Parmenſ. multa liberaliter diplomate quodam contulit, cuius meminit *Mabill.* T. II A. B. p. 573 n. 93: *actum in Parma ciuitate regnantibus dominis noſtris Hlodouvico et Hlutharío imperatoribus a. XXII et XVI, XVII Kal. Iul. ind. XIII.* Subſcribunt epiſcopi et alii. Hac tempeſtate Ludouicus fratres ſuos ex concubinis Drogonem, Hugonem et Theodoricum clericis adſcripſit, ne forte Bernhardi ueſtigia premerent.

14. Ludouici ius in Italiam. Quanta auctoritate Romae imperauerit Ludouicus, diximus §. LXXVI, 7. Nec reliqua Italia iurisdictionem eius ſupremam negabat. Quamobrem Grimoaldus Dux Beneuentanus terram ſuam per legatos illi tradidit, et quotannis 7000 ſolidorum tributi loco arcae publicae pependit; quo interfecto cum Dux electus eſſet Sico, hic a. 818 ſe imperatori legatis miſſis de nece purgauit, et ut poſt datam fidem confirmaretur, impetrauit. Winigiſo Duci Spoletano, uita ſolitaria ſenectutem leuanti, ſucceſſit Suppo comes Brixianus; huic Adelhardus comes Palatii, minor uocatus, quem paullo poſt Moringus Brixiae comes ſecutus, nuncio uero dignitatis adeptae uix accepto uitam exuit. Sardi maieſtatem Ludouici miſſis cum muneribus legatis comiter habuerunt; Corſis praefecit Bonifacium, Tuſciae marchionem, qui origine Baioarius *Eccardo* c. l. p. 225 idem, qui Welfo, uidetur, et aduerſus piratas iuſſu Imperatoris in Africam traiectus eſt. Anno 818 Mormannus regiam inter Britones dignitatem uſurpabat; Imperator uero, qui ſe cruce ſignari iuſſerat, ipſe cum exercitu hoſtem aggreditur; Mormanno trucidato, Wihomarcum Ducem inſtituit, cui tumultuanti ac denique interfecto ſuffecit Nomenoium, ſatis fidelem, niſi quod iura Britonum ſtrenue defenderet. Eodem fere tempore Lupus cognomine Centulli princeps Vaſconum turbas mouet, atque in comites Francorum Werinum et Berengarium Marte haud propitio ruit; captus enim et exilio punitus eſt. Iam a. 816 Vaſcones ſeditionem concitauerant, quod Imperator Sigwinum comitem eorum hac dignitate indignum iudicarat; ſed armis coacti ad pacem redierunt. Neque illos Imperator populos, qui a Franciae finibus remotiores erant, neglexit. Liudewitus Dux Pannoniae inferioris omni ſtudio contendebat, ut

De ducibus Beneuent.

Spolet.

de Sardis et Corſis.

15. Res Britonum ordinat Ludouicus,

16. et Vaſconum.

17. Bella cum Liudewito geſta.

ut a Francorum imperio se diuelleret. Attamen ut perfidiae colorem daret, de Cadolao comite et Marchione Foroiulienſi conqueſtus eſt, et cum ad arma uentum eſſet ſat feliciter dimicauit, quamquam Baldricus, Cadolai ſucceſſor, et Borna Dux Dalmatiae, cui Guduſcani et Timotiani a Bulgaris deficientes ſe ſubdiderant, ei nonnihil damni attulerunt; Bornae uita defuncto Imperator Ladislaum nepotem eius petente populo ſubſtituit; Fortunatus uero Patriarcha Gradenſis multis a Carolo M. et Ludouico beneficiis cumulatus ad Liudeuiti partes ſeceſſit, qui denique a. 822 pacem petiit et anno ſequenti a Ludemillo, auunculo Bornae, trucidatus eſt. Cum Bulgaris de finibus regundis a. 825 agebatur; ſed deinceps in Pannoniam ferebantur infeſti; Balderici Ducis Foroiulienſis erat, fines defendere, ex inertia uero terras naſtari permiſit; quapropter Imperator illi Ducatum ademit, eumque inter quatuor comites diſtribuit. Saxones ipſi adeo addicti erant, ut eos cum Francis orientalibus aduerſus Sorabos Slauos mitteret compeſcendos. Trafico Dux Obotritorum reliquit Ceadragum filium heredem dignitatis, ſed minoris aetatis. Sclaomirus igitur ad tempus aliquod reipublicae prouidere debebat, cum uero probante Imperatore Ceadragus ipſe regnare cuperet, iſte a Francis defecit. De Ceadrago grauis oritur ſuſpicio, quam ut a ſe amoueret ipſe Ludouicum adiit, et ab eo reſtitui meruit. Imperator etiam a. 823 inter Wilzorum regulos fratres litem de regno compoſuit. Bera Comes Barcinonenſis infidelitatis a Sanila poſtulatur, quicum *ſecundum legem propriam, quia uterque Gothus erat, equeſtri praelio congreſſus eſt*, ſed, cum uictus occidi deberet, Imperator mitis exilium tantummodo illi decreuit. *Vit. Ludou.* p. 375. Pugnam in equis et haſtis inſolito more peractam canit *Ermold. Nigellus* L. III. Quemadmodum uero rerum publicarum moderatoribus nihil optabilius obtingere poteſt, quam fidis adminiſtris adiuuari: ita Ludouicus bonus nimis, at non ſatis perſpicax, horum artibus ceu maris tempeſtatibus iactatus poſteritati mirum ſpectaculum praebuit. Wala, Bernhardi Ducis filius, comes, ſummo apud Carolum Imperatorem loco habitus, Ludouico quidem ſe ſubiecit; aſt haud multo poſt idem cum fratre Adalardo abbate Corbeienſi ob inuidiam magis quam criminis machinationem abire iuſſus eſt. Corbeiam ergo ſe contulit, uitamque monachi

18. Cum Bulgaris de finibus certatur.

19. De Saxonibus et Slauis.

20. Bera Barcin. comes duellum ſubit.

21. Imperatoris miniſtri.

Wala, homo callidus et imperioſus.

monachi uiuere coepit; frater uero quasi unus ex ignobilibus ad Heri insulam mittitur. Mox rerum facies mutabatur. a. 822 eo Ludouicum perduxerunt, ut in conuentu publico Attiniaci, quidquid iniuriarum Bernhardo, ex fratre nepoti, Adelardo et Walacho intulisset, detestaretur, atque hos reuocaret. Adalhardus librum de ordine palatii, tamquam normam perpetuam Imperatori obtulit; suaque et Walae opera nouam Corbeiam in Saxonia instituit. Lothario in Italiam misso pater Walam et Gerungum Ostiariorum magistrum adiunxit. Adalardo, abbati utriusque Corbeiae, a. 826 mortuo successit in Corbeia ueteri Wala, in noua Warinus. Nondum obliuione ueterem obruerat noxam Wala; fastus crescebat; cum igitur multa Imperatori uitia regni exprobrarentur, hic in primis in comitiis a. 829 in eum declamabat, imo naeuos literis consignatos tradebat. *Paschasius Rathertus* in uita Walae L. II nonnulla memoriae prodidit, quae si tacuisset, herois sui famae consuluisset melius. Passim in Bernhardum Camerarium, cuius sororem coniugem habuit, uehementer inuehitur. c. 2 ita studium imperatorem a rebus ecclesiae arcendi ostendit: *Habeat igitur Rex rempublicam libere in usibus militiae suae ad dispensandum, habeat et Christus res ecclesiarum quasi alteram rempublicam omnium indigentium et sibi seruientium usibus, suis commissam ministris fidelibus.* c. 4: *Identidem autem et tunc plurimum detestatus est, quod episcopatus secundum canonicam auctoritatem non rite darentur, neque electio seruaretur.* Seuere monuit Imperatorem, ut idoneos magistratus constitueret. *Alioquin tu Rex*, inquit c. 2, *nisi seruaueris, quod praeceptum est fortior tibi cruciatus instat et omnibus in te, si auertatur Deus, unus interitus.* Qua de causa Imperator hoc proteruum caput in insulam Heri deportauit; sed postquam filiorum Ludouici coniuratio eruperat, iterum e custodia emissus Imperatori molestus fuit, donec a. 836 cum pluribus aliis Lotharii assecla animam efflauerit. Varia quoque Bernhardi Ducis Septimaniae fortuna erat. Quo maiorem fiduciam in eo collocabat Imperator, eo grauiori odio illum exponebat, cum praesertim Bernhardus Hugonem, Lotharii socerum, et Matfredum comitem Aurelian. inertiae, quod aduersus Saracenos iusto tempore suppetias non tulissent, accusasset; quos ideo Imperator dignitatibus priuat. Augebatur inuidia, cum Imperator eum ad se uocatum Camerarium

22. Fata Bernhardi Ducis.

rium conſtitueret, et quia officii rationes poſtulabant, ut frequentior cum Imperatrice uerſaretur, neſcio quas artes magicas, quae adulteria fingebant inimici. a. 830 coniuratorum motus eum cogebant, ut Barcinonem ſe reciperet; turbis uero compoſitis, ſe ſceleris purum iurando probauit, ſpe certiſſima fretus fore, ut priorem poteſtatem recuperet; ſed fata non annuebant; hinc ulciſcendi cupiditate ita inflammabatur, ut Pippinum in patrem incitaret; et quamuis hanc perfidiae notam duello abſtergere uellet, ducatu tamen expellebatur, cui uero, poſt Imperatoris reſtitutionem ſua aliorumque opera perfectam, redditus ac Toloſae comitatu auctus eſt. Durior dehinc Septimanis erat, eorumque legem anitam h. e. Gothicam tollere conabatur; Imperator igitur hanc cauſſam miſſis cognoſcendam dirimendamque dedit. Ceterum non omnes adeo peruerſi erant, ut iudicium duelli, aliasque diuini numinis prouocationes nefarias laudarent. De Agobardi libris uid. §. LXXXI, 6. In Concilio Valentin. III c. 12 iudicii duelli abrogatio Lothario Imp. iterum ualde commendabatur.

93. Iudicium duelli improbatur.

§. LXXVIIII.

Iam ad priuatorum res contemplandas mentem dirigamus. Quemadmodum uero ueterum Germanorum leges potiſſimum crimina perſequantur et rem iudiciariam diſponunt: ita et Ludouicus hunc morem tenuit. Capit. I a. 819 c. 3 de uiduis et pupillis et pauperibus praecipit, *ut quandocunque in mallum ante comitem uenerint, primo eorum cauſa audiatur et definiatur. Et ſi teſtes per ſe ad cauſas ſuas quaerendas habere non potuerint uel legem neſcierint, comes illos uel illas adiuuet dando eis talem hominem, qui rationem eorum teneat, uel pro eis loquatur.* c. X: ſi teſtes ab utraque parte producti inter ſe diſſentiant, *eligantur duo ex ipſis i. e. ex utraque parte unus, qui cum ſcutis et fuſtibus in campo decertent. Et Campioni, qui uictus fuerit, propter periurium, quod ante pugnam commiſit, dextera manus amputetur.* In *Mabill.* T. I muſei Ital. P. II p. 49 additur: *ſi flebiliores fuerint ipſi teſtes, tunc ad crucem examinentur.* De examine crucis uid. ſupra §. LIII, 16. In cauſſis eccleſiaſticis aduocati in mallo publico litem coram comite terminent *Teſtes non aliunde quaerantur niſi de ipſo comitatu, in quo res, unde cauſa agitur, poſitae ſunt. Si autem contentio, quae inter eos exorta eſt, in confinio duorum*

De cauſſis ſingulorum.

Priuilegia uiduarum, pupillorum &c.

teſtes diſſentientes inter ſe pugnent in campo.

Vnde teſtes arceſſantur.

Mannitio. *comitatuum fuerit, liceat eis de uicina centena adiacentis comitatus ad causam suam testes habere.* c. XII: *si quis de statu suo i. e. de libertate uel de hereditate compellandus est, iuxta legis constitutionem manniatur; de ceteris uero causis, unde quis rationem est redditurus, non manniatur, sed per comitem banniatur. Mannire* h. e. in ius uocare est aduersarii; *bannire*, iudicis. c XIV: *Vbi antiquitus consuetudo fuit de libertate sacramenta adrhamire uel iurare, ibi mallum habeatur et ibi sacramenta iurentur. Mallus tamen neque in ecclesia neque in atrio eius habeatur. Minora uero placita comes siue intra suam potestatem uel ubi impetrare potuerit habeat. Volumus utique ut domus a comite in loco ubi mallum tenere debet construatur, ut propter calorem solis et pluuiam publica utilitas non remaneat.* c. VI: *si quis res suas pro salute animae suae uel ad aliquem uenerabilem locum uel propinquo suo uel cuilibet alteri tradere uoluerit - - et eodem tempore extra eundem comitatum fuerit .. adhibeat sibi uel de suis pagensibus uel de aliis, qui eadem lege uiuant, qua ipse uiuit, testes idoneos, uel si illos habere non potuerit, tunc de aliis quales ibi meliores inueniri possit et coram eis rerum suarum traditionem faciat et fideiussores uestiturae donet ei, qui illam traditionem accipit, ut uestituram faciat.* c. IV: *qui uiduam intra proximos triginta dies uiduitatis suae sibi copulauerit, bannum nostrum i. e. LX sol. in triplo componat. Si inuitam eam duxit, legem suam ei componat, illam uero ulterius non attingat.* c. IX: *si quis sponsam alienam rapuerit, cum sua lege eam reddat. Et si hoc defensor eius perpetrari consenserit et ideo raptori nihil quaerere uoluerit, comes singillatim de unaquaque re freda nostra ab eo exactare faciat; sponso uero legem suam componat et insuper bannum nostrum i. e. LX sol. soluat.* c. XIII: *si quis aliqua necessitate cogente homicidium commisit, comes in cuius ministerio res perpetrata est et compositionem soluere et faidam per sacramentum pacificare faciat.* c. VII: *Homicida Wirgildum componat; in exilium ad aliquod tempus mittatur; res tamen suas non amittat.* c. VIII: *in compositionem Wirgildi uolumus, ut ea dentur quae in lege continentur; excepto accipitre et spata, quia propter illa duo aliquoties periurium committitur, quando maioris pretii quam illa sint esse iurantur.* c. XV: *si liber homo de furto accusatus fuerit et res proprias habuerit, in mallo ad praesentiam comitis se adhramiat. Et si res non habet, fideiussores donet qui eum adhramire et in placitum adduci faciant. Et liceat ei prima uice per sacramentum se secundum legem idoneare, si potuerit. At si alia uice duo uel tres cum de furto accusauerint, liceat ei contra unum ex his cum scuto et fuste in campo conten-*

locus Malli.

Quomodo fiant traditiones.

Ne uidua intra XXX dies uiduitatis proximos ducatur.

De raptu sponsae alienae.

De homicidio necessario.

De Wergeldo.

Defensio contra accusationem furti.

contendere. c. XI: *cuiuscumque hominis proprietas ob crimen aliquod quod idem habet commissum in bannum fuerit missa et ille re cognita, ne iustitiam faciat, uenire distulerit, annumque ac diem in eo banno illam esse permiserit, ulterius eam non adquirat, sed ipsa fisco nostro societur &c.* In Capitul. III b. a. reperitur latior interpretatio c. I, XI, XIV, XXVI, XXXVI, XLVI et XLVII legis Salicae. Capitul. IV eiusd. a. c. I praecipitur, *si mancipia dominos suos fugerint in alienam potestatem, ut propter hoc nullum praemium accipiat ille in cuius potestate fuerint inuenta, pro eo quod ea uel reddiderit uel foras ieceris.* uid. c. VI. c. III: *quicunque suum beneficium occasione proprii desertum habuerit et intra annum postquam ei a comite uel a misso nostro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipsum beneficium amittat.* c. IV: *si quis terram censalem habuerit, quam antecessores sui ad aliquam ecclesiam uel ad uillam nostram dederunt, nullatenus eam secundum legem tenere potest, nisi ille uoluerit ad cuius potestatem uel illa ecclesia uel illa uilla pertinet, nisi forte filius aut nepos eius sit, qui eam tradidit et ei eadem terra ad tenendum placitata sit.* c. V: *de frugibus terrae et animalium nutrimine nonae et decimae persoluantur.* c. VI: uestitura domni Karoli genitoris nostri non impediat, quominus mancipia fugitiua domino reddantur. c. VII: *quicunque foreste nouiter institutas habet, dimittat, nisi forte indicio ueraci ostendere possit, quod per iussionem siue permissionem domni Karoli genitoris nostri eas instituisset.* c. VIII: pontes per diuersa loca emendentur. Capitulare Ingilenheimense a. 826 c. I statuit: *si quis infra regnum rapinam fecerit aut cuiquam nostro fideli eiusque homini aliquid ui abstulerit, in triplo cui aliquid abstulerit legibus componat et insuper bannum nostrum i. e. LX sol. nobis persoluat. Postmodum uero ante nos a comite adducatur, ut in bastonico* (arcta custodia) *retrusus usquedum nobis placuerit poenas luat.* Capitul. a. 829 p. 667 c. VI et VII: qui testes in periurium scientes induxerunt, aut in pace uiuere nolunt, sub fideiussoribus ad palatium uenire compellantur. c. X: *Collectae ad malefaciendum fieri omnimodis prohibeantur.* c. XII: *ut examen aquae frigidae omnibus interdicatur ne ulterius fiat.* p. 669 iudicium feruentis aquae seruos subire oportebat. Sed haec Ludouici constitutio usu non probabatur, neque iudicium aquae frigidae ab Eugenio II Pont. institutum aut approbatum esse confirmat *Natal Alex.* hist. eccl. t. VI p. 6. p. 670 c. II: *quicunque propter cupiditatem rerum patrem*

De proprietate aliqua in bannum missa.

2.

3. Serui fugitiui gratis reddantur.

Beneficia deserta intra annum colantur.

Cui terra censalis tradenda.

Nonae et decimae.

Ne noua foresta sine Imp. permissione instituantur.

Pontes reparentur.

4. Poena rapinae.

5. Ne testes in periurium adducantur, Collectae et examen aquae frigidae prohibentur.

De parricidio.

aut matrem aut fratrem aut ſororem uel nepotem uel alium propinquum ſuum interfeceris, hereditas eius interfecti ad alios ſuos legitimos heredes perueniat, interfectoris uero hereditas in fiſcum redigatur; ipſe uero ordinante epiſcopo publicae poenitentiae ſubdatur. c. III: *quicumque propria uxore derelicta uel ſine cauſa interfecta aliam duxerit uxorem, armis depoſitis publicam agat poenitentiam.* c. IV: *quicunque res alienas cuilibet homini uendiderit et ipſe, qui tunc easdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio aut alteri cuilibet mecum legitimos annos habenti iuſtitiae tollendae cauſa tradiderit, ſi pater eiusdem paruuli uixerit, ipſe intret in cauſam rationem reddendi pro filio ſuo. Si autem pater ipſe mortuus eſt, legitimus eius propinquus.* c. VI: *de liberis hominibus qui proprium non habent, ſed in terra dominica reſident, ut propter res alterius ad teſtimonium non recipiantur, coniuratores tamen aliorum liberorum hominum ideo eſſe poſſunt quia liberi ſunt.*

Si minori fraudulenter aliquid uenditur.

De teſtimonio liberorum hominum.

§. LXXX.

Si chartas inſpiciamus, uariam iterum hominum conditionem deprehendimus. *Chron. Vulturn.* p. 684 in tabulis appellat *Cortiſianos: Statuimus quoque, ut nullus ex ſeruis aut ex familia eiusdem monaſterii uel eos, quos Cortiſianos uocant, audeat inquietare aut quodlibet penſum eius exactor tollere uel exigere praeſumat.* Ita a Cortibus dicti, quas curabant uel incolebant. *Liberos Sclauos* ſupra §. LXXVI, 45 apud *Rettenpacherum* uidimus; itemque *libellarios, chartulatos, offertos* &c. in *Chron. Farf.* Familiae eccleſiae apud *Baluz.* T. II Cap. 1418 opponuntur *aibani* h. e. incolae aduenae. *Arimannorum* conditionem liberam arguunt chartae *Chron. Farf.* p. 657: *ut ſecundum tenorem antiquorum praeceptorum, quae reges Langobardorum nobis dederunt de Arimannis feminis, quas ſibi pertinentes huic monaſterio in coniugio ſociauerunt, ut poſt tranſactum annuale ſpatium ſecundum dicti tenorem ſic eos easque poſſideamus, nobisque proprio nomine uindicemus.* et apud *Vghell.* pro eccleſ. Veron: *Inſuper etiam placuit noſtrae ſerenitati de famulis eiusdem monaſterii definitiones facere, uidelicet feminis liberis, quas Itali Herimannas uocant, quae ſe famulis ipſius eccleſiae et monaſterii copulauerunt.* In praecepto eccleſ. Mutin. in *Murator.* T. I antiq. p. 771 *ſuccidiales* memorantur:

Cortiſiani.

Liberi ſclaui. libellarii.

Albani.

Arimanni.

Succidiales.

tur: *in primis confirmationem, quam Cunipertus Rex fecit ad ecclesiam S. Geminiani de uilla Poxtolo siue tributum uel succidiales atque angarias, quas serui eiusdem S. Geminiani ad ipsum Casalem laborandum et excolendum habuerunt.* Quid sint succidiales? num pro *focidiales* scriptum, ut designentur reditus percepti ex armentis et gregibus in *socio datis?* num a *succidendo* siue, ut aiebant, *runcando* siluas ac a subigendis agris antea incultis, haeret *Muratorius.* De mansis 2.
absis et uestitis uid. *Marten.* T. I, V. M. p. 88. Modi agrorum Bonnaria, iornales.
erant *bonnaria*, a *bonna*, termino, *iornales*, *arpenni*, *obae* siue hubae. *Chapeauuill.* T. I hist. Leod. p. 148 sistit *curtem dominicatam cum mansis letalibus* (lidialibus) *et seruilibus.* Quae iure beneficiario Mansi letales. 3.
possessa sunt, dedit interdum in ius proprium, monstrante charta Beneficia dantur in ius proprium.
Adelberto concessa in *Ioannis* tabul. spicil. p. 441. uid. n. 12. De propriis uero simul liberam disponendi facultatem largiebatur. 4.
Documento est charta *Rasleri* append. p. 31: *de nostro iure in ius* Libera de propriis disponendi facultas conceditur.
ac potestatem ipsius solenni more transferimus ea conditione, ut quidquid ab isto die et deinceps de eisdem rebus et mancipiis iure proprietario sana mente facere decreuerit liberum et firmissimum in omnibus habeat potestatem faciendi. In *Marten.* T. I, V. M. p. 90 confirmat testamen- 5.
tum uasalli: *qualiter Batericus uasallus noster - - quandam uillam sui* Testamentum donationis roboratur.
iuris quam nuperrime ex nostra largitione in proprium perceperat, solenni more per testamentum donationis manu sua et uirorum inlustrium manibus roboratum eidem monasterio delegasset. Nam ut nobis ita factum extitisse patesceret obtulerunt praesentiae nostrae largitionis auctoritatem et testamentum donationis et traditionis. Apud *Marcam* in Marc. Hisp. 6.
p. 771 Wimaro ius ad heredes res concessas transmittendi con- Ius hereditatis datur,
fert: *ut ei et fratri suo Radoni nomine tale concederemus priuilegium quatenus res quas genitor eorum per concessionem patris nostri Caroli praestantissimi Imperatoris ab eremo in Septimania trahens ad uillam construxit - - liceat eis nostra auctoritate eamque tenere et possidere suisque heredibus hereditario iure conferre similiter faciendo quidquid elegerit.* Sub auspiciis Ludouici imperii, teste auctore uitae Ludou. *Saxonibus* et Saxonibus et Frisonibus restituitur.
et Frisonibus ius paternae hereditatis, quod sub patre ob perfidiam legaliter perdiderant, imperatoria clementia restituit; quod alii liberalitati, alii improuidentiae assignabant, eo quod hae gentes naturali feritati assuetae, talibus habenis deberent coerceri, ne scilicet effrenes in perduellionis pro-

cacitatem ferrentur. Exſtat in *du Cheſne* hiſt. Franc. T. II p. 724 epiſtola Saxonis cuiusdam, qua ab Imperatore hereditatem ſuam repetit. Per miſſos priuatis etiam ius dixit, et ſuum cuique tribuit. In *Schaten.* Ann. Paderb. p. I p. 65 fit reſtitutio: *quae res dum ab eisdem miſſis et ceteris fidelibus noſtris iuxta ueritatis et aequitatis ordinem diligenter perſcrutata et per homines bonae fidei ueraciter inquiſita eſſet, inuentum eſt, illos res eorum iniuſte amiſiſſe, eo quod illas forfactas non habuerunt nec infideles fuerunt.* Quid in teſtibus admittendis ſibi ſumſerint Saxones, docet *Rabanus Maurus* in Opuſculo contra eos, qui repugnant inſtitutis B. P. Benedicti in *Mabill.* T. II A. B. append. p. 732: *ſubtiliter argumentantur - - quod non liceat cuilibet teſtes citare ad confirmandam ueritatem religionis Chriſtianae, niſi de propria ſua gente, uerbi gratia, dicunt quod ſuper Saxonem nullus de Francorum aut Romanorum aut ex alia qualibet gente, licet inter ſuos nobilis natu atque honeſtus conuerſatione habeatur, niſi Saxo teſtis eſſe poſſit. Hoc enim, aiunt, legem gentis ſuae pati non poſſe, ut alterius gentis homo in teſtimonium citetur ad infringendam legem libertatis ſuae.* Scripſerat, cum Goteſcalcus, Saxo, a uoto monaſtico recedere uellet, adiutus a pluribus epiſcopis. Ceterum multa ſpecimina benignitatis ſuperſunt, quae Imperator in ſingulos ſuos fideles contulit. Hiſpanos, ad ſe fugientes, protectione ſua dignos habuit, apud *Baluz.* T. I cap. p. 550, eo tamen modo, *ut ſicut ceteri liberi homines cum comite ſuo in exercitum pergant, et in marcha noſtra wactas facere non negligant, et miſſis paratas faciant et ad ſubuectionem eorum ueredos* (equos) *donent; alius uero cenſus non exigatur. In cauſis maioribus* h. e. criminalibus *ad comitis ſui mallum ueniant; minores inter ſe definiant. Si quis alius homines undecumque uenientes adtraxerit et ſecum in portione ſua, quam adpriſionem uocant, habitare fecerit, utatur illorum ſeruitio. Si comiti honoris et obſequii gratia quippiam de rebus ſuis exhibuerint, non hoc eis pro tributo uel cenſu aliquo computetur. Liceat tamen eis ſe in naſſaticum comitibus more ſolito commendare. Huius conſtitutionis in unaquaque ciuitate, ubi praedicti Hiſpani habitare noſcuntur, tres deſcriptiones eſſe uolumus; unam quam epiſcopus ipſius ciuitatis habeat, et alteram quam Comes et tertiam ipſi Hiſpani qui in eodem loco conuerſantur. Exemplar uero earum in archiuo palatii noſtri cenſuimus reponendum, ut ex illius inſpectione ſi quando, ut*

7. Reſtitutio inique ablatorum.

8. Teſtes alienigenae non admittuntur.

9. Hiſpanos quosdam ſub certa lege in protectionem recipit.

nt fieri ſolet, aut ipſi ſe reclamauerint, aut comes uel quislibet alter contra eos cauſam habuerit, definitio litis fieri poſſit. Ib. p. 570 alterum Hiſpanis praeceptum datum legitur, quo binis querelis ſubuenitur; altera erat, quod potentiores minores depellerent, altera, quod, qui in uaſſaticum ſe commendarint, eos itidem expellere, cultis agris, auderent. *De hac conſtitutione noſtra*, ait Imperator, *ſeptem praecepta uno tenore conſcribere iuſſimus, quorum unum in Narbona, alterum in Carcaſſona, tertium in Roſciliona, quartum in Empuriis, quintum in Barchinona, ſextum in Gerunda, ſeptimum in Biterris haberi praecepimus, et exemplar eorum in archiuo palatii noſtri, ut praedicti Hiſpani ab illis ſeptem exemplaria accipere et habere poſſint, et per exemplar, quod in palatio retinemus, ſi rurſum querela nobis delata fuerit, facilius poſſit definiri.* Ib. p. 1405 Iohanni cuidam, eiusque poſteris, quae a Carolo M. et ab ſe ipſo acceperat, denuo roborat. In *Marten.* c. l. p. 78 Fulquino res mortis cauſſa donatae reddun-tur: *qualiter Fulquinus dum in Dei et noſtra utilitate contra Sclauos pergere deberet res ſuas proprias, quas habebat Teuthardum quendam cartolarium* (qui chartis tractandis occupatur) *noſtrum tradidit ea uidelicet conditione, ut ſi domino auxiliante de illo itinere reuerteretur, eas-dem res ſuas illi redderet, et ſi uitam praeſentem in illo exercitu amitteret, pro eius anima iam dictas res daret. Sed dum ipſe de eadem expeditione fuiſſet reuerſus, defunctum inuenit eumdem Teuthardum etiam omnes illas res quas idem Fulquinus modo ſuperius comprehenſo illi delegauerat in iuris noſtri ueſtituram habere acceptam, idemque obnixe deprecans in noſtra eleemoſyna hoc inquirere iuberemus, utrum ita ueritas eſſet an non - ob hoc placuit nobis, ut idem Fulquinus praefatus res in noſtra eleemoſyna iterum ſibi obtineret.* Ib. p. 95 Rotberto dantur quaedam res in ius proprietatis; itemque Aekardo in *Eccard.* t. II rer. Franc. p. 885: *conceſſimus ad proprium Aekardo fideli noſtro quasdam res et mancipia noſtrae proprietatis, quae ſunt in pago Wetereiba, quas uidelicet pater ſuus in locis Stetin et Cauilla, nec non et idem ipſe in loco Helidaberga ex noſtra conceſſione iure beneficiario poſſediſſe noſcuntur i. e. manſum dominicatum cum domibus cum omnibus ad ſe pertinentibus, atque alios manſos numero quatuordecim et ſupra memoratum numerum manſorum de terra aratoria bunuarios decim.* et in *Schaten.* Ann. Paderb p. 118 Gerolfo res ablatae reſtituuntur: *interuenientibus quibusdam turbinibus per ipſius Gerulfi negligentiam ab eius poteſtate*

10. Iohanni donatio firmatur.

11. Fulquino redduntur res mortis cauſſa donatae.

12. Rotberto et Aekardo res in proprietatem dantur, Gerolfo reſtituuntur.

teſtate et dominatione eaedem res abſtractae fiſco regio ſociatae ſunt, tandem placuit nobis easdem illi reſtituere. In *Mur.* T. I p 247 beneficium ad uitam concedit: ſuggeſſit, ut Hildefrido *per noſtrae auctoritatis conſcriptionem - - illud quod pater ſuus nomine Luiefredus ex rebus monaſterii quod dicitur Rodenacum, per conceſſionem et manſuetudinis largitionem diu habuit - - dum aduixit ſimiliter per noſtrae conceſſionis confirmationem habere debuiſſet, per quam omnibus rectoribus eiusdem monaſterii praeſentibus ſcil. et futuris, praecepimus, ut nullus eorum licentiam habeat memoratum beneficium ab eodem Hildefrido auferre aut eum exinde qualibet occaſione primere atque diſpoliare, ſed liceat ei abbati cum omni integritate dielus uitae ſuae eum habere et poſſidere, ita ut ad miſſam S. Martini per ſingulos annos paſtibus memorati monaſterii de argento ſolidum unum perſoluat; ſi de ipſo cenſu negligens inuentus fuerit, cum lege ſua eum reſtituat et ipſum beneficium non amittat, poſt ſuum autem diſceſſum pars praefati monaſterii absque ullius perſonae conſignatione in ſuam faciat reuocari poteſtatem.* In *Murator.* T. V p. 553 antiq. tradit Boſoni comiti curtem Bugellae in comitatu Vercellenſi: *ob hoc ſcil. quia ille nobis tradidit de ſuis propriis rebus per cartulam traditionis in uilla quae dicitur Bechi manſos octo cum cappella iuxta fiſcum noſtrum Numagna &c.* Inter epiſtolas Eginharti in *Weinck.* Eginh. illuſtrato p. 86 ſq. exhibentur quaedam mandata Ludouici, quibus conſueta formula initialis praefixa. Primum mittitur G. Comiti, ut XV Kal. Ianuar. i. e. VI diebus ante natale domini obuiam miſſo Imp. ueniat in uilla Imp. quae dicitur Heilambrunno. finitur: *Opto ut ſemper bene ualeas in Domino.* Duo poſteriora pertinent ad H. et I. fideles, ut, iubentibus comitibus et miſſis, ad Turonos pergant. Vltimum ita clauditur: *uide nullam exinde habeas negligentiam ſi gratiam noſtram uelis habere.* Fideli ſuo Eginhardo ſiue Einhardo eiusque coniugi Immae conceſſit *in partibus Germaniae locum, qui uocatur Michlinſtat in ſilua, quae uocatur Odonewald, in cuius medio eſt baſilica lignea modi a conſtructa, de qua in omnem partem quaquauerſus pertinent ad eundem locum inter campum et ſiluam leugae duae i. e. raſta una.* §. LXXVI, 52. *Helvvich.* antiq. Lauresh. p. 21. Inde nonnulli habuerunt, cur comites Erpacenſes inter Eginhardi poſteros referrent. Verum *Schneider.* in hiſtor. Erpacenſi p. 13 dubius de his originibus differit, aut ſaltem Immam Caroli M. filiam fuiſſe negat.

Fg. Hildefrido beneficium ad dies uitae ſub lege cenſus datur.

Datur in remunerationem.

14. Mandata quaedam Ludouici.

Eginhardo eiusque coniugi donatur Michlinſtat.

§. LXXXI.

Res literaria.

Supereſt, ut, quomodo optimarum artium ſtudia culta fuerint, oſtendamus. Ludouicus non ſolum ipſe linguis et ſcientiis inſtru-

inſtructus erat, ſed et literas literatosque magni faciebat. *Thegan.* c. 19: *lingua graeca et latina ualde eruditus, ſed graecam magis intelligere poterat, quam loqui, latinam uero ſicut naturalem aequaliter loqui poterat. Senſum uero in omnibus ſcripturis ſpiritalem et moralem, nec non et anagogen optime nouerat. Poetica carmina gentilia, quae in iuuentute didicerat reſpuit, nec legere nec audire nec docere uoluit.* Quocirca ſibi ſcholas in primis curae habuit. Capitular. a. 823 c. 5 ſancit: *ſcholae ſane ad filios et miniſtros eccleſiae inſtruendos uel edocendos ſicut nobis praeterito tempore ad Attiniacum promiſiſtis et uobis iniunximus, in congruis locis, ubi necdum perfectum eſt, ad multorum utilitatem et profectum a uobis ordinari non negligantur.* Id teſtantur etiam patres concilii Pariſienſ. a. 829 L. I c. 30: *Iam dudum a pio et orthodoxo principe domno Hludouuico Deo amabili Imperatore iuſſum et admonitum eſt, ut rectores eccleſiarum in eccleſiis ſibi commiſſis ſtrenuos milites Chriſti, quibus Deus placari poſſet, praepararent et educarent - - ſed ſuper hac eiusdem principis admonitione imo iuſſione a nonnullis rectoribus tepide et deſidioſe hactenus actum eſt.* et L. III c. 12 ipſi Imperatorem excitant: *Similiter obnixe ut ſuppliciter neſtrae celſitudini ſuggerimus, ut morem paternum ſequentes, ſaltem in tribus congruentiſſimis imperii neſtri locis ſcholae publicae ex neſtra auctoritate fiant, ut labor patris et neſter per incuriam, quod abſit, labefactando non depereat.* Ne eruditionis inſtrumenta deeſſent, libris colligendis conſeruandisque operam dabat. Cum igitur Amalarium Diaconum regulam Canonicorum componere iuſſiſſet, illi librorum copiam, ex quibus utilia excerperet, de palatio ſuo ſuppeditauit. uid. praefat. Concil. Aquisgr. a. 816. Quam maxime uero adnitebatur, ut diuinae literae in omnium notitiam peruenirent. Hinc poeta quidam Saxo, iuſſu ipſius, utrumque teſtamentum in linguam uulgarem tranſtulit poetice, prouti diſcimus ex prologo libri Saxonici, quem *du Cheſne* T. II ſcript. Franc. p. 326 in lucem protulit, ubi in fine: *iuxta morem uero illius poematis omne opus per Virteas diſtinxit, quas nos lectiones uel ſententias poſſumus appellare.* Virteas *Eccard.* T. II rer. Franc. orient. p. 325 explicat Witte, Angloſax. *intellectum* h. e. diſtinctionem, qua integer ſenſus continetur. Idem putat, uetuſtum codicem Euangelicae hiſtoriae poetice conſcriptae, qui in bibliotheca Cottoniana Londini reperitur, eſſe partem huius uerſionis, et Wirceburgi quoque antehac eiusmodi

1. Ludouicus eruditus ipſe

de ſcholis eſt ſolicitus.

2. Libros colligit.

3. Sacram ſcripturam in linguam Saxon. et Franc. uerti iubet.

de Rabano Mauro. codicem exſtitiſſe confirmat. Praeterea Francica quoque dialecto uerbum diuinum expoſitum fuiſſe, docet gloſſarium Theodiſcum *Rabani Mauri*, Abbatis Fuldenſ. poſthac Archiepiſcopi Moguntini, in nouum et uetus teſtamentum concinnatum, quod integrum edidit *Eccard.* c. l. p. 950 ſq. Specimen eius notis erudite illuſtrati exhibuit *Ioann. Diecmannus* a. 1721. Si quis reliqua doctrinae Rabani monimenta ſcire cupiat, is euoluat diſſ. *Io. Franciſci Buddei* de uita ac doctrina Hrabani Magnentii Mauri 1724. Ne harmoniae Euangeliorum *Tatiani* Francice uerſae, cum notis uero *Palthenii* 1706 in lucem emiſſae, obliuiſcamur; nec gloſſarum Saxonicarum in pſalterium, in Lipſii epiſtolis occurrentium; nec interpretationis Alemannicae regulae S. Benedicti, in T. I theſauri *Schilteri*, unde Gloſſarium decerpſit *Kero*. Referimus huc etiam gloſſas a *Pezio* in theſ. Anecdot. nouiſſ. obuias, aliaque pietatis et auitae linguae monimenta, quae *Eccard.* c. l. euulgauit. Principi tam benigno deeſſe non poterant ingenia erecta, quae ipſius auſus adiuuarent. Inter haec eminebat

4. de Benedicto Abb. Anianenſ. *Benedictus*, Abbas Anianenſis, et Indenſis, monachorum pater; hic erat in aula Caeſaris porta quaſi ſalutis, qua ad Imperatorem aditus patebat; hic uti morum, ita et literarum diſciplinam ſectabatur ſtrenue. *Inſtituit cantores*, teſte *Ardone* in uita eius, *docuit lectores, habuit grammaticos et ſcientia ſcripturarum peritos, de quibus etiam quidam poſt fuere epiſcopi, aggregauit; librorum multitudinem congregauit &c.* Imperator in epiſtola ad monachos Anian. apud *Baluz.* T. I Cap. p. 623 ita de eodem: *Eandem enim familiaritatem*, inquit, *quam cum piae recordationis Benedicto abbate uoſtro habere uiſi ſumus, ſi praecepta eius obedienter cuſtodire uoluerit, ubiſcumque ſimilitet habere uolumus et curam ueſtri ipſiusque monaſterii ſemper agere.*

5. Annalium ſcriptores. Ac multis ſane ſcriptis ſcientia theologica tunc illuſtrabatur uel inquinabatur, quae alius loci ſunt; cura uero annalium conſcribendorum, ne rerum geſtarum memoria laberetur, Notariis et Cancellariis impoſita erat. An horum cuiquam, et forte Hirminmari, *uita Ludouici* tribuenda ſit, cuius auctorem Aſtronomum

Aſtronomus. uulgo dicunt, apud *Pithoeum*, non liquet. Iſte uero haud immerito

merito Aſtronomus appellatur; Cometae enim alicuius iter ſat diligenter annotauit, nec malorum nuncium eum habuit. Ionas epiſcopus Aurelianenſ. opuſcula de inſtitutione laicali et regia conſcripſit, quibus multum pretii decernebatur. Inter plurima literarum monimenta Agobardi Lugdunenſis memorare iuuat librum contra legem Gundebaldi compoſitum. Iniquum enim exiſtimabat, ut, qui hac lege uiuerent, teſtimonia eorum, qui aliis legibus ſuberant, repudiarent; dein, ut certamina ſingularia, quibus lites, poſthabito legitimo iudicii ordine, dirimuntur, abrogentur ſuadet. In alio libro congeſſit *diuinas ſententias contra eos qui putant iudicium Dei ferro, igne uel aqua uel armis patefieri.* Biblioth. max. patr. t. XIV q. 264 et 301. 6. de Iona et Agobardo.

§. LXXXII.

Varias inhibitiones addidit, mulctasque iis indixit Imperator, qui praecepta ſua contemnere haud uerebuntur. Suppeditemus exempla: *praecipientes ergo iubemus, ut nullus quilibet de praedictis rebus quas nobis praefato monaſterio reddere atque confirmare placuit, aliquid abſtrahere aut iniuſte minuere, aut aliquam contrarietatem facere uel iniuſtam reſultationem inferre tentet, ſed liceat ipſas res memoratas eccleſiae poſſidere atque pro omnibus temporibus ad ſtipendium fratrum ibidem Deo famulantium perficere. Et nullus eam exinde ullo unquam tempore abſtrahere nitatur, ſi dominum uult habere propitium.* Besly rois de Guienne p. 17. *Sciat ſe compoſiturum auri obrizi LX medietatem palatii noſtri et medietatem ad ſupradictum monaſterium S. Anthymi.* *Vghell.* T. III p. 530. *Si quis autem uiolator exſtiterit ſexcentorum ſolidorum auri ad purum excocti ſe nouerit poena mulctandum, ex qua duas partes rectores memorati monaſterii, tertiam ius fiſci recipiat.* *Marten.* T. I, uet. m. p. 63. Eamdem poenam iam antea p. 42 Carolus M. ſtatuerat. *Auri puriſſimi libras mille quingentas medietatem Camerae noſtrae et medietatem praefato uenerabili monaſterio.* Chron. Vulturn. apud *du Cheſne* T. III p. 684. Libris auri nonnunquam additur: *ad pondus palatii noſtri.* *Blanc* des monoyes de France p. 109. *Et ut nullus epiſcopus aut comes uel miſſus diſcurrens ibi aliquam dominationem uel tyrannidem poteſtatem exerceant, niſi quemadmodum canonica auctoritas iubet.* *Marca* de Marc. Hiſp. p. 767. *Decernimus* Inhibitiones, comminationes, mulctae.

cernimus etiam per potestatem regis regum, qui nobis, quantam uoluit, potestatem misericorditer contulit, in cuius manu corda sunt regum per interminationem et obtestationem eius futuri iudicii, nulli licere successorum nostrorum aut monasterii ipsius rectorum uel alis cuilibet magnae uel paruae personae haec quae a nobis pia intentione tradita, decreta et promulgata sunt in quoquam conuellere. Mabill. de re dipl. p. 521. *noueris se sicut in praedecessorum nostrorum immunitatibus continetur DC solesse multandum, ex quibus duas partes rectores memorati monasterii, tertiam uero fiscus noster recipiat.* Baluz. L. III misc. p. 94.

§. LXXXIII.

Preces postulatae.

Preces, non secus ac pater, Ludouicus ab iis, quos beneficiis cumulauit, grati animi caussa, quasi stipulatus est. *Quatenus ipsis seruis Dei, qui ibidem Deo famulari uidentur, pro nobis et coniuge proleque nostra ex stabilitate totius imperii nostri a Deo nobis concessi atque conseruandi iugiter Domini misericordiam exorare delectet.* Baluz. T. II Capit. p. 1405. *quatenus pro nobis, coniuge proleque nostra ex pace ac stabilitate totius imperii a Deo nobis commissi alacrius eos indesinenter domini misericordiam exorare delectet.* Schaten. T. I Ann. Paderb. p. 97. *Quatenus ipsos monachos, qui ibidem Deo famulantur pro nobis et coniuge proleque nostra atque stabilitate totius imperii nostri proque memoria beatae genitoris nostri matrisque nostrae Hildegardae domini immensam clementiam exorare delectet.* Mabill. uet. analect. p. 448. *Illos quos a gentili ritu ad Christi ueram conuenerunt fidem pro nobis, coniuge proleque nostra et omni populo Christiano iugiter misericordiam Dei exorare delectet.* Heda de episc. Vltrai. p. 45.

§. LXXXIIII.

Clausula postrema scriptionis et subscriptionis.

De subscriptionis clausulis eadem, quae supra §. LXI monemus. Notare tamen aliquas nobis licebat. *Et ut haec auctoritas nostris futurisque temporibus domino protegente ualeat inconuulsa manere, manu propria subscripsimus et annuli nostri impressione signari iussimus.* Baluz. T. II Capit. p. 1404. *Et ut auctoritas praeceptionis meae per diuturna tempora ualeat inconuulsum manere, manu propria subscripsimus &c.*

Marten.

Marten. V. M. T. II p. 23. *manu noſtra ſubterfirmauimus et bullae noſtrae impreſſione ſignari iuſſimus.* *Calmet.* hiſt. de Lorr. T. I p. 298 preuv. *de bulla noſtra iuſſimus ſigillari.* Chron. Farf. apud *du Cheſne* T. III p. 654. *manus noſtrae ſignaculo ſubter eam roborare et de annulo noſtro ſigillare fecimus.* *Baluz.* T. II Capit. p. 1416. *manus noſtrae ſignaculis ſubter eam firmauimus et annulo noſtro ſigillari iuſſimus.* *Meichelbeck.* T. I hiſt. Friſing. inſtrum. 479 *nominis noſtri charactere muniri et annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.* *Dacher.* T. III p. 329. Cum Lotharius imperii ſocietate receptus eſſet, huiusmodi formula placebat: *Et ut haec auctoritas largitionis noſtrae per futura tempora inuiolabilem atque inconuulſam obtineat firmitatem et a fidelibus noſtris tam praeſentibus quam futuris, ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris uerius certiusque credatur, eam manibus propriis ſubter ſignauimus et annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.* *Schaten.* Ann. Paderb. P. I p. 83. *Et ut haec noſtrae conceſſionis atque conſtitutionis auctoritas firmum et inuiolabilem obtineat uigorem manu propria ſubter eam firmare decreuimus et more noſtro ſignaculo bullae noſtrae aſſignari iuſſimus.* *Marten.* T. I. uet. m. p. 89 a. XVIIII.

§. LXXXV.

Indicationis formula centenis exemplis ſtabilita reperitur: *ſignum Hludonici ſereniſſimi Imperatoris.* Rarior eſt: *ſignum Hludouici piiſſimi Auguſti.* *Perard.* monim. Burgund. p. 25. *Vghell.* T. III p. 530 habet: *ſignum Hludonici potentiſſimi Imperatoris qui recognouit.* Monogrammatis ueri icon exhibetur n. 1. Literae H, L, D, O, I, S planae ſunt; uocalis V, quater nomen *Hludouuicus* ingrediens, in angulis inferioribus exprimitur. C Francico more in fulcro ſiniſtro per quadratum dimidiatum repraeſentatur. Si quod hanc normam deſerit ſignaculum, aut negligentiam arguit, aut uitium, tabulis ipſis inferens noxam. Ita in *Beſly* reg. Aquitan. p. 19 omittitur baſis literae L et litera J; uid. n. 2. Ex eodem p. 18 n. 3 depinximus, oppido fictum. Crucem enim praefert; *Papebroch.* propyl. n 56 id ſuſpectum putat ex formula ſubſcriptionis, quae integra magis et cum alio atque indubitato eiusdem

Subſcriptio et monogramma uerum; uitioſa;

Hlud. monogrammate reperitur ſub altero diplomate, ibidem immediate ſequenti. Fallitur ergo et *Wildvogel* de uener. ſigno crucis c. VII, n. XI, qui cruciforme exhibet ſignum Latera literae V deſunt in monogrammate diplomatis Lindauienſ. apud *Tenzel.* p. 30 n. 1 et 2, in quo et n. 3 ! caudatum offendit, quamquam ſaepius ita formetur. add. *du Cheſne* in not. ad *Marrier.* bibl. Cluniac. p. 14. In Chron. Vulturn. apud *Murator.* T. I P. II p. 432 lit. O lineis ex angulis ductis alia obtenditur lineola, ut litera Z quaſi efficiatur. uid n. 4. add. *Dacher.* ſpicil. T. II p. 586. *Leukfeld.* antiqu. Poeldenſ. app. not. c. p. 247. Transpoſitae literae conſpiciuntur apud *Raſsler.* in append. p. 27. uid. etiam *Münſter.* Coſmograph. L. III c. 19 p. 383 n. 1. *Vghell.* T. II p. 118 T. III p. 625, 673. *Ioann.* uet. tab. ſpicil. p. 442 n. 2; ut alia minoris momenti praeteream. Vitioſiora uero protrudunt *Vghell.* T. VIII p. 45; in noſtris n. 5; *Limnaeus* iur. publ. T. I L. III. c. 3 n. 20. *Cruſ.* ann. Sueu. Dec. I p. II L. I c. 12 p. 21; uid. n. 6. Ex *Sammarth.* G. Chr. t. II p. 346 inſtr. monogramma Ludou. regis Aquitan. n. 7 addimus; nummos ex *Blanco.*

§. LXXXVI.

Archicancellarii et notarii. Eliſachar.

Primus Cancellariorum fuit *Eliſachar*, Abbas Centulenſis, poſtea S. Maximini apud Treueros. a. 827 a Ludouico in Marcam Hiſpanicam mittebatur; laudibus conſpicuus admodum. In operibus *Agobardi* reperitur epiſtola ad Eliſachar. ſcripta p. 94. In libro de diſpenſat. p. 260 dicit eum Abbatem inter priores et honoratos palatii Ludouici P. Imperat. Eliſachari etiam chronicon dicauit *Freculphus* Lexouienſis. Recognouit uel ipſe uel per uicarium ad menſem uſque April. a. VI imp. Non ſatis igitur perſpicimus, cur in charta *Schaten.* P. I p. 67, (quam ideo *Eccardus* T. II rer. Franc. p. 165 ſuſpectam habet) V Non. Sept. a. VIII imp. per uicarium Durandum; XVII Kal. April. a. XI ſolus, apud *Hed.* de ep. Vltrai. p. 45 et IV Kal. Ian. a. XX eius uice Hirminmaris, apud *Marcam* de Marc. Hiſp. p. 771, recognouerit. *Labb.* in elogio hiſtor. huius Imperat. Eliſacharem a. X chartas recognouiſſe tradit, ſed indicare nequit, ubi deprehendantur. Nomen

uariis

nariis literis formatur, *Heliſacar*, *Elizachar*, *Helizaghar*. Apud *Felibien* pieces n. 67 a. I legitur: *Ego Heliſachar recognoui.* In *Mir.* T. I p. 131 a. II: *Helizachar recognous et notaui. Heliſakar recognouit et ſubſcripſit* a. I. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 130 et 264. Perpetuus, licet non unicus, illius notarius erat *Durandus* diaconus. In *Calmet.* hiſt. Lothar. T. I p. 298 ita ſubſcripſit: *Ego Durandus diaconus ad uicem Helizacar recognoui.* add. *Mir.* T. II p. 930. anno III ſiſtitur: *ſub Benedicto Durand. Diacon. ad uic. Helisachar. rec.* *du Cheſne* hiſt. des Chancel. p. 65. *Arnoldus* ad uicem Heliſachar recognouit chartam, IV Id. Febr. a. III. *Baluz.* T. I cap. p. 570. His notariis *Mabill.* addit *Faramundum.* Nobis ſe obtulit *Ibbo* in *Baluz.* T. II p. 1407 Capit. et *Roimundus* apud *Mir.* T. I p. 336 et p. 1127. Helizacharem ſecutus eſt *Fridugiſus*[a], Abbas S. Martini Turon. poſt Sithienſis, et in tabulis uſque ad a. imp. XIX deprehenditur. De hoc *Iperius* in Chron. S. Bertini T. III anecd. Marten. col. 505. *Fridogiſus huius loci abbas undecimus canonicus ſecularis et abbas S. Martini Turon quia ſecularis erat cum Canonicis ſecularibus uiuere praelegit in monaſterio S. Audomari.* Hic Fridegiſus diſtinguitur in *du Chesne* hiſt. Cancell. p. 68 a Fridegiſo Diacono, cuius *Theodulphus* meminit, et a Fredegiſo epiſcopo Claromontano. Recognouit adhuc Non. Febr. a XIX ad uicem eius *Hirminmaris.* *Mart.* T. I, V. M. p. 88. In chartario quidem Anianenſi exſtare Ludouici diploma ait *Mabill.* datum iam a. III, quod Durandus ad uicem Fridugiſi recognouit; ſed addit: *fortaſſe in numeros annorum irrepſit error.* Notarii munus ſub Fridugiſo quoque ſuſtinuit *Durandus* Diaconus, ad a. ſcil. XVIII uſque, docente charta d. V Non. Mart. a. XVIII apud *Baluz.* T. II Cap. p. 1432. Durandum ſolum recognouiſſe, exemplo probauit *Mallinkrot* de Archicanc. S. R. Imp. ſub hoc Imperat. *Schannat.* tradit. Fuld. p. 131 hanc protulit ſubſcriptionem: *Durandus Diaconus Cancellarius recognouit.* Singularia certe, ſi non corrupta. Annis poſtremis rarior recognouit Durandus. Non ſemper adſcripſit Diaconi uocabulum. *Durandus Notarius* legitur apud *Baluz.* T. II Capit. p. 1418. Idem Durandus, abbas monaſterii S. Aniani in pago Narbo-

[a] Fridugiſus.

Narbonenſi fuiſſe uidetur, eiusque mentionem facit charta *Mabill.* in Ann. Bened. T. II p. 498. Huius ſocius erat *Hirminmaris* Notarius, qui inde ab a. IX imp. uſque ad Ludouici P. obitum ſubſcripſit. Dicitur et *Hirmmaris*, *Erminmarus*, *Hirminbardus*. *Hirmin maior*, minus recte in hiſt. Trenorch. p. 264. His acceſſiſſe animaduertimus *Meginarium notarium*, ab a. XIV uſque ad uitae exitum Ludouici. Adſunt et alii, qui, ſi non ſemel tantum, extra ordinem certe uices Fridugiſi geſſerunt. Apud *Vghell.* T. II p. 201 a. VII: *Ego Gaudulfus ad uicem Fridugiſi rec. et ſubſcripſi.* *Marten.* T. I p. 78 V. M. a. VIII habet chartam, quam *Feramundus ad uicem Fridugiſi recognouit.* In *Hund.* M. S. T. II p. 7 anno eodem recognouit *Sigebertus ad uicem Fridegiſi.* *Beraudus Diaconus ad uic. Fridugiſi* rec. apud *du Cheſne* hiſt. des Chancel. p. 69. In *Laguill.* hiſt. Alſat. p. 15 probat. *Simeon diaconus ad uicem Fridugiſi archicancellarii* recognouit a. X. et in *Mabill.* Ann. B. T. II app. p. 740 a. XXI; et re dipl. p. 515 a. 823 et p. 526 a. XV *Adalulfus Diac. ad uicem Fridugiſi Abbatis* recogn. et ſubſcripſit a. 826 - - *Clericus ad uic. Fridugiſi rec.* *Murator.* T. V antiq. p. 553. Poſt Fridugiſum
3. Theodo. Cancellarii partes ſuſcepit *Theodo*, Abbas S. Martini, quem et *Theotonem* et *Theogonem* dicunt. Recognoſcere coepit a. XVIII imp. atque adeo breue adhuc tempus una cum Fridugiſo ab imperatoris expeditionibus erat. Bello periit a. XXI. Vſus eſt notariis Hirminmare et Meginario. a. XVIIII: *Hirminmaris Notar. ad uic. Theotonis recogn. et ſubſcr.* *Mabill.* r. d. p. 392. a. XVIII: *Meginarius Not. ad uic. Theotonis rec.* *Mir.* t I q. 247. a. XVIIII et XX: *Hirminmarus ad uic. Theogonis rec.* *Schaten.* Ann. Paderb. p. 90, 91.
4. Hugo. Quartus et ultimus Cancellarius erat *Hugo*, frater Imperatoris, Abbas S. Quintini, poſt Sithienſis. In charta *Mabillonii* de re dipl. p. 613 a Ludouico dicitur *ſacri palatii noſtri Archinotarius.* Subſcripſit iam a. XX imp. Theodone eodem munere adhuc fungente. Ita enim habet charta *Baluz.* T. II Capit. p. 1436 VIII Kal. Sept. a. XX: *Glorius Notarius ad uicem Hugonis.* Idem *Glorius* uicariam operam praeſtitit a. XXVI ap. *Mabill.* de re dipl. p. 526 et *Schaten.* Ann. P. p. 118. Hirminmaris et Meginarius, quemadmodum

modum diximus, usque ad extrema Ludouici fata subscripsere. Hic in historia Trenorchiensi mendose uocatur *Mercharius*. Mabillon. meminit *Danielis*; nos addimus *Bartholomaeum*, qui a. XXV et XXVI prodit apud *Rasler*. p. 27 et *Schannat*. tradit. Fuld. p. 176. Singularis haec est subscriptio: *Ietuelinus Notarius ad uicem domni Vmberti*, quam *Marca* de Marc. Hisp. p. 774 a. XXII suppeditauit. Apud *Schaten*. p. 117 a. XXV chartam Ludouici *Hrotmundus Notarius ad uicem Hilduini* recognouit; uterque tamen Lotharii Imp. tabulis notior. *Regemeridus* Vienn. Archiep. et Archicancellarius in diplomate sibi concesso a. V imp. *Mileardus* (in formula: D. IV Id. April. a. V Imp. ubi *Audacer Notar. ad uic. Mileardi rec.* *du Chesne* hist. des Chancel. p. 66.) et *Ludouicus*, quem indicat Glossarium *Cangii*, huius Imperatoris non fuisse uidentur. Sed *du Chesne* de Chancel. c. l. Ludouicum Cancellarium statuit ob subscriptiones: *Aeneas Not. ad uic. Ludouici rec. et sist. a. regni VI Imp. II et Durand. ad uic. Ludouici rec.* Remouet uero idem *du Chesne* p. 70 *Tanculphum, qui sacrorum scriniorum praelatus* dicitur. *Wolfarius* siue *Wulfardus* episcopus Remensis, teste *Roberto Reginaldo* et tabulario Dionysiano, etiam inter Cancellarios censetur, quibus *Pfeffinger* T. I ad Vitriar. p. 1076 *Hildiwartum* adnumerat, ex Chartular. Werthin. in *Leibnit*. Script. Brunsuic. T. I p. 108 §. 18; sed haud magis Imperatoris cancellarius fuisse uidetur, quam Liudbaldus et Hrodaldus; Ib. p. 110, 114. In *Mabill*. saec. IV P. I A. S. p. 540 in uita S. Aldrici episc. Senon. legimus: *super quibus iucundatus* (Ludouicus) *Imp. Aug. eum* (Aldricum) *praeceptorem palatinum instituit, ut uita imperialis aulae et maiora negotia suae discretionis arbitrio definirentur.* Subiungitur nota: *interpretor Cancellarium seu conditorem regiorum diplomatum, quae pleraque praecepta uocantur. Sane Aldricum Pippini Aquitaniae regis, Ludouici augusti filii, Cancellarium fuisse inueni in binis literis, quas Philippus Labbeus refert in miscellaneis curiosis.* Ceterum chartis, quas Ludouicus Rex Aquitaniae dedit, supra §. LXVIIII. indicatis, subscripsere *Albo ad uicem Helizachar* et *Godolenus Notarius ad uic. Guigonis*, *Hildigarius ad uic. Deodati.*

Alii obscuriores.

§. LXXXVII.

Sigilla. Ad Ludouici sigilla regulae priores, quas de Carolinis attulimus, accommodari possunt; addimus nunc alia criteria: 1) Ludouicum in sigillis probis semper esse barba ornatum. *Hemeccius* de sigillis p. 84 adstringit regulam ad tempus Ludouici extremum; sed, nostro quidem iudicio, praeter necessitatem. 2) Caput Ludouici lauro cinctum esse; Halucinatus igitur est *Conringius*, a *Mabill.* L. IIc. 17 de re dipl. notatus, quod coronam lauream in diadema gemmeum mutare uoluit, numis quoque huius Imperatoris effigiem laureatam praeferentibus. *Blanc* histoire de monnoyes p. 108. 3) inscriptionem accedere: XPE PROTEGE HLVDOVVICVM IMPERATOREM. Praefixo signo crucis, et nomine Ludouici literis H et W asperioribus scripto. *Chiflletius* in hist. Tornut. p. 195 repraesentat formam anuli huius imperatoris, qui sigillis examinandis usui esse potest; quorum specimina duo, aere expressa, oculis subiicit *Mabill.* de re dipl. tab. 26 et 28. Alterum a. I, alterum VIII; ceterum satis inter se congruunt. Dabimus prius n. I. Neque ab his diuersum fuerit Trenorchiense apud *Chiflet.* p. 262, quod repraesentatur a nobis n. 2. *Schannat.* in Vindiciis Archiui Fuld. tab. IV sigillum a. III exhibet, Mabillonianis, si non caelato opere, re ipsa tamen, simile. En! istud n. 3. In *monumentis Paderborn.* p. 204 edit. I nobis iterum effigies laureata offertur in sigillo, quod tamen uetustate iam adesum tantum speciminis non continet, quantum putauit Conringius. Inscriptioni signum crucis non praemissum cernitur; at in uoce *Imperatorem* etiam ultima litera *m* exprimitur, quam in superioribus lineola transuersa designat. Adspicis illud n. 4. Charta, cui affixum, data est IV Non. April. a VIIII imp. act. Aquisgrani; quo eodem die Abbatiae Treuerensi S. Maximini documentum in Longolano datum et sigillo munitum traditur a *Zylleſio* P. III p. 13. Quemadmodum uero hoc diploma haud leui premitur suspicione, et, si non commentitium, ualde tamen deprauatum *Eccardo* L. II c. I. p. 152 et *Papebroch.* in propyl. p. 8 uidetur, ita, quid de sigillo uultum imberbem referente, iudican-

dicandum ſit, non conſtat, quamquam inſtrumento non legitime nato ſigillum bonae notae adhiberi potuiſſe damus. Suo cuiusque iudicio exponitur n. 5. *Heinecc.* c. l. Tab. IV n. 9 affert Corbeienſe antea incognitum, *in quo licet capillitium*, inquit, *atque corona ſatis accurate ſint expreſſa, barbae tamen ueſtigia uix animaduertere licet. Nec tamen dubia adſunt lineamenta, ex quibus barbatum Ludouicum agnoſcas.* *Eccardus* etiam in charta quadam Corbeienſi a. XXI, quam *Schaten.* P. I Ann. Paderborn. p. 95 ediderat, inſpexit ſigillum et delineauit T. II rer. Franc. p. 329 n. 3, quod Heinecciano, ſi deſcriptionem paullo ante concinnatam, non figuram minus ſcite elaboratam, conſideres, perquam ſimile, aut forte ab eo non diuerſum cenſendum. Habes Eccardianum n. 6, cuius inſcriptio luculentior, quia tantum legitur: ✝ XPE *protege Hludouuicum Imp.* reſectis ultimis literis. Idem *Eccardus* c. l. aliud in lucem prodire iuſſit a. XXVI, chartae Gerulfo ap. *Schaten.* c. l. p. 118 datae, annexum, quod ad Mabilloniana proxime accedit; neque eidem diſſimile eſſe aliquod Wirceburgenſe a. XXVII teſtatur *Eccardus.* Iungamus hiſce n. 7 *Baluzianum*, T. II Capit. p. 1305 pictum, quod itidem praecipuos characteres priorum continet. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 131 teſtatur, diplomati huius Imp. Alberico ep. Lingon. a XXI dato etiam ſigillum affixum eſſe. Denique n. 8 decantati diplomatis Lindauienſis ſigillum radio deſcripſimus, ut unusquisque ſpectatis ſuperioribus exiſtimare queat, an ſinceris annumerandum ſit. Nunc de bullis. Scilicet non ſolum 2. Bullae. *Agobardus* in libro de inſolentia Iudaeorum Ludouicum ita alloquitur: *Oſtendunt praecepta nomine ueſtro aureis ſigillis ſignata;* ſed etiam Ludouicus III Kal. Sept. a. IIII eccleſiae Turon. immunitates charta firmauit, eique bullam auream, a *Mabillon.* in ſupplem. rei dipl. p. 47 propoſitam, appendit. In antica apparet protome regis corona, barba, haſta, et ſcuto conſpicui, cum inſcriptione: D. N. *Hludouvicus Imp.* In poſtica uerba: *renouatio regni Francorum*, ſerto laureo cinguntur. Praeterea ſigillum cereum membranae affixum erat, ſed modo detritum. uid. n. 9. Bullam argenteam memorat *Cangius* in gloſſar. h. u. *Seruatur*, inquit, *in Gazophylacio Sangenouefano Pariſienſi Bulla argentea ſpiſſior Ludouici*

douici Pii, in cuius parte altera uisitur eius protome cum inscriptione solita: XPE *protege Hludouvicum Imperatorem; in altera nihil effictum est.* *Mabill.* de re diplom. L. II c. 6 § 16 *bullam hanc argenteam non sigillum, sed sigilli ectypum esse inde colligit, quod nulla fissura, per quam dependere sigillum ex charta potuerit, in ea appareat.* Bullam diplomatis Hamburgensis posthaec contemplabimur, §. LXXXIX, 14, in tab. n. 10. *Le Blanc* in libro de monetis exhibet nummum, imaginem Hludovvici referentem, quem nostro Ludouico uindicat. uid. n. 11.

§. LXXXVIII.

Tempora et loci.

Quod ad notas Chronologicas attinet, Ludouicus a. 781, cum Romae festum paschale cum patre celebraret, ab Hadriano Pontifice in regem Aquitaniae unctus est. Inde numerauit annos regni, additis tamen paternis, quia patris sub auspiciis regno Aquitaniae adhuc praeerat. *Mabillon.* T. II Annal. append. p. 715 hanc profert subscriptionem: *D. III Non. Augustas a. XXV (regnante Carolo) et a. XIIII regni nostri. Actum Iogundiaco pal. nostro.* Sed *Sammarth.* G. Chr. t. II p. 346 instr. habet: *D. VI. Non. August. a. XX - - - XIIII regni nostri. Act. Iogundiago pal. nostro.* *Baluz.* append. p. 1401: *D VII Id. April. a. XXVII regni nostri. Act. Cassonogelo palat.* *Mabill.* Saec. IV P. I Act. S. p. 86: *D. hoc praeceptum V Kal. Ian. ind X a. XXVII domni Ludouici regni. To'osze publice Karoli uero imperii VIII.* Carolus Imperator mortem sibi imminere praesentiens a. 813 mense Septembris Aquis comitia habuit, quibus Ludouicum imperii collegam et successorem, suffragante populo, constituit, coronam sibi ipsi, iubente patre, imponentem. Obiit Carolus V Kal. Febr. a. 814. quo termino uulgaris Ludouici Imp. epocha efficitur. Negare tamen non possimus, interdum, ut numeri concordes fiant, ad coronationis tempus a 813 respiciendum esse. Indictio, quam Imperator adscribere consueuit, uaria. Pontificia a Kal. Ianuarii incipit; Caesarea ab VIII Kal. Octobr. Interdum et Kalendae Septembr. initium designant. §. XL. *Mabillon.* de re dipl. p. 179. Res planior

nior reddetur, si singulos annos excutiamus, sedesque, in quibus commoratus est Imperator, subiungamus.

A. I. D. III Id. Ian. anno Christo propitio I imperii domini Ludouici piissimi Imperatoris Augusti ind. VII (scribenda uidetur ind. VIII, quae scribitur etiam in *Weinck.* Eginhart. illustr. p. 105. Sub VII enim ind. hoc tempore adhuc uixit Carolus) Act. Aquisgran. palat. reg. *Helvvich.* antiq. Lauresh. p. 21. Hanc formulam generatim acceptam tenent omnes propemodum chartae Ludouici. D. XIV Kal. Febr. a. I Christo propitio imperii nostri ind. VII (nota, quae modo diximus. *Comte* T. VII annal. §. 5. item *Mabill.* T. II A. B. p. 421 n. 36 ad a. 815 referunt) Act. Aquisgr. pal. reg. *Baluz.* Capit. T. II p. 1404. D. VI Id. April. Act. Aquisgr. pal. *Lunig.* Spicil. eccl. III Th. p. 115. D. VIII Kal. Maii Act. Ib. *Hist. de Langued.* T. I p. 40 preuves. D. Kal. Mai act. ib. *Mabill.* Annal. B. T. II p. 408. D. pridie Kal. Iun. act. ib. Id. c. l. *Comt.* T. VII p. 32. D. V Id. Iul. a. I Christo propitio imperii nostri ind. VII act. Aquisgr. pal. reg. *Besly* roys de Guienne p. 17. D. Kal. Aug. act. ib. *Mabill.* ann. B. T. II p. 409. D. XIII Kal. Sept. act. ib. *Id.* Anal. uet. p. 296. D. Kal. Sept. ib. *Id.* annal. B. c. l. D. IV Non. Sept. a. incarn. dom. 814 (si charta sana, praeter morem) indict. VIII (a Kal. Sept. initium peti oportet) a. I imp. act. in Aquisgr. pal. *Leukfeld.* antiq. Halberst. p. 614. D. III Non. Sept. ind. VIII, quam et sequentes formulae habent. act. ib. *Schannat.* Cod. prob. hist. Worm. p. 2 et 3. D. V Id. Sept. act. ib. *Sammarth.* G. Christ. T. IV p. 264 et 129. D. III Kal. Oct. a. I ind. VIII act. Aquisgran. pal. reg. *Sanulian.* hist. Matiscon. p. 274. D. Kal. Oct. act. Cispiaco pal. *Marten.* V. m T. II p. 21 et 23. D. XIII Kal. Dec. act. Aqu. *hist. de Langued.* preuv. T. I p. 41. D. IV Kal. Dec. act. ib. *Baluz.* miscell. L. IV p. 420. D Kal. Dec. act. ib. *Felibien* pieces sur l'hist. de St. Denys n. 67, 68. D Non. Dec. a. II imperii d Hlud sereniissimi imp. indict. VIII Aquisgr. pal. (aut ab imperio adepto numerare aut indictionem a Kal. Ianuar. incipere uidetur)

uidetur) *H. de Langued.* c. l. p. 47. *Mabill.* de re dipl. p. 179. D. VI Id. Dec. a. II Imp. act. Aquisgr. *Id.* c. l. p. 48 et *Baluz.* T. II Capit. p. 1408. D. IV Cal. Ian. a. I ind. VIII. Aquisgran. *H. de Langued.* p. 44 et *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 4. instr. et alia *Vghelli* T. III p. 530. D. Kal. Ian. a. I ind. VIII act. Aquisgr. *Baluz.* T. I Capit. p. 549 et T. II p. 1405. D. VI Id. Ian. act. ib. c. l. p. 1406.

A. II. D. II Id. Febr. a. Christo prop. II imper. dom. nostri ind. VIII act. Aquisgr. pal. reg. *Besly* hist. de Poictou p. 164. D. VIII Kal. Mart. act. Aq. *Hist. de Langued.* T. I p. 46 preuv. D. X Kal. April. a. ab inc. dom. DCCCXV ind. VIII epacta VII concurrente anno uero II regni Hlud. Imp. act. Aquisgr. pal. reg. *Calmet.* hist. de Lorr. T. I preuv. p. 298. Sed *Papebroch.* propyl. p. 8 hoc diploma cum aliis Gorzienſibus interpolatum habet. D. XII Kal. Iun. act. ib. *Mabill.* Ann. B. T. II p. 420. D. IV Non. Iun. act. ib. *Mir.* T. I p. 131. D. IV Id. Iun. act. ib. *Baluz.* T. II Cap. p. 1407. D. XVII Kal. Iul. act. ib. *Comte* T. VII h. a. §. 7. D. XIIII Kal. Iul. ib. *Mabill.* c. l. D. XII Kal. Iul. Aquisgr. *Id.* c. l. D. XI Kal. Aug. act. Paderbrunno in Saxonia, (ubi comitia agebantur) *Comte* c. l. §. 17. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 45. *Robert.* Gall. Christ. p. 202 epiſc. D. II Non. Aug. act. Franconoford. palat. reg. *Chron. Farf.* ap. *du Cheſne* T. III p. 654. *Murator.* T. V antiq. p. 700. D. VII Kal. Nou. a. II imp. indict. IX. act. Niumagae pal. reg. *Marten.* T. I, V. M. p. 61. D. XIII Kal. Dec. act. Aquisgr. pal. *Vghell.* T. V p. 705. D. XIII Kal. Ian. act. ib. *Comte* c. l. p. §. 38. D. Kal. Ianuar. a. II ind. VIII act. Aquisgr. *Gevvold.* de Septemuir. p. 83.

A. III. D. Non. Febr. ind. IX act. Aquisgr. pal. *Meichelbeck.* hist. Friſing. T. I P. II p. 252. D. IV Id. Febr. act. ib. *Baluz.* T. I Cap. p. 570, et alia charta *Sammarth.* Gall. Chr. T. IV p. 265. *Gevvold.* de Septemuir. p. 84. D. VI Id. Mart. act. ib. *Baluz.*

Baluz. c. l. T. II p. 1411. D. XVIII Kal. Mai. act. ib. *Mir.* T. II p. 930 ex hiſtor. Camerac. *Charpenter.* D. VI Non. Mai. act. ib. *Schann.* cod. prob. hiſt. Fuld. p. 86 et 87. D. IV Non. Iun. act. ib. *Cointe* c. l. a. 824 §. 66. D. IV Id. Iun. act. ib. Chron. Vulturn. ap. *du Cheſne* T. III p. 681. D. XII Kal. Iul. act. ib. *Mabill.* T. II A. B. p. 422 et append. p. 721 n. 42. D. XI Kal. Iul. a. III ind. IX act. Aquisgr. palat. regio. *Murator.* T. V antiq. p. 700. D. die Kal. Iul. a. imp. III ind. VIII ap. Aquisgr. Analecta monimenta coenobii Flauin. ap. *Labb.* T. I MS p. 270. D. III Id. Iul. ind. X (uel potius IX) act. Theodonis uilla pal. reg. *Baluz.* Miſcell. L. IV p. 422. menſe Auguſti a Stephano IV Pontif. Remis cum uxore Irmengarde coronabatur et ungebatur. Seceſſit Ludou. Compend. D. XI Kal. Sept. act. Aquisgr. pal. *Marten.* theſ. anecdot. T. I p. 18, et 19. D. III Kal. Sept. ind. X. act. ib. *Mabill.* ann. B. T. II p. 428. Retuleris forte ad a. IIII aut indict. a Ianuario duxeris, quae et notes in charta D. V Kal. Sept. a. III ind. X Aquisgr. apud *Guillimann.* de epiſc. Argent. p. 118, et *Sammarth.* G. Chr. t. V p. 462. D. III Kal. Sept. ind. X. Franc. *du Cheſne* hiſt. de Chanceliers p. 64. D. IV Non. Sept. ind. X. act. ib. *Mab.* c. l. p. 427. D. Id. Oct. act. Compendio *H. de Langued.* T. I, p. 49 preuves. Menſe Octobr. Aquis concilium habitum uidetur. *Pagi* T. III p. 488. *Harduin.* Coll. Concil. T. IV p. 1055. D. X Kal. Nouembr. a. III *du Cheſne* c. l. p. 65. D. Remis Kal. Nouembr. *Mabill.* c. l. p. 421. D. VI Id. Nou. act. Compendio pal. regio. *Marten.* V. M. T. I p. 66. D. XV Kal. Dec. act. Compendio pal. *Vghell.* T. III p. 590. D. X Kal. Dec. act. Salmunciaco. *Cointe* Annal. T. VII h. a. §. 2. D. Non. Dec. Aquisgr. *Mabill.* c. l p. 428.

A. IIII initio cum Saracenis pacem Aquis renouat, et de finibus Dalmatiae cum legato Leonis Imp. tractat. D. IX Kal. Febr. mortuus eſt Stephanus P. ſedem uacuam Paſchali mox occupante, cui Ludouicus donationes auitas confirmaſſe fertur in charta *Baluz.* T. I cap. p. 591. D. pridie Non. Iun. act. Aquisgr. pal. reg.

reg. *Herrgott.* Orig. Habsp. T. II p. 18. Menſe Iulio comitiis uacauit, rebusque monaſticis ac publicis ordinandis. Lotharium conſortem Imperii conſtituit III Kal. Aug. docente *Baluz.* in not. ad Agobard. Pippinum regem Aquitaniae et Ludouicum reg. Baioar. Diuiſionem regni ipſius exponit charta *Baluz.* T. I Cap. p. 573. Capitulare de uita et conuerſatione monachorum VI Id. Iul. decretum eſt. Ib. p. 579, cui accedit conſtitutio, qua quid monaſteria ſingula Regi debeant, continetur. Ib. p. 590. D. XVII Kal. Aug. Aquisgr. *Hiſt. de Langued.* T. I p. 50 preuv. *Mabill.* T. II A. B. p. 438 et alia eod. die data apud *Besly* rois de Guienne p. 18. *Sammarth.* Gall. Chr. t. II p. 164 inſtr. D. VIIII Kal. Aug. act. Aquisgr. *Baluz.* T. II Cap. p. 1414. D. prid. Kal. Aug. a. dom. inc. DCCCXVIII ind. XI a. imp. IV actum Cumo ad S. Petrum. *Vghell.* T. V p. 264 (numeri, immo ipſa charta corrupta uidetur) D. IV Non. Aug. act. Ingilenheim pal. reg. *Schannat.* tradit. Fuld. p. 125. D. III Kal. Sept. a. IV Aquisgr. *Mabill.* A. B. c. l. p. 440 n. 67. *Marten.* c. l. p. 63. Ingelheimio ad Voſagi ſaltus uenandi cauſſa abiit. D. XII Kal. Dec. ind. XI. *Mir.* T. I p. 336 et T II p. 1127. Aquas reuertitur. Bernhardus ad Cabillonem Imperatori ſe dedit.

A. V. Paucis poſt paſcha diebus Aquisgrani Bernhardum Reg. Ital. luminibus orbari iuſſit, mortuum poſt paullo XV Kal. Maii, (quamquam de tempore mortis adhuc diſceptatur) Pariſios petiit, inde Aurelianos. D. Aurelian. VI Kal. Aug. anno V, ind. XI. *Biblioth. Floriac.* p. 252 c. 3. D. Andegauis pal. XVI Kal. Sept. *Mabill.* T. II Annal. Benedict. p. 446. perſequitur iter ad urbem Namnetenſem et Venetorum, hodie Vannes, ubi conuentum populi habuit et exercitum contra Britones ducendum luſtrauit. Andegauos reuerſo mors Irmengardem Auguſtam V Non. Oct. eripit. Tranſiit Rotomagum et Ambianos; et Heriſtallii legatis receptis, Aquisgranum uenit. D. Remis a. V ind. IV. *Cang.* gloſſ. u. mina.

A. VI incipiente comitia Aquisgr. celebrata, quibus uaria capitularia decreta. D. III Id. Ianuar. ind. XII act. Aquisgr. Chron. Vulturn.

Vulturn. ap. *du Cheſne* T. III p. 684. D. VII Id. Mart. act. ib. *Comte* T. VII a. 824 §. 9. et *Mabill.* T. II ann. B. p. 452. D. Id. Matt. ib. *Comte* h. a. 819 §. 3. *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 342 inſtr. D. XVII Kal. April. ib. *Id.* §. 4. D. VI Id. April. ib. *Baluz.* T. II Cap. p. 1416. D. Id. April ib. *Mir.* T. I. p. 18. Menſe Iul. Ingelheimii conuentum coegit. D. XI Kal. Aug. act. Engelhaim. *Lunig.* ſp. eccl. III Th. von Abtiſſin. p. 7. D. IX Kal. - - - ind. XII act. Ingilenh. pal. publ. *Schaten.* Ann. Paderborn. P. I p. 65. hinc per Cruciniacum, Bingiam, Confluentiam ad Arduennam ſiluam uenationis cauſſa peruenit, mox Aquisgranum reuerſus. D. prid. Id. - - - a. VI ind. XIII act. Aquisgr. *Mart.* T. I p. 68. D. Kal. Oct. ind. XII. Aquisgr. *Mabill.* annal. B. T. II, p. 465. D. XIV Kal. Nou. Ib. *du Bois* hiſt. eccl. Pariſ. T. I p. 326. D. II Non. Dec. Anno VI ind. X (potius XII uel XIII) Ib. *Hiſt. de Langued.* T. I p. 53 preuv. D. XIII Kal. Febr. ind. XIII a. VI act. Aquisgr. *Eccard.* T. II rer. Franc. p. 880.

A. VII. D. III Kal. Febr. a. VI (potius VII) ind. XIII. act. Aquisgr. *Marten.* T. I, V. M. p. 69. D. Non. Mart. ib. *Comte* T. VII h. a. 820 §. 10. D. IV Id. Mart. ib. *Hiſt. de Langued.* T. I p. 54. D. V Kal. Mail ib. *Vghell.* T. II p. 201. D. IV Kal. Maii ib. Chron. Fart. ap. *Murat.* T. II P. II p. 378. D. VII Kal. Aug. ind. XIII. Act. Ingalenheim. *Schannat.* tradit. Fuld. p. 131. ſed magis congruit cum a. VI. D. XV Kal. Oct. ind. XIV. Act. Vern. palat. (ni charta fallit) *Marca* de marca Hiſp. p. 766. D. XIV Kal. Nou. Aquis pal. publice. *Baluz.* T. II Cap. p. 1418 *Comte* T. VII §. 83 a. VIII adſcribit. D. XI Kal. Nou. a. VII. Act. Siluiaco pal. reg. *Mabill.* de re dipl. p. 526. D. IV Kal. Nou. act. Cariſiaco pal. publiciter. *Baluz.* p. 1419. *Id.* T. I p. 621 exhibet capitula data apud Theodonis uillam a. 820 in generali populi conuentu; at Ludouicum hoc anno Theodonis uillae fuiſſe non conſtat; ad ſequentem igitur annum pertinere uidentur.

A. VIII. D. VI Id. Febr. a. VIII ind. XIV. Act. Aquisgr. *Mart.* c. l. p. 76. Menſe Maio Nouiomagi diuiſionem regni optimates iureiurando firmare iuſſit. D. XVII Kal. Aug. ind. XIV act. Aq. *Id.* p. 78. D. V Kal. Aug. *Hund.* M. S. T. II p. 7. D. V Non. Sept. act. Aquisgr. *Schaten.* ann. Paderb. P. I p. 67. Arduennam ſiluam, Treueros, Metas, Romarici caſtellum uiſit, in Voſagi ſilua uenatur. Menſe Octobri Theodonis uillae comitia habet et Capitulare edit. D. VIII Id. Nou. act. Theod. uill. *Mabill.* de re dipl. p. 526.

A. VIIII. D. VI Id. Febr. ind. XV Act. Aquisgr. *Murator.* Antiq. Ital. T. I p. 771. D. XIIII et XIII Kal. April. act. Aquisgr. *Hiſt. de Languedoc* T. I p. 58, 59 preuves. D. IV Non. April. act. Aquisgr. *Schaten.* Ann. Paderb. P. I p. 71. D. eod. in Longolano. *Mur.* T. I p. 132. D. XVII Kal. Iun. ind. XIV a. IX. Act. Viennae. *Cointe* T. VII ad a. 822 §. 5. Haud integra uidentur. D. XV Kal. Iun. Act. Aquisgr. *Id.* §. 3. D. III Kal. Iul. a. VIII (VIIII) Act. Stratella uilla. *Mabill.* ſaec. IV P. I A. SS. p. 64. *Cointe* T. VII ann. a. 822 §. 154. Menſe Auguſto Attiniaci conuentus congregatur. Arduennam poſtea profectus Imperator. D. XVIIII Kal. Sept. act. Carbonaco uilla pal. reg. *Mabill.* Ann. B. T. II p. 475. *append.* p. 724 n. 46. D. IV Kal. Oct. a. VIIII ind. I act. Ciſpiacho in Ardenna. *Baluz.* T. II Cap. p. 1322. Conuentus Francofurti habetur aut etiam Triburiae *Id.* T. I p. 626. D. XIII Kal. Ian. ind. I. Act. Francofurt. *Eccard.* T. II rer. Fr. p. 881, 882. D. VIII Kal. Ian. ib. *Id.* p. 883.

A. X. Menſe Maio Francofurti conuentus agebatur. D. prid. Id. Iun. a. X ind. I. act. Franconouorti. *Mabill.* Ann. B. T. II append. p. 724. D. XII Kal. Iul. Francof. pal. *Laguille* hiſt. Alſat. p. 15 preuv. D. XI Kal. Iul. ib. *Mabill.* c. l. T. II p. 486. D. IV Kal. Iul. a. 823 Franconof. *Hanſit.* German. ſacra T. I p. 155. D. VI Kal. Aug. act. Ingilinheim. *Schaten.* Ann. Pad. p. I p. 74 et 76. D. X Kal. Sept. a. X. act. Aquisgr. pal. *Meichelbeck* hiſt. Friſ. T. I P. I. p. 252. (niſi magis reſpondeat anno ſeq.) D. XII Kal. Sept. Act. Engelinh. pal. reg. *Falckenſtein.* Cod. dipl. Antiq.

antiq. Nordgau. p. 10. Arduennam se conuertit. D. IV Kal. Sept. act. Confluentes super Mosellam. *Mart.* p. 80. D. III Id. Sept. act. Attiniaco pal. *Baluz.* T. II Cap. p. 1424. D. Id. Oct. act. Aristallio palat. *Mart.* p. 79. Mense Nouembri Compendii comitia celebrata.

A. XI. In Annal. S. Iuliae Brixiens. duae chartae p. 27 et 28 occurrunt datae 10 et 14 Ianuar. a. XI ind. IX, Brixiae; uerum nusquam relatum legimus, Ludouicum tamquam Imperatorem Italiam adiisse. D. XVII Kal. April. a. XI ind. II. Act. Aquisgran. *Heda* de ep. Vltrai. p. 45. Mense Maii eodem loco conuentus conuocatur. Perdomuit Britones et XV Kal. Dec. Rotomagum reuertit.

A. XII. D. XII Kal. Ian. a. XXI (potius XII) ind. III. act. Aquisgr. *Hund.* M. S. T. II p. 8. D. III Non. Ian. a. XI (XII) ind. III. Act. Aquisgr. *Hist. de Langued.* T. I p. 62 pr. D. XIII Kal. Mart. a. XIII (al. XII) act. Aquisgr. *Dacher.* spic. T. III p. 329. D. pridie Kal. Iun. act. Aquisgr. *Marten.* thes. Anecd. T. I p. 23. D. III Non. Iun. ind. III. Act. Aquisgr. *Cointe* T. II a. 825 §. 36. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 266. D. II Non. Iun. *Dacher.* c. l. p. 328. Nouiomagum proficiscitur et in Vosagum ad Romarici arcem; hinc Argentoratum. Act. Strazburg ciuitate VIII Kal. Aug. *Mabill.* T. II Ann. B. p. 501. Mense Aug. Aquisgr. conuentus cogebatur. Postea se Nouiomagum iterum contulit. D. XV Kal. Ian. a. XII ind. IV. Act. Aquisgr. *Calmet.* hist. de Lorr. T. I p. 299 preuv. et *Mabill.* T. II A. B. app. p. 725, nisi a. XIII reponere malis.

A. XIII. D. VI Kal. Mai. a. XIII ind. VIII (IV) act. Aquisgr. *Chapeauill.* gest. pontif. Tungrens. T. I p. 147. Mense Iun. Ingelheimii comitiis praefuit. D. V Kal. Iun. act. in ciuit. Roma. uid. tamen quae ad a. XI diximus. *Margar.* Bullar. Casin. T. II p. 22. D. XII Kal. Iul. act. Ingilenheim. *Schaten.* ann. Pad. P. I p. 83. Paullo aliter *Paullini* in diss. hist. p. 6. D. Kal. Aug. act. Carisiaco pal. *Mabill.* Ann. B. T. II p. 498 app. p. 724.

Ad uillam Salz diſceſſit. Menſe Oct. Ingelheimii iterum conuentum habuit populi. Act. Ingilheim VI Kal. Nou. a. XIII ind. IV. *Id.* p. 501. D. II Kal. Nou. ind. IV. Act. Engelinh. pal. reg. *Schannat.* hiſt. Worm. T. II p. 4. A. XIII Ferolsfeld. *Guillim.* de ep. Argent. p. 120.

A. XIV. D. II Id. Febr. a. XIV ind. V. Act. Aquisgr. *Cointe* T. VII a. 827 §. 69. D. VIII Kal. Iun Act. Tectis pal. reg. *Mart.* T. II V. M. p. 24. D. VI Kal. Iul. a XIV et Hlothar. IV ind. IV. Act. Engilenheim palac. reg. *Murator.* T. V antiq. p. 553. D. IV Id. Nou. ind. VI. Act. Cariſiago pal. *Mabill.* de re dipl. p. 516. Hoc anno Nouiomagi et Compendii comitia habentur.

A. XV. Menſe Febr. Aquisgr. comitia coeunt. D. V Kal. Mart. a. XV. Act. Aquisgr. pal. reg. *Mabill.* c. l. p. 526. A. XV. imp. D. Hlud. et Hlothar. VI. Act. Aquis pal. *Gevvold.* de Septemuir. p. 83. D. XI Kal. April. a. XV ind. VI. act. Aquisgr. *Rettenpach.* ann. Cremifan. p. 30. Menſ. Iun. Ingelheimii placitum habuit; hinc Francofurtum, Wormatiam, Theodonis uillam profectus, Aquisgranum reuertit. D. VI Kal. ---- a. XV ind. VII. act. Aquisgr. *Baluz.* T. II Cap. p. 1430.

A. XVI. D. Id. Ian. a. XVI ind. VII. Act. Aquisgr. *Annoin.* L. V. c. 10 p. 280. D. X Kal. Iul. a. XV (XVI) ind. VII. Act. Aquisgr. Chron. Farf. apud *du Cheſne* T. III p. 658. Menſe Auguſto Wormatiae comitiis adfuit. D. II Id. Sept ind. VII. act. Wormatiae ciuit. publica. *Schann.* ep. Wormat. T. II p. 5. D. II Kal. Oct. ind. VIII. act. Triburini palat. *Hiſt. de Langued.* T. I p. 66 preuv. Diſceſſit Francofurtum et Aquisgranum repetiit, ibique conuentum et natalem domini celebrauit.

A. XVII. Iter in Britanniam parat. Ad monaſterium Sithienſe ſeceſſit. D. XIV Kal. April. a. XVIII ind. VIII. *Mir.* T. II p. 930. D. menſe Mart. ind. VIII. *Cointe* T. VIII a. 830 §. 48. D. III Non. April. act. Monaſterio S. Gualarici. *Dacher.* ſpic. T. II p. 309. Compendii commoratur. D. Id Aug. act. Salmontiaco palat. *Cointe* c. l. §. 27. Circa Cal. Octobr. Nouiomagi comitiis congregatis reſtituitur Imperator. D. III Id. Nou. a. XVII. Act. Niuma-

Niumaga pal. reg. *Mabill.* T. II Ann. B. p. 534. app. p. 737 n. 53. D. XIII Kal. Dec. ind. IX. *Vghell.* T. V p. 705. (uid. a. II, ſed *Coint.* ad h. a. affert) Act. a. ab inc. dom. XXX ind. VIII epacta XV. *Chron. Beſuenſ.* ap. *Dacher.* T. II p. 405. D. VII Id. Ian. a. XVII ind. VIIII. Act. Aquisgr. *Mart.* T. I p. 85. D. XV Kal. Febr. act. Aqu. *Cointe* c. l. a. 831 §. I. *Mabill.* A. S. ſaec. IV P. I p. 64.

A. XVIII. D. II Kal. Febr. a. XVIII. *Mir.* T. I p. 247. Aquis comitia et paſcha agit. D. V Non. Mart. a. XVIII ind. VIIII. act. Aquisgr. *Baluz.* T. II Cap. p. 1432, 1433. Act. Aquisgr. VI Id. Mart. a. XVIII ind. IX. *Mabill.* T. II Ann. B. p. 545. D. Kal. April. act. in palat. reg. Chr. Vulturn. ap. *du Cheſne* T. III p. 686. D. XIII Kal. Mai. act. Ariſtalio palat. reg *Chapeauill.* c. l. p. 154. Actum publice in monaſterio Prumiae ab an. inc. dom. 831 ind. IX regnante et mediante atque praeſente domino Ludevvico imperatore anno regni eius XVIII menſe Maio prima die menſis. *Schann.* tradit. Fuld. p. 161. D. VIII Id. Iun. act. Ingelheim pal. reg. *Guilliman.* de ep. Argent. p. 122. et *Sammarth.* G. Chr. t. V p. 463. Act. Ingulheim pal. reg. V Id. Iun. *Mabill.* c. l. p. 546. per Voſagum uerſus Romaricum tranſiens piſcationi et uenationi uacat; Theodonis uillae conuentum publicum congregat. D. pridie Non. Nou. ind. X. act Theodonis uilla pal. regio. *Mabill.* c. l. p. 451; V Non. habet *Marten.* c. l. p. 86. D. IV Kal. Ian. ind. X. act. Cenomanis. *Baluz.* Miſcell. L. III p. 23. ſed *Cointe* T. VIII a. 834 §. 74 ſubſtituit a. XXI, ind. XII, Kal. uel Auguſtas uel Septembres. Redit Aquisgranum.

A. XVIIII. D. Non. Febr. a. XIX ind. X. Act. Aquisgran. *Mart.* T. I p. 88. D. XIV Kal. Mart. Act. ib. *Cointe* T. VIII. a. 832 §. 2. XIV Kal. Mai. Francos Moguntiam conuocat; filium Ludouicum cum exercitu ad Auguſtam usque Vindelicorum perſequitur Pergit ad palatium Salz, Moguntiam, Francofurtum. D. XVI Kal. Iul. act. Franconouort. pal. reg. *Schaten.* Ann. P. P. I p. 90. D. III Id. Iul. act. Francof. *Iohannis* ſpicil. I p. 439.

et alia eodem data. *Falkenſtein* cod. dipl. antiq. Nordgau. p. 11. D. VII Kal. Sept. ind. X act. in monaſterio S. Dionyſii. *Mabill.* de re dipl. p. 392., qui epocham ducit a tempore, quo Ludouicus conſors imperii factus. alia eod. *Baluz.* T. I Cap. p. 675. Aurelianos et Lemouicas proficiſcitur. D. IV Non. Oct. a. XIX ind. VI (XI) act. Iuuenciaco pal. *Hiſt. de Langued.* T. I p. 67 preuves. D. XVIII Kal. Dec. ind. XI. act. Turonis monaſterio S. Martini. *Marten.* theſ. anecd. T. I p. 26; ſed T. I V. M. p. 89 inuenitur ind. X. D. XIII Kal. Dec. ind. X. act. Caduppauilla. *Cointe* c. l. §. 14. D. II Kal. Ian. ind. X. act. Cenomanis. *Baluz.* Miſc. L. III p. 27. D. VI Id. Ian. a. XVIII (XIX) ind. XI. act. Besuilla. *Id.* p. 24. D. XIII Kal. Febr. a. XIX ind. XI. act. Vern. pal. reg. *Mabill.* de re dipl. p. 521. Aquisgr. repetit.

A. XX. D. III Non. Mart. a. XX ind. XIV (XI) niſi error in anno imp. act. Aq. *Marca* de Marca Hiſp. p. 770. Wormatiae comitia habet. D. Kal. Iun. a. XX ind. XI. act. Wormacia ciuit. *Schaten.* Ann. Pad. P. I p. 91. D. VI Id. Iun. Ib. p. 92. Ludouicus in campo Rotfeld Alſatiae a ſuis deſeritur menſe Iul. et a Lothario filio cuſtodiae monaſterii S. Medardi in urbe Sueſſionum mandatur. D. VIII Kal. Sept. act. Aquisgr. *Baluz.* T. II cap. p. 1436. Menſe Octobri Ludouicus Compendii exauctoratur et Aquisgranum ducitur. D. XV Kal. Ian. a. XX ind. XI act. Gardina pal. et IV Kal. Ian. a. XX ind. VIII. act. Aquisgr. *Marca* c. l. p. 770, 771. At nec numeri, nec loci, nec Cancellarii inter ſe conueniunt.

A. XXI. Lotharius Compendium et Lutetias Pariſior. patrem ſecum ducit, qui apud S. Dionyſium dominica II Quadrageſimae a. 834 eccleſiae et imperio reſtituitur; Nantogilum et Cariſiacum uenit et Paſcha Aquisgrani celebrat. D. Id. Mai. a. XXI ind. XII act. Aquisgr. *Lindenbrog.* ſcript. ſeptentr. p. 125. Alia eod. *Schaten* c. l. p. 95. Poſt Pentecoſten Romarici montem uenandi et piſcandi cauſſa acceſſit, et, Lothario filio ſuperato, Aurelianos et Lutet. Pariſ. uidit. D. pridie Kal. Iul. act. Compend. pal. *Mabill.* T. II Ann. B. append. p. 739. D. V Non. Iul. act. Aquisgr. pal.

gr. pal. *Rasler* in app. p. 26. D. XIII Kal. Aug. act. Theodonis uilla. *Marten.* c. l. p. 90. D. undecimo quarto Kal. Sept. ind. XII. act. Lingonis ciuit. *Sammarth.* Gall. Christ. T. IV instr. p. 130. D. XII Kal. Dec. ind. XII, act. Attiniaco pal. reg. *Ioann.* spicil. I p. 441. D. IV Non. Dec. ind. XII. act. Attiniaco pal. *Marca* c. l. p. 772. D. VII Id. Dec. ind. XII. act. Blanciaco. *Schaten.* c. l. p. 97. Theodonis uillam se confert et Metis natalem domini celebrat.

A. XXII. D. II Non. Ian. a. XXII (XXI) ind. XIII. act. Theodonis uilla. *Cointe* T. VIII a. 835 §. I, ex *Chiflet.* hist. Trenorch. ibi conuentus habetur; Metis denuo mense Mart. Ludouicus coronatur; mense Maio Wormatiae comitia celebrasse uidetur, quae tamen *Pagi* T. III p. 562 ad ann. sequentem refert. D. VIII Kal. Iun. a. XXII ind. XIII act. Albulfiuilla pal. reg. *Mart.* c. l. p. 93. Stremiaci conuentum instituit, quo praeceptum de diuisione regni apud *Baluz.* T. I Cap. p. 685 editum uidetur. D. XII Kal. Ian. (Iul.) a. XXII ind. XV (XIII) act. ciuit. Lugduno pal. reg. *Marca* p. 774. D. VIII Kal. Iul. act. Stramiaco supra fluuium Rhodanum. *Baluz.* Misc. L. III p. 166. D. XII Kal. Aug. act. Strennaco. *Cointe* a. 835 §. 81. D. IV Kal. Aug. act. Lucouilla (Buschvveiler) *Mabill.* act. S. Ord. S. B. P. II Saec. IV p. 576. D. Aquisgr. Id. Aug. *Id.* R. D. p. 613. D. IX Kal. Sept. act. Cusiaco pal. reg. Ib. p. 522. D. IV Id. Sept. ind. XIII. act. monasterio Prumiae. *Marten.* c. l. p. 94. D. XVI Kal. Dec. ind. XIII. act. Aquisgr. *Cointe* a. 833 §. 58. Natalem dom. ibi celebrat. D. IV Id. Ian. Ind. XIV. act. Aquisgr. *Mart.* c. l. p. 96.

A. XXIII. Aquisgr. concilium habetur. D. II Non. Febr. a. XXIII ind. XIV. act. Aquisgr. pal. *Schannat.* Cod. pr. hist. Fuld. p. 116. D. XIV Kal. Mart. act. Aquisgr. *Cointe* a. 836 §. 24. At chronica signa mendosa. In charta Hieremias Archiepiscopus Senonensis consentire dicitur, qui septennio ante uitam deposuerat; nec Fridugisus Cancellarius amplius in uiuis erat, nec moris hoc tempore, ut inscriptiones utrumque Imperatorem referant. *Mabill.*

Mabill. T. II A. B. p. 588 n. 66. D. III Non. Mart act. ib. *Marca* p. 773. D. XVI Kal. April. act. ib. *Baluz.* misc. L. III p. 34. D. XI Kal. April act. ib. *Id.* p. 36, 99. D. X Kal. April. ind. IV (XIV) act. ib. *Id.* p. 94. D. IV Non. April. *Baluz.* in not. ad Lup. p. 509. Mense Maio Theodonis uillae comitia conuocantur. D. IX Kal. Sept. act. Rampert uilla. *Perard.* recueil p. 19. mense Sept. Wormatiae conuentum fieri iubet. Posthaec Aquisgranum, hinc Francofurtum discessit. XII Kal. Dec. Confluentiae ad Rhenum constitisse reperitur.

A. XXIV. Aquis comitiis praeest. D. XIV Kal. Mart. a. XXIV ind. XIV a. VII dom. 836. act. Aquisgr. pal. reg. *du Chesne* hist. des Chancel. p. 67. D. VII. Id. Mart. a. XXIV ind. XV. act. Aquisgr. *Sammarth.* Gall. Christ. T. V p. 463 instrum. mense Maio conuentus Theodonis uillae agitur. D. XVII Kal. Iul. a. XXIII (XXIV) ind. XV. act. Gundulfi uilla. *Baluz.* Misc. L. III p. 80. D. XVI Kal. Iul. act. Theodonis uilla. *Mab.* T. II Ann. B. p. 600 §. 83. D. XIV Kal. Iul. a. XXIII (XXIV) act. ib. *Baluz.* c. l. p. 70. Nouiomagi conuentum habuit; iterumque mense Septembri Carisiaci. D. VII Id. Sept a. XXV (numerat forte ab inito consortio) ind. I. act. Carisiaco pal. *Baluz.* c. l. p. 96, 93, 101. D. XIV Kal. Nou. a. XXIV ind. XV act. Aquisgr. pal. *Mabill.* Ann. B. T. II p. 600 ad a 837. *Comte* ad a. 836. *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 344 inst. ad a. 838. D. XII Kal. Nou. act. Aquisgr. *Comte* a. 836 §. 108. *Mabill.* Saec. IV P. I A. S. p. 212 sq. D. XIII Kal. Ian. act. Aquisgr. *Eccard.* T. II rer. Franc. p. 884; nisi error in anno lateat.

A. XXV. D. XI Kal. April. a. XXV ind. I act. Aquisgr. *Baluz.* c. l. p. 103. D. XI Kal. Mai. act. ib. *Id.* p. 155. Nouiomagi comitia habita. D. VII Id. Iun. act. Neomagi. *Schaten.* Ann. Pad. P. I p. 115. D. XVIII Kal. Iul. act. ib. *Rasler* p. 27. Wormatiae conuentus coit et regnum diuiditur. Act. Ingelheim XVIII Kal. Dec. *Schaten.* c. l. p. 117. Natalem domini Aquisgrani celebrat.

A. XXVI.

A. XXVI. D. X Kal. Febr. a. XXVI ind. II act. Attiniaco pal. *Mabill.* de re dipl. L. VI n. 80. D. XIII Kal. Mart. a. XXVI ind. II. act. Franconof. *Schannat.* tradit. Fuld. p. 176. D. VIII Kal. Mart. act. ib. *H. de Langued.* T. I p. 75 preuves. D. IV Kal. Mart. ind. II. act. ib. *Schannat.* c. l. p. 177. Ibid. Paſcha agit. Tiburias petiit. D. XIV Kal. Mai. act. Bodoma. *Mabill.* A. B. c. l. p. 609. D. VIIII Kal. Mai. act. Bodoma pal. *Eccard.* T. II rer. Franc. p. 885. XV Kal. Iun. Ingelheimii fuit. D. VI Kal. Iul. act. Wormat. ciuit. *Marten.* T. I, V. M. p. 97. D. VIII Id. Iul. act. Crucinlaco pal. *Schaten.* c. l. p. 118. Arduennam adit. D. Kal. Sept. act. Cabalauno ciuit. pal. reg. *Mabill.* V. anal. p. 448. Claromontem, Cartilatum, Torennam profectus. D. XVI Kal. Dec. ind. II. act. Pictauis ciuit. *Baluz.* c. l. p. 171. Ibid. feſta Natal. dom. obit.

A. XXVII. D. IV Kal. Ian. a. XXVII ind. III act. Pictauis ciuit. *Perard.* rec. p. 25. D. XV Kal. Mart. act. ib. *Baluz.* c. l. p. 174. Aquisgr. Paſcha celebrat; ad uillam Salz reuertitur. D. VII Id. April. a. XXVII. Caſſanogel. *du Cheſne* hiſt. de Chancel. p. 65. D. XV Kal. Mai. act. Aquisgr. *Baluz.* c. l. p. 176. Hersfeldam uiſit. D. IV Id. Maii. act. Ketzicha. *Rasler* p. 35. D. VI Id. Iun. act. Frankonof. *Eccard.* c. l. p. 886. XII Kal. Iul. Moritur Imp. in inſula Rheni prope Ingelheim. Natus erat DCCLXXVIII; auctor uitae eius uixiſſe illum LXIV annos tradit; incoat uero annos incarnat. a Paſchate, annosque incompletos numerat.

Suffigitur denique ſolennis clauſula: *in dei nomine feliciter amen.* In *Baluz.* T. II Capit. p. 1433 deprehendimus: *in Chriſti nomine fel. amen.* Tabulae quaedam uitioſae uel hic claudicant.

§. LXXXVIIII.

Tabularum fragmenta et commemorationes. Mon. S. Saluat. et Iul. Brix.

Tanto tabularum cumulo alias addimus, quae in annalibus tantummodo indicantur aut mutilae ac decurtatae in lucem editae ſunt. In *Margarini* T. II Bull. Caſin. conſtitutio 40 tribuitur Ludouico Balbo, quem Imperatorem dicit editor, quam-

quam ſatis appareat Ludouicum P. auctorem fuiſſe. Incipit: *In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Aug. - - quia dilecta coniux noſtra Iudit, quae monaſterium Domini et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti, quod ſitum eſt infra muros ciuitatis Brixiae a noſtra liberalitate in beneficium habet, oſtendit nobis quandam auctoritatem immunitatis domini genitoris noſtri Caroli bonae memoriae praeſtantiſſimi Imperatoris* (confirmat iura monaſterii S. Saluat. et Iuliae Brix. a iudiciaria poteſtate eximit, in tuitionem recipit.) Depromtum eſt diploma ex archiuo S. Iuliae Brix. ſed ſine anno diuulgatum. *Odilo* de translat. S. Sebaſt. et S. Gregorii Sueſſion. c. 43: *abbatiam quoque protomartyris Stephani Cauciacum, quae ſeptingentarum familiarum eſſe perhibetur, ad templi fabricam ſpatiandam dedit et praecepto regiae auctoritatis, ne a quolibet temerario abriperetur, cum obteſtatione et anathematis innodatione anuli ſui impreſſione ſignato roborauit.* Hiſtoria translat. S. Balthildis reginae Francor. c. 7 apud *Mabill.* Saec. IV. P. 1A. B. p. 430: *Cupiens* (Ludou. Imp.) *uero ſanctae ac beatiſſimae Baltechildis gratiam promereri atque eius auxilius adiuuari, uillam Colon cum omni integritate ſuam in pago Meldico eidem in translatione ſanctiſſimi eius corporis contulit, quatinus de collatione eius terrena famulantes in eodem coenobio ſubſidium haberent et pro ſtatu imperii eius ac pace et coniugis ac filiorum eius ſanitate regem coeleſtem exorarent.* In Diſcurs von *Reichs-Vogtheyen* p. 59 exhibentur excerpta germanice translata diplomatis alicuius Ludou. P. dati coenobio Reichenauienſ. de regis ſuſtentatione. Codicillos aliquos temporis ac loci nota ſuppreſſa exſcripſerunt *Cont.* t. VII a. 814 §. 64; *Baluz.* t. II Cap. p. 1409, 1410. *Falckenſtein.* cod. dipl. antiq. Nordgau. p. 12. *Mabill.* l. VI r. d. n. 66, 69. *Vdalric. Babenberg.* p. 43. *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 413 inſtr. "At hos nihilominus paſſim in uſus noſtros uertimus; notas uero chronicas ac topicas ſuperiorum regularum atque ſcriptorum hiſtoricorum ope quodammodo ſuppleueris.

In Galliae Chriſtianae t. I inſtr. p. 137 ſq. chartae Remigio et Fulcherio epiſcopis Auenion. conceſſae ſiſtuntur, quas olim *Sammarthani* fratres Ludouico P. tribuerunt. Sed Ludouico Imp. Boſonis

2. Mon. S. Stephani.

6. Baltechildis.

4. Mon. Reichenau.

5. Manca diplomata.

6. Diplomata Ludou. P. perperam uindicata.

Boſonis filio uindicandas eſſe, tum *Bouche* in hiſt. Prouinc. et *Coint.* ad a. 822, tum poſtrema monſtrat clauſula: *Warnerius notharius ad uicem domni Alexandri Archicancellarii rec. et ſſ. D. XIV Kal. Nou. a. VII regni Hludouici piiſſimi auguſti ind. XI. Actum Vibema publice in Dei nomine feliciter. Amen.*

§. LXXXX.

Nunc commentandum eſt de chartis originis impurae ac dubiae, iisque, quibuscum regulae non congruunt; idcirco tamen nullius iuribus quidquam detrahi uolumus, quod iterum iterumque monemus. *Lunig.* ſpic. eccl. P. III p. 115 exhibet literas abbati Elvvang. conceſſas, his formulis: *In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti Ludouicus diuina largiente clementia Imperator Auguſtus*; contrariis §. LXIX, LXX. *Data VI Id. April. a. I Chr. propit. imperii noſtri ind. VII. Act. Aquisgr. pal.* Petitum, ut Imperator ſub *fermone tuitionis ſuae reciperet*, pro mundeburdio. Haud incognita haec *fermonis* ſignificatio, ſed in chartis huius Imperatoris uix quaerenda.

Diplomata anomala.

Abb. Elvvang.

In *Murator.* T. III antiq. p. 31 confirmatur teſtamentum Abbonis: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti Dei aeterni*; §. LXIX, quae eſt formula Lotharii. D. a. I Chr. prop. *imperii noſtri* ind. VII. Act. in Aquisgr. palat. reg. i. d. n. f. a. Ipſum literarum argumentum habet: *omnia ſcil. regalia ex iis omnibus, quae ad praeſens poſſident et quae in antea acquirere poterint forum, omicidium, Aſſaſſinium in noſtro imperio perpetratum media ciuitate, publicam ſtratam praedicta ciuitate uſque ad Fontanam Vercineſcam et cetera alia, quae ad nos ſiue ad noſtros ſubditos ſpectabant.* Muratorius uocabulum Aſſaſſinii exeunte demum Saec. XI ex oriente aduectum eſſe arbitratur. Charta apud *Mir.* T. I p. 131 monaſterio Blandinienſi indulta *Cointio* Annal. T. VII a. 825 §. 67 commentitia uiſa eſt. Incipit: *In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Ludouicus diuina prouidentia Imperator Auguſtus.* Subſcriptio ita comparata eſt: *Helizachar recognoui et notaui. D. IV Non. Iun. Chr. prop. a. II imp. dom Ludouici piiſſimi Aug. ind. VIII act. Aquisgr. pal. reg. i. d. n. f.* Propius ergo nobis a norma abeſſe uidetur.

a. Teſtam. Abbonis confirmat.

3. Mon. Blandinienſ.

4. Mon. S. Michael.

Mabillon. Vet. anal. p. 356 praeceptum monaſterii S. Michaelis Virdun. edidit, quod cum ipſe in R. D p. 107, tum *Coint.* c. l. interpolatum non ſine cauſſa rati ſunt. Offendit aures. Ludouicus diuina ord. prouid. Imperator *ſemper Auguſtus ac Francorum Rex.* Quid clauſula corruptius? *manu noſtra propria ſubterfirmauimus et bullarum noſtrarum impreſſionibus inſigniri fecimus. D. XIII Kal. Iul. ind. X octauo regni dom Ludouici Imperatoris in Francia et imperii eius a. II. Act. Compend. palat. reg.* In charta ipſa Imperator ait, *quod nos deuotionem noſtram ſpecialem habentes ad monaſterium olim Michaelis glorioſiſſimi Archangeli - - et genitor noſter Carolus Magnus habuerunt, qui illud monaſterium cum duce* (qui aliis comes) *Wolfando fundauerunt.*

5. Decretum elect. pontific. et donat. confirm.

Cum a. 817 Paſchalis ad pontificatum adſcendiſſet, Ludouicus decretum, quo Romanis ius eligendi pontificis conceſſit et donationes eccleſiae Romanae ab auo ſuo Pipino Rege et a patre Karolo Magno Imperatore factas confirmauit, edidiſſe fertur. Id occurrit paſſim u. c. diſt. 63 c. 30. *Baluz.* T. I Capit. p. 591 ſq ſupra §. LXXVI, 6. Incoatur: *In nomine domini Dei omnipotentis patris et filii et ſpiritus ſancti. Ego Hludouuicus Imperator Auguſtus ſtatuo et concedo &c.* ſub finem: *propriae manus ſignaculo et uenerabilium epiſcoporum atque Abbatum uel optimatum noſtrorum ſub inreiurando et ſubſcriptionibus pactum iſtud noſtrae confirmationis roborauimus et per legatum ſanctae Romanae eccleſiae Theodorum Nomenclatorem domno Paſchali Papae direximus. Ego Ludouicus miſericordia Dei Imperator ſubſcripſi et ſubſcripſerunt tres filii eius et epiſcopi decem et abbates octo et comites quindecim et Bibliothecarius unus et marſionarius unus et Oſtiarius unus.* Quis hic Ludouicum loqui credat? ut taceam interna, a fide longe abhorrentia Nec ſagaces nisi rabulis hiſce calculum addidere, quamquam nonnulli neluti *Mabill.* R. D. p. 76, paullo timidiores eſſent. Reiecerunt eas *Pagi* T. III Critic. Baron. ad a. 817 n. 7 p. 492, *Pfeffinger.* ad Vitriar. T. I. p. 54 ſeq. et 369 ibique adducti. Interpolatam hanc dotationem cenſet *le Blanc* diſſ hiſt. p 30 in tract. de monetis. *Auctor diſſ. chorographicae* Ital medii aeui T X *Murator.* ſcript. rer. Ital. p. 36 hanc Ludouicianam dicit *fuiſſe ex Carolina contextam circa idem tempus,*

pus, quo eam primo vulgarunt Leo Oſtienſ. et Ivo Carnot. h. e. aetate S. Gregorii VII et Mathildis Comitiſſae Italiae, ut validior huius donatio, ut vocant, et conformior donationibus Pippini et Caroli appareret. In libro, qui *Muratorio* tribui ſolet: les droits de l' empire ſur l' etat eccleſiaſtique, gallice uerſo c. 4 harum tabularum fides nouem argumentis infringitur.

6. Charta mon. Neuſtad.

Ioh. Ge. Leuckfeldio debemus chartam in Antiquit. Poeldenſ. Append. II p. 641 monaſterio Neuſtadienſi datam, cuius inſcriptio uitio uacat; ſubſcriptionis uero partes male cohaerent: *D. VI Kal. Sept. a. ab inc. dom. DCCCXXIII ind. X anno Chr. prop. III imperii dom. Hlud. piiſſimi Aug. Act. Noviomago in palat. reg. i. d. n.f. a. Heliſactus Cancellarius ad vic. Richolfi Archicapellani rec.* Singula accuratius examinat *Eccard.* T. II rer. Fr. Orient. p. 136 ſq. imperitum impoſtorem rem certam fabulis turbaſſe opinatus.

7. Mon. Murhart.

Cruſ. Ann. Sueu. P. II p. 21 priuilegia monaſterii Murrhartenſis ſtilo tantum, quem relatiuum dicunt, luce donat. Sed quid iſthac charta mendacius, quid puerile magis cogitari poſſit, uix reperitur. In exitu legitur: *Ludolphus Moguntinenſis ſedis epiſcopus ſubſcripſi. Dudo Cancellarius recognoui. Data Wormatiae anno incarnationis dominicae octingenteſimo decimo ſeptimo, indictione decima tertio anno regni et primo anno imperii Domini Ludouici feliciter amen.* Appingitur monogramma peregrinum. Nomina facta, nec locus, nec tempus ſibi conſtant. In media charta mentio fit *miniſterialium ac militum caſtrenſium*, huic aetati eo, quo ueniunt, ſenſu ignotorum. Nec *curia principum* pro placito ſeu conuentu uſurpabatur. Inania plura oſtendit *Eccard.* c. l. p. 139 ſq. *Tenzel.* append. tert. Vindic. p 89.

8. Volturnenſ.

In *Chron. Vulturn.* p. 371 diploma a. 819 *Murator.* t. I antiq. p. 933 reiicit, tum quod *camerae* uox occurrat, tum quod Sicardus princeps Beneuentanus, qui anno demum 833 regnare coepit, memoretur et comminationes inſuetae inſerantur.

9. Maricolenſ.

Singularem ſtilum prae ſe fert documentum Maricolenſi monaſterio datum in *Miraei* T. I p. 246: *Rege Regum ac Domino dominantium diſponente et ordinante ac auxiliante Ludouicus Rex Francorum omnibus ſanctae Dei eccleſiae fingue regni fidelibus - - ſub teſtimonio fidelium noſtrorum tranſirmamus. Et ut haec noſtrae largitionis charta*

maiorem ac firmiorem per diuturna tempora obtineat ſtabilitatem, nomine eam proprio decreuimus firmari et decretum regale anulo noſtrae auctoritatis ſigillari. Act. Aquisgr. palat. regali a. V imperii Ludouici piiſſimi Auguſti, ind. XIII Kal. Maii.

10. Faberienſis. *Herrgott.* Cod. prob. geneal. Habsp. Vol. II p. 20 literas monaſterii Fabarienſis porrigit, quarum uulneribus nulla medicina par uidetur ſanandis. Initia aliena: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Hludouicus diuina fauente gratia Rex - - ut nullus epiſcopus, Dux, comes uel iudex publicus res, immunitates, aut poſſeſſiones memorati monaſterii inuaſtare, infeudare* (quis hic non haereat?) *aut quouis modo deturbare audeat, ſed ſemper ſub tuitione et mundiburdio noſtro inconcuſſum conſiſtat. - - Actum Theodonis uilla in nomine domini feliciter amen. Sign Hludou. ſereniſſimi regis et imperatoris. Hilduinus ad uicem Hichſtulphi Archicancellarii recogn. a. Chr. pr. DCCCXIX II Id. Iun. imperii VI ind. II.*

11. Mon. Maſonis. Monaſterio Maſonis auctoritatem a. X imp. datam exhibet *Laguille* hiſt. d' Alſace p. 15, cum his primordiis: *In nomine Dei ſummi et ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti. Ludouicus diuina repropitiante clementia Imp. Auguſtus*; quae partim peregrina, partim hiſce Ludouici annis non reſpondent. Re ipſa continet rariora: *ſi quis autem de bonis eiusdem eccleſiae ſibi quidquam uelit attrahere falſa cauſſarum affirmatione, omnino non liceat niſi in praeſentia primatum regni - - aduocatis noſtris imperamus, ut nullos ſubaduocatos, exactores, nullosque legatos in eodem loco uel in cunctis eius appendiciis ponant uel habeant, ſed ipſe aduocatus, cui nos uel ſucceſſores noſtri bannum ſuper abbatiam eamdem dabimus, illius eccleſiae locis benigne prouideat - - quotieſcumque Rex uel Imperator Romanus Baſileam uenit, quaelibet boba uel manſus ad ſeruitium eius duodecim numos perſoluat.*

12. Corbeienſ. Monaſterium Corbeienſe in Saxonia duobus gloriatur documentis, quae in conſpectum produxit *Mabillon.* R. D. p. 514 et Act. S. Bened. ſaec. IV P. I p. 524. Vnius ſunt ſubſcriptionis, et, ſi rem ipſam ſpectes, unius argumenti. Alterum uero non temere iudicatur fictum. Karolus enim, qui *Chriſtianiſſimus Imperator*, haud familiari loquendi ratione dicitur, quod eodem die dederat, diploma probum, id periphraſi longa illuſtrat. Quis talia ferat? uid. *Tenzel.* uindic. append. I p. 11.

Diplo-

Diploma coenobii Foſſatenſis, quod *Baluz.* T. II Cap. p. 1436 habet, appellat praeter conſuetudinem comitem Rorigonem *uenerabilem*; et clauditur imprecationibus Ludouico P. indignis: *ſi quis autem inſanus et Deo contrarius fuerit, qui hoc noſtrae auctoritatis praeceptum uiolare praeſumſerit a liminibus ſanctae Dei eccleſiae expulſus et ab omnibus epiſcopis totius Galliae excommunicatus, a coetu Chriſti fidelium ſit ſegregatus et cum Caipha et Pilato, Iuda quoque traditore domini poenas aeternas ſuſtineat, atque cum principe daemoniorum ſedem gehennalem, cum a corpore eius anima exierit, ſibi paratam inueniat.* *Mabillon.* de R. D. ita in rem praeſentem p. 102: *cum hoc diploma ſit illud ipſum, quod tempore Ingelberti Abbatis ablatum igneque crematum tradit Odo Abbas in libello de translatione ſancti Mauri Abbatis, additque Ebroino repraeſentari non potuiſſe; erit forſan qui ſuſpectum habeat ſaltem his in uerbis priuilegium. Eſſi reponi poteſt, autographum quidem amiſſum fuiſſe, non exempla genuina, ex quorum uno editio Baluziana prodiit.* 13. Foſſatenſ.

Satis notum eſt diploma, quo Anſcharius in Archiepiſcopatu Hamburgenſi confirmatur a. XXI imp. ap. *Phil. Caeſarem* in append. triapoſtolatus ſeptentrionis, *Maderum* in append. *Adam.* Bremenſ. *Lambec.* in orig. Hamburg. et in Chronolog. et auctario L. I rer. Hamburg. qui illud ad a. 831 refert. *Act. ſanctor.* T. I m. Febr. p. 404 in uita S. Anſcharii; item in *Lindenbrog.* Script. rer. Septentr. p. 125, et apud alios. Anſcharius iam a 826 cum Heriboldo rege in Daniam abierat, Chriſti doctrinam diſſeminaturus. a. 830 ad Suecos traiectus et anno poſt altero epiſcopus Hamburgenſis deſignatus eſt ab Imperatore. Res dubio caret; an uero dicto diplomate declarari poſſit, non omnibus perſuaſum eſt. Ac certe minus apta nidetur formula: *Hludowicus diuina fauente et propitiante clementia imperator Auguſtus;* cum praeſertim eodem die, Idibus ſcil. Maii, aliud praeceptum ap. *Schaten.* p. 95 datum reperiatur, quod uerba huic Ludowici periodo conuenientia prae ſe fert: *Hludowicus diuina repropitiante clementia imperator Auguſtus.* Scribendi genus eſt diffuſum et inexſpectatum. 14. Hamburgenſ.

In media charta praeter morem tamquam una perſona loquitur: *ego autem, quem diuina clementia in ſedem regni eius aſciuerat, cum in multis regni diſponendis negotiis inſiſterem &c.* Sigillum uel bullam chartae

chartae additam *Heinecc.* de ſigillis p. 84 ita deſcribit: *in antica ſiſtit ad genua usque effigiem Ludouici Imperatoris, imberbis, palliati, corona aurea clauſa redimiti, dextraque aquilam, ſiniſtra globum imperialem crucigerum ferentis. In poſtica aedificium, tribus turribus inſtructum, quod neſcio an templum, an arcem, an ciuitatem repraeſentare debeat. Inſcriptio plane nulla adiicitur* p. 86 de eodem latius differit. At enim uero D. *Io. Zachar. Hartmannus*, Prof. Kilon. in programmate diſſertationi inaugurali *Elendi* de priuilegio de non appellando exceptionem litis in ſupremis imperii tribunalibus pendentis impediente, praemiſſo, hoc diploma defendere laborauit; ſed bullam, quam plenius Lindenbrogio aere expreſſit, nos uero n. 10 reddimus, haud leuibus dubitationibus uexari negare non potuit. Interea diſcimus inde, ſigillum eſſe aureum, turres indicare Romam, in antica hanc legi perigraphen: *Ludevvicus Dei gratia Romanorum Imperator Augſtus.* in poſtica: *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.* Verum ita ſigilli fides labefactari magis quam firmari uidetur. Ceterum non poſſumus, quin *Nicolai Staphorſtii* iudicium, quod de hoc fert diplomate, exponamus. Ita uero in Hamburgiſchen Kirchen-Geſchichten 1 Th. 1 Band p. 23 differit: Dieſes priuilegium (Ludou. P.) vermeynet Johann Renner aus dem Original abgeſchrieben zu haben, vvie er denn in ſeiner noch ungedruckten Bremiſchen Chronic ſich alſo vernehmen laeſſet: Diſſe fundation hebbe ich Iohannes Renner uth dem Original geſchrieben, vvelkes bi dem Dom-Capitel to Bremen und Nevverle renoueret is. Idt is oldfraenckiſche Schrifft oevel to leſen de Regen ſtan 2. Finger bret von einander unde laten de Bockſtaven alſo (vvie Staphorſt in tab. V. exprimiret) an dem Breue hanget ein golden Segel uan nafolgender Groete und Geſtalt: Up de eine Syd. up de ander Syd. Eben dieſelbe Worte ſtehen in dem codice MSS. Bibliothecae Hamb. publ. n. XXIIII fol. inter MSS. Hamb. -- Ob man nun vvohl haette zu uermuthen, daſs Ehrengedachter Lindenbrog dieſer Rennerſchen Abſchrifft bey Herausgebung dieſes Stifftungs-Briefs ſich vverde bedienet haben, ſo gehet doch ſein text von dem Rennerſchen nicht allein in uielen ab; ſondern auch das Siegel iſt ganz unterſchiedlich, vvie aus dem Anfuge bevveiſslich iſt. Hiezu kommt noch

eine

eine dritte Edition beſagten Siegels, vvelches ich in den Schedis Edenianis gefunden, und uon den beiden vorervvehnten gar vveit entfernet iſt, vvie aus der Beylage zu erſehen (tab. VI, VII) Ob nun mehrergemeldter Renner ſeine Abſchrifft, vvie ieztgedacht, aus dem Original meinet genommen zu haben, auch Ioh. Guſt. Kelp in ſeiner noch ungedruckten Hadeleria, olim et nunc optimo iure Bremenſi p. 3 auf das Original ſo er in dem Koeniglichen Archiu zu Stade (ehe es den neulichen Brand in der iüngſten Belagerung ausgeſtanden) dahin es, als das Stifft an Schvveden kommen, uom Bremiſchen Dom-Capitel eingeliefert vvorden, geſehen und gebraucht habe, ſich beruffet: ſo machen doch die unterſchiedliche Siegel ſamt deren Beſchaffenheit und andern zu erzehlenden Vmſtaenden daſſelbe ſehr uerdaechtig, daſs es nicht allein kein Original, ſondern noch darzu ein reſpectiue zerſtümmelte und mit eigenmächtigen Zuſaz uerdorbene Abſchrifft gevveſen. (urget ſigillum appenſum, non affixum eſſe, annotat omiſſa, addita, uariantes lectiones.)

15. Mon. Glanderienſ.

Calmet hiſt. Lothar. T. I. prob. p. 300 literas Abbatiae Glanderienſi datas exhibet, quae quomodo a falſi nota purgari queant, ego quidem neſcio. Formulae ita habent: *In nomine Sanctae et indiuiduae trinitatis. Ludouicus diuina fauente gratia Romanorum Imp. Auguſtus - - - quod fratres de eccleſia Glanderienſi - - dicentes eccleſiam ſuam ſpoliatam fuiſſe a regibus, qui ante progenitorem noſtrum Carolum Magnum exſtiterunt - conſilium principum imperii ſuper hoc quaeſiuimus - - per interuentum igitur conthoralis noſtrae Irmingardis reginae et filiorum noſtrorum Lotharii Caeſaris et Pipini atque Ludouici et Angilrami Archicapellani palatii et epiſcopi Metenſis urbis et principum curiae reddimus - -* ſequitur imprecatio inſolita. *Hanc ergo chartam nidentibus principibus totius imperii fratribus eccleſiae Glanderienſis in ſacrario beati Petri conſeruandam et noſtro ſigillo iuſſimus exinſigniri. S. Hlud. Imp. piiſſimi Hubaldus ad uic. Angelrami Archicapell. ſſ. Act. Vormatiae Id. Maii anno dom. incarn. DCCCXXXVI ind. VII Ludou. piiſſ. anno conſecrationis eius octauo in regno Francorum imperante.*

16 Diploma Lindauienſe.

Quam nunc commemorabimus chartam uexatam coenobii Lindauienſis? Lis notiſſima, ac notatu digniſſima, ſeu longum annorum, quibus agitatur, decurſum, ſeu pugnantium robur ſpectes et grauitatem, ſeu librorum molem, qua ſe uiciſſim opprimere laborarunt. Iam a. 1643 *Daniel Heiderus* typis Noribergae exſcribi fecit *Grundliche Ausführung der Reichs-Stadt Lindau, die obnerſehens*

ſebens abgelöſte und der Ert. - Herzogin Claudiae pendente lite cedirte Reichs-Pfandſchafft betreffend, cuius p. 24 diploma ſuſpectum exhibetur, et p. 293 et 859 ſq. impugnatur. Huic *Henricus Wagenreck* S. I. oppoſuit *ſtandhaffte Rettung des Cloſters contra acta Lindauienſia. Embſii* ad Rhen. 1646. 4. Rarius hoc ſcriptum hodie reperitur; ſed diſcuſſum eſt ab *Hermanno Conringio* in *cenſura diplomatis, quod Ludouico Imp. fert acceptum coenobium Lindauienſe, qua ſimul res imperii et regni Francorum eccleſiaſticae et ciuiles ſaeculi inprimis Carolingici illuſtrantur. Helmſtadii* 1672 *in* 4 *et in Oper. Conring. edit. Goebel. T. II n. VII* p. 567 - 698. Commentitium hoc inſtrumentum etiam uiſum eſt *Stephano Baluz.* in epiſtola de Lindauienſi diplomate ad Conring. ſcripta, obuia p. 397 dictae cenſurae; item *Ferdinando Furſtenbergio* in epiſtola 29 inter epiſtolas ad Conringium; neque id probauit *Cointius* uir ſagaciſſimus, T. VII Annal. eccl. Franc. ad a. 813 n. 374. Sed nihil terrebat coenobium tantorum uirorum auctoritas, nihil artis peritorum iudicia. Prodiit nimirum *iuſta defenſio antiquiſſimi diplomatis, quo Ludouicus imperator coenobium ſolitium uirginum Lindauienſe nono abhinc ſaeculo ſtabiliuit, contra iniquam cenſuram Hermanni Conringii ſuſcepta. Coſtantiae a.* 1691. 4. Tribuitur opus *Bodiero* et *Raſſiero* S. I. Quis uero ſibi perſuaſerit, id non refutatum ituros fuiſſe ciuitatis patronos? Anno igitur ſeq. 1692 lucem adſpexit *Kurzer ex actis gezogener gründlicher Bericht verſchiedener und fürnemben Grauaminum welche der Statt Lindau von Seiten eines löblichen Frey- Adelichen weltlichen unſer lieben Frauen Stiffts daſelbſt zugezogen worden*; ubi p. 4 mentio fit der Wagenreckiſchen ſtandhafften Rettung, additurque: *Worbey aber hauptſächlich zu notiren, daſs nebſt dieſer ſo rubricirten Rettung Er der löll. Stifft, auch noch eine andere von Ihme zu Stürzung der Verträgen und Behaubtung des quaeſtionirten diplomatis angeſehene Deduction mit 379 Beylagen heimlich abgefaſſet ohne Rubric und Libr.-Zahl zum Druck gebracht und allein der Statt hinterrucks entweder gar bey hochfürſtlichen Reichs-Hof-Rath eingeſchoben oder doch unter ſeinen confidenten diſtribuiret*; uerum hoc ſcriptum cum ciuitate non communicabatur, donec fortuito in iſtud inciderit, idque euertendum ſibi reſeruauerit. Iuſtam defenſionem, quam diximus, primus iuſte propulſauit *Sagittarius* in diſſ. de antiquitatibus lacus Bodamici Ienae 1693, c. VIII in primis, reſpon-

ſpondente Georg. Iac. Mellino, Lindau. Acceſſit *Wilhelmus Erneſt. Tenzelius*, qui in Monathlichen Vnterredungen a. 1693 p. 378 479, qua poliebat eruditione, naeuos diplomatis et defenſionis cordate detexit, cui tamen obniſus eſt *Franciſc. Petrus* in Sueuia eccleſiaſt. p. 528. Nec ſilentio transeunda epiſtola Nicetae Eleutherii (h. e. *Io. Nic. Hertii*) ad uirum eruditione, dignatione, genere illuſtrem (Camerae Imperialis quemdam Aſſeſſorem) *in qua de nupera defenſione diplomatis pro coenobio Lindauienſi, Ludouico P. Imp. adſcripti, contra H. Conringii cenſuram ſuſceptа, diſquiritur*; ac paucis indicia falſi exponuntur. uid. *Hertii* diſſ. de fide dipl. T. I p. 639 Opuſc. Poſtquam Tenzelius in colloquiis, quae indicauimus, ſe defenſoris coenobii telis reprimendis ſatis aptum comprobaſſet, ciuitas illi negotium dedit, ut diplomatis ficti errores luculenter monſtraret, nonnihil opera *Thomae Weltzii*, ciuitatis Lindauienſis Syndici, adiutus. Quapropter ab eo conſcriptae ſunt *hiſtoricae uindiciae pro Hermanni Conringii cenſura oppoſitae ſic uocatae iuſtae defenſioni. Lindangiae* 1700 *f.* Hac methodo uſus eſt Tenzelius, ut iuſtae defenſionis uerba ipſa praemiſerit, ſuamque ſubiunxerit reſponſionem. In appendice I examinantur XVIII diplomata, quae defenſioni annexa erant. Appendix altera exhibet XVIII alia diplomata, quae Ludouico Pio adſcribuntur; tertia collectionem diuerſorum diplomatum maxime ſuppoſititiorum aeui Carolini fiſtit, aliasque obſeruationes; ac denique accedunt reſponſa Tubingenſis et Gieſſenſis ordinis ICtorum et Philoſophorum. Tanto argumentorum robore partes ſuas ſuſtinuit uindex, ut quaſi conclamaretur diploma, nec ullum iam remedium ſupereſſe uideatur, licet ea, quae Conringio obſcuriora erant, non propugnarit *Tenzelius*. Plerosque ſcire iuuabit, opinor, quid ab inepto fabricatore chartae peccatum ſit; eam igitur ipſam infra dabimus, hic annotationes quasdam *Tenzelii* inprimis adſperſuri, quas omnes tamen non noſtras facimus. Formulam initialem et ſubſcriptionem ex inſtrumento ingenuo decerptam eſſe, quis neget? *Nouerit collegium omnium fidelium noſtrorum* &c. non legitur alias in literis huic ſaeculo probatis; collegium

gium tantummodo Canonicorum proprium erat. Pergit Imp. *qualiter Adalbertus fidelis uaſallus noſter et ſacri palatii comes.* Sed hic non fuit comes ſacri palatii, nec comites uaſalli appellari conſueuerunt. *Obtulit obtutibus noſtris quoddam coenobium ſanctimonialium;* At enim uero literae priorum regum, non coenobia offerebantur. Praeterea ſtilus Cancellariorum exigebat, ut nomen Abbatiſſae adderetur, et pagus, ad quem coenobium pertinebat, nominaretur; ſed haec omiſſa. *per interuentum fidelium noſtrorum illuſtrium Rabani ſcil. ſanctae Moguntinae eccleſiae Metropolitae nec non Salomonis uidelicet Conſtantienſis eccleſiae praeſulis poſtulauit.* Non illuſtres, ſed uenerabiles dicebantur epiſcopi; Rabanus uero hac aetate nondum erat Archiepiſcopus Moguntinus. Error inſignis, neque ulla ratione expiandus. Multis deinde ambagibus aduocati munus conſtringitur, et ſubaduocatus prohibetur. Sed talia Carolinum aeuum ignorauit. uid. p. 320 ſq. uindiciarum. Aliena plura deprehendet ſtili Ludouiciani gnatus. Monogramma, quod in iuſta defenſione repraeſentatur, ſatis ſincerum. Nec ſigillum, quod n. 8 ſiſtimus, Conringio et Mabillonio ſuſpectum, aliunde uero detractum uiſum eſt. *Tenzel.* p. 101 uindic. id cum aliis Ludouici P. ſigillis contendit, ac nonnihil diſcriminis notat. Idem p. 119 comparationem literarum Notarii Hirminmaris inſtituit, et aliquam diſſimilitudinem monſtrat. At ſi ipſum chartae argumentum tam ſcite, quam facies externa, formatum eſſet, uererer, ut fucus illico appareret. Ceterum p. 124 inſeritur epiſtola, quam *Baluz.* ad Tenzelium de ficto hoc diplomate dedit, quod et *Mabill.* reiecit in epiſtola ad eundem p. 19, quam ſententiam etiam retinuit in ſupplem. ad rem diplom. p. 438. uid. *Tenzel.* Colloquia a. 1705 p. 475 ſq. Vix putabatur fore, qui ictus ferales ſanare auderet. Verum ſat longo poſt tempore in lucem emittebatur *Maximil. Raſsleri uindicatio contra uindicias ſiue ad uindicias hiſtoricas Wilh. Ern. Tenzelii pro H. Conringii cenſura non ita pridem editas magnis rationum momentis fundata reſponſio Campiduni* 1711. *Ludewvig.* in praefat. ad reliqu. MS. p. 60 nihili facit hoc ſcriptum. *Vtinam mea intereſſet*, ait, *faleem mittere in hanc meſſem! id forte efficere liceret et ponere ante oculos? aut ſpurium eſſe diploma aut falſam hiſtoriam Carolingicam.* Ne tamen taccendo quidquam permitte-

mitteretur, *Io. Reinhard. Wegelinus* dissertationem inauguralem praeside Io. Bern. Friesio, habuit de ciuitatis Lindauiensis praerogatiua antiquitatis prae illustri ad d. uirginem coenobio eiusdemque famosi diplomatis Ludouiciani falsitate, contra iniqua Rasleri nuperae uindicationis argumenta, denuo retecta et summatim excussa. Ienae 1712.

17. Charta Fuldensis.

Euoluamus chartas Fuldenses. *Schannat.* dioeces. Fuldens. p. 109 profert donationis literas hisce curialibus formulis instructas: *In nomine domini et saluatoris nostri IEsu Christi. Ludovvicus gratia Dei Romanorum Imp. aug. - - Notum ergo facimus fidelitati nostrae, quod fidelis secretarius noster* (nec erat, nec uocabulum congruens) *Rabanus uenerabilis Abbas - - Datum Idus Maii Fuldae.* Ac denique *sigillo maiestatis insigniri* iussit. Vitia patent. *Eccard.* in animaduers. in dioeces. Fuldens. ea diligentius p. 75 excussit.

18. Alia Fuldens.

In *Schannati* tradit. Fuldens. p. 177 etiam charta aberrat a regula; hoc scil. modo: *Ludevvicus diuina propitiante clementia Roman. Imp. Aug. - - Sign. Ludou. Imp. Ego Irmingerus Cancellarius rec. Data IV Kal. Mart. indict. II actum Francofurt.* In ipsa donatione haec notentur: *retulerunt nobis, quod filius noster Ludouicus quasdam res nostrae proprietatis duas scil villas ex beneficio Popponis comitis infra Bekoniam - - sed quia eandem traditionem inutilem et irrationabilem esse perspexerunt eo quod filius noster isdem Ludevvicus indebitam potestatem id faciendi sibi usurpasset, saniori consilio pertractantes easdem res nostro liberalitatis munere uere ad id monasterium delegandas esse,* uoluit Imp. in ultimo, si non subest error, uitae suae spatio.

19. Mon. S. Emerami.

Ecquis non uno oculorum ictu configat chartam monast. S. Emerami apud *Pez.* thes. anecdot. I, 3 p. 5, ubi sic legitur: *In nomine domini nostri IEsu Christi Dei omnipotentis. Ludovvicus diuina fauente gratia Rex - - ideirco oportet nos ob amorem domini nostri IEsu Christi et matris eius Mariae inuidiam destruere malignorum spirituum et hominum - - usque dum pater meus Karolus Magnus anno ab incarnat dom. DCCXCVIII - - quod nos confirmauimus eamdem ecclesiam cum auctoritate Eugenii Papae absque omnium hominum contradictione omni tempore permanere in regimine imperatorum seu regum. Et ut haec auctoritas confirmationis nostrae firmior habeatur et per futura tempora melius conseruetur cum sigillo Papae et de anulo nostro subteriussimus sigillari.*

20. Vultura. In Chron. Vulturn. T. I P. II *Murator.* ſcript. p. 390, incidimus in chartam his formulis adornatam: *In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouicus diuina ordinante clementia imperator auguſtus. D IV Id. Iun. a. Chr. pr. imperii domini Hludouici piiſſimi auguſti - - ind. VIII. act Aquisgr. palat. reg. in d. n. f.* Haec et reliquum argumentum chartae licet non adeo uacillare uideantur, Teuto tamen Abbas Imperatorem adiiſſe dicitur. At uero Teuto anno 853 abbas factus eſt. Quid ergo illi cum Ludouico P.? Ludouicum II Imp. inſtrumentum non admittit.

21. Mon. S. Maximini. De chartis S. Maximini quam *Zylleſ.* P. III n. 5 protulit egimus §. LXVIIII et LXXXVII. Aliena nobis praeterea uidentur: *inſignis uir et abbas Eliſachar - - attulit noſtrae regalitati quoddam priuilegium ſenioris et patris noſtri Karoli bonae recordationis atque excellentiſſimi Imperatoris. - - Donandus Diaconus recognouit, D. IV Non. April. anno regni noſtri IX. In Longolano felic. amen.*

22. Mon. Ebersheim. *Schilter.* in mantiſſa diſſ. de curiis dominicalibus Ludouico P. chartam aliquam coenobii Ebersheimenſis tribuit rudi Minerua fabricatam. En! aliquos floſculos: *In nomine S. et indiuiduae trinitatis. Ludeuuicus Dei omnipotentis gratia Rex Francorum et Langobardorum, Romanorum uero Imperator Auguſtus. - - omnium fidelium praecipue tamen principum noſtrorum auribus intimamus - - de furtis uero uel latrociniis ſiue freuelis extra ſepta monaſterii perpetratis, tertia pars aduocatum eccleſiae a nobis conſtitutum reſpiciat - - ſed ſi utilitas monaſterii ſic expoſcit, mancipiis eccleſiae ſeruili tantum feodo concedatur. Piſcatoribus autem feodatis piſcatio ſit a Racenhuſen uſque Quercblacha. D. III Non. Nouembr. a. dom. inc. octingent. uigeſ. quarto, ind. V. a. X regni domini Ludeuuici inuictiſſimi Romanor. Imp. Aug. act. in Gelemheim in curte regia, in Chriſti nom. fel.* Miror, *Ludeuuigium* in iur. feudor. p. 61 ſcripſiſſe, ſe non habere, quare hoc monimentum in dubium uocare debeat; Ego ex his tabulis uocabulum feudi temporibus Carolingicis non uindicauerim.

23. Mon. Farf. *Margarin.* T. II bull. Caſin. p. 22 monaſterio Farfenſi iura confirmat, ſed ſingulares ſunt poſitiones: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti Dei aeterni - - quia cum ſancto die pentecoſtes in monaſterio ſanctae Dei genitricis Mariae, quod ſitum eſt in territorio Sabinenſi moraremur et per baſilicam atque refectorium ſimul cum monachis eiusdem*

coenobii

coenobii nec non et de monasterio, quod est proximum in honore Domini Saluatoris nostri reuerentiae causa deambularemus - - si quis autem huic nostrae benignae liberalitati contradictor et non deuotus existere tentauerit obsecutor, infamiae publicae reatum incurrens, nouerit se uiginti libras auri optimi saepedictis monasteriis persoluendi - - D. V Kal. Iun. a. Chr. prop. imp. d. Hlud. piiss. Aug. XIII. ind. IV. actum in ciuitate Roma palatio Imperatorio in Dei nomine fel. amen.

§. LXXXXI.

De diplomatibus Pippini reg. Aquitan.

Quibus personis familia Ludouici P. composita esset, diximus fere. De filiis Lothario, Ludouico et Carolo posthaec sigillarim exponemus. Iam uero nonnihil de Pippino, acerba morte exstincto. Pater eum a. 814 Aquitanis Regem praefecit siue Vasconibus, quos seditiosos a. 819 perdomuit. A. 822 uxorem duxit filiam Theotberti comitis Matricensis, cui nomen erat Ingeltrudae, teste charta Pippini apud *Buccetium* in probat. Genealog. Franc. p. 238; *Blondell.* Geneal. Francic. p. 96, qua ecclesiam S. Iuliani Briuatensis in tutelam recipit: *ut pro incolumitate*, inquit, *nostra uxorisque nostrae Ingeltrudae Reginae et pro remedio animarum Hermeingardae quondam reginae, genitricisque nostrae Thetberti ac Nebelongi comitum patre et auo eiusdem Ingeltrudae et prole regnique statu libentius Dei misericordiam delectet imporare.* Ad patrem exauctorandum haud parum quidem contulit; sed et eum restituendum cum Ludouico fratre curauit. Obiit anno 838, uti uidetur, mense Nouembr. relictis duobus filiis Pippino et Carolo, quibus cum Ludouicus Imp. regnum paternum eripuisset, id Carolo filio suo traditurus; motus in Aquitania excitati sunt. *Primus palatii* Pippini regis dicitur Robertus, ex Francia orientali oriundus, sicuti existimat *Eccard.* T. II p. 230. Circa a. 822 Pippino pater monasterium S. Crucis Pictauiensis, eiusque causas in singulari charta commendauit apud *Baluz.* T. I Cap. p. 630. a. 836 monente patre in Concilio Aquisgran. bona ecclesiis ablata ut restituerentur, etiam per annuli sui impressionem constituit. Multa eius diplomata ad nostram aetatem peruenerunt, de quibus nonnihil

nonnihil commentabimur. Carent, perpaucis exceptis, (quibus praefigitur: *in nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis*,) inuocatione diuina. Inſcriptio conſueta: *Pippinus gratia Dei Rex Aquitanorum.* *Mabill.* R. D. p. 523 et *Besly* in reg. Aquit. p. 24 produnt: *Pippinus ordinante diuinae maieſtatis gratia Aquit. Rex.* Adhaec: *Pipinus annuente diuinae maieſtatis gratia Aquitanorum Rex.* *Sammarth.* t. II Gall. Chriſt. p. 117 inſtr. Iterum *Mabill.* T. II A. B. p. 539: *Pippinus gratia praeueniente diuinae maieſtatis Aquitanorum Rex.* Imitatur ſtilum maiorum ſuorum, confirmat eorum praecepta, noua indulget priuilegia, in mundeburdum recipit, concedit poteſtatem eligendi abbates &c. Ita in *Baluz.* T. II Capit. p. 1431 naues S. Martin. Turon. a uectigalibus immunes praeſtat. In *Beslii* reg. Aquitan. p. 21 monaſterio S. Crucis *duo mercata perpetualiter* confirmat, et *ipſa telonea uel diſtricta, quae ex ipſis exigi debebant*, ei concedit. Ib. p. 22 reddit monaſterio S. Mart. Turon. uillam Marciagum, quam Erlaldus, Ludouici P. ſeniſcalcus ea conditione, ut annuum cenſum perſolueret, et poſt deceſſum ſuum ditioni eccleſiae reſtitueret, poſſederat. Ib. p. 24: *quia adiens noſtri*, inquit, *culminis ſerenitatem Fridebeſtus epiſcopus Archicapellanus noſter ſeu et Abbas ex monaſterio S. Hilarii &c. ex uerbis ſenioris noſtri gloriosiſſimi Auguſti praeceptionem atque confirmationem petiit, ut omnes res ad ſupra ſcriptum monaſterium cum omnibus ſuperdegentibus pertinentes ſub noſtro mundeburdo uel immunitatis tuitione reciperemus. Concedimus etiam ut ſi qui ex familia fratrum ad illorum uillas pertinentes, de ceteris beneficiis S. Hilarii aut uir uxorem aut uxor uirum in coniugio acceperit, proles eorum non dividantur, ſed ibi permaneant.* Aymoni abbati Magnilocenſi poſſeſſiones confirmat uarias, easque a iudicum poteſtate liberat. *Sammarth.* c. l. Ceterum huic chartae non Pippini, ſed Ludouici P. monogramma acceſſit. Pippini monogramma incorruptum ex *Beslio* dedimus. Epocham petiit ab a. 814, quo rex Aquitaniae factus; adiungit tamen imperii patris annos, regnum Pippini uno excedentes. Proferamus aliquot formulas, ut recognitores et palatia ne neſciamus. Iohannes Diacon. ad uic. Aldrici rec. VII Kal. Sept. a. VII regni S. Pipini praecellentiſſimi regis. Nicolaus ſubdiaconus ad uicem Hilduini recognoui.

D. XV Kal. Febr. a. VIII ind. VIII Origniaco Villa. Item: Pipinus opitulante diuinae Maieſtatis gratia Aquitanorum Rex. Iouius ſubdiaconus ad uicem Hilduini rec. D. XV Kal. Febr. ind. VIII a. VIII regnante Pippino inclyto Rege. Eodem die alia charta, perinde ac ſuperiores, eccleſiae Lemouicenſi data eſt, quam Petrus ſubdiaconus ad uicem Hilduini rec. (P. ſubdiaconus. *Sammarth.* G. Chr. t. II p. 166 inſtr.) *du Cheſne* hiſt. Cancell. p. 74 ſq. D. III Id. Ianuar. ind. XI a. X. act. Bituricis. *Iuſtel.* hiſt. geneal. de Turene preuv. p. 10. D. XI Kal. Ian. a. XII Lud. ſereniſſ. Aug. et eod. regni noſtri. Act. ad illa Warda prope Andiaco. *Mabill.* t. II Ann. B. ad a. 827. D. Kal. April. a. XII imp. dom. Lud. Aug. et XI regni noſtri. Act. in foreſte quae dicitur Molerias. *Besly* rois de Guyenne p. 21. Sigebert. Diac. ad uic. Aldrici rec. D. III Id. Ian. a. XIV. Imp. et XIII regni n. Act. Caſſanegili pal. Ib. p. 20. D. II Kal. Oct. a. XIV et XIII. Act. in Auſone caſtro. *Hiſt. de Langued.* T. I preuv. p. 66. D. VI Id. Mart. a. XV et XIV. Act. in Aquisgr. pal. Saſibodus ad uic. Aldrici rec. *Besly* c. l. p. 21. D. VIII Id. a. XV et XII (XIV) Act. monaſter. S. Martialis. Candidus diaconus ad u. Hendrici rec. *Baluz.* T. II Capit. p 1427. D. III Non. Mai. a. XVI Ludou. P. et a. XV. *Saſbodus ad uic. Aldrici rec.* Act. Aquisgr. *du Cheſne* hiſt. Canc. p. 75. D. Id. Aug. a. XVII et XV (XVI) act. in Auiziaci uilla. *Mabill.* T. II A. B. p. 522. Factum in Iogontiaco pal. a. XVII et XVI. *Bibl. Floriac.* p. 33. D. V Kal. Mart. a. XVIII et XVII. act. Aquisgr. pal. Suabobus diac. ad u. Ebroini rec. *Baluz.* c. l. p. 1431. Hunc Ebroinum, quia Archicapellanus erat regis, ab Archicancellario alium haud putat, *du Cheſne* hiſt. Cancell. p. 79. D. VIII Kal. Dec. ind. XIV (fallit) a. XXI et eod. (XX) act. in Neuiſio. *Besly* c. l. p. 24. D. Kal. Nou. a. XXII et XXI. Act. in Theotuadum palat. n. Iſaac Clericus et Not. ad u. Dodonis rec. et ſubſcripſi. *Mabill.* R. D. p. 523. et tab. XXIX. Fridugiſus diaconus atque Notar. ad uic. Dodonis

rec. D. pridie Non. Octobr. *Sammarth.* c. l. D. IV Id. Mart. a. XXIII et XXII ind. XIV. *Blondell.* Genealog. Franc. p. 97. Isaac Clericus ad uicem Hermoldi rec. D. V. Kal. April. ind. I. a. XXIII imp. regnante Dom. Ludouico Augusto et XVI regni n. Actum Caremptas. *du Chesne* c. l. p. 76. D. VIII Kal. Mai. ind. I. a. XXIV et XXIII. Act. in Caseno. Isaac Diacon. ad uic. Hermoldi. *Mabill.* T. II. A. B. p. 589. D. Kal. Sept. ind. I. a. XXV et XXIV. Act. Cernario foreste. Ib. p. 601. a. XXVI Isachar Notar. ad uic. Ermoldi rec. *du Chesne* hist. Cancell. p. 76.

2. Chartae Gislae, Lud. P. filiae.

In *Mir.* T. III p. 289 exhibetur charta Gislae, Ludou. P. filiae, Euerardi comitis Cisonienſis coniugis, Abbatiae Cisonienſi tradita. Incipit: *Auctoritas antiquorum ſanctorum patrum patenter oſtendit, quod quicumque pro amore domini ſiue animae ſuae - - - Quocirca ego in Dei nomine Gisla dudum cogitans de Dei timore &c.* Clauditur: *ſed praeſens haec traditio firma et inuiolata permaneat, cum ſtipulatione ſubnixa. Actum Finis mallo publico Kal. Iul. a. XXXV regnante Carolo rege glorioſiſſimo. Sign. Gislae, quae hanc traditionem fieri et confirmari rogauit. Sign. Reinbelini epiſcopi. Sign. Odelrici Comitis.* Alia huius Gislae diplomata porrigit *Dacher.* Spicileg.

Cap. IIII.

Cap. IIII.

De diplomatibus Lotharii Imp.

§. LXXXXII.

SOlita huius Imperatoris auſpicia haec erant: *In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti Dei aeterni.* Quae Ludouici patris et Lotharii filii nomine ſcriptae ſunt literae, patris loquendi ritum tenent. Tam late hae regulae dominantur, ut chartae ſincerae et incorruptae uix umquam ab iis deficiant. Nonnullas a ianua aberrare, quis mirabitur? In *Mir.* T. II p. 940 legimus: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis.* *Marten.* T. I theſ. anecd. p. 35 habet: *In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti.* et *Schaten.* Ann. Paderb. P. I p. 126: *In nomine Domini Saluatoris noſtri IEſu Chriſti.* *Vghell.* T. V p. 717 et T. I p. 1112: *In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti.* *Lagulle* hiſt. d'Alſace p. 19: *In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti Amen.* In *Muratori.* T. I antiq. p. 873 codicilli priuati ita incipiunt: *In Chriſti nomine Hlotharius diuina ordinante prouidentia Imperator anni Imperii eius uigeſimo quinto, VI Kalendas Nouembrium, indictione octaba, manifeſta cauſa eſt &c.*

Votum initiale

a aliquando a regula diſcedit.

§. LXXXXIII.

Inſcriptio ea, qua frequentiſſime uſus eſt Lotharius, ſequebatur paternam: *Hlotharius diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus.* *Heda* de ep. Vltrai. p. 52 diuulgat: *Lotharius diuina ordinante clementia Imperator Auguſtus.* Prioribus potiſſimum annis imperii, antequam in diplomatibus patris adſcriberetur, in chartis aliquot *Vghelli* et *Muratorii* ita formulam concinnauit: *Hlo-*

Nomen et tituli Imperat.

tharius Augustus inuictissimi Imperatoris Ludouici filius. Apud *Marten.* T. I uet. monim. p. 139 deprehenditur: *Hlotharius diuina praeueniente prouidentia Imperator Augustus*; uox *praeueniente* Lotharii filii formulae erat perpetua. *Hlotharius diuina procurante prouidentia Imperator Aug.* *Murator.* T. V antiq. p. 941. Iudicatum missorum: *Dum in Dei nomine ciuitate Luca in curte, que dicitur Regine, in iudicio resederimus nos Rodingus episcopus et Maurinus Comes palatii, missi domni Lotharii perpetui Augusti &c.* *Id.* T. I antiq. p. 503.

§. LXXXXIIII.

Exordiorum argumenta praecipua ad imperii dignitatem.

Exordia iisdem argumentis, quae patri et auo placuerunt, nituntur. Vel repetuntur a partibus maiestatis administrandis; *Vghell.* T. II p. 247: *Dignum est, ut Augustalis excellentiae rectoribus ecclesiarum Dei aures suae pietatis indulgeant.* T. I p. 1112: *Nostrae imperialis excellentiae augmentum est, si fidelium nostrorum petitionibus &c.* *Marten.* T. I, V. M. p. 102: *Dignum est, ut imperialis maiestas fidelium suorum petitionibus, qui ei rite ac sincera obsequuntur deuotione libenter adnuat et effectum concedat, quatenus faciendo eorum animos in suis semper reddat promtiores obsequiis.* Ib. p. 131. Add. *Puricell.* monim. Ambros. p. 90: *dignum est, ut imperialis dignitas tanto studiosius communium obaudiat praeceptum, quanto magis cognoscit, ad obsequendum diuinae maiestatis pertinere.* *Murator.* T. I antiq. p. 459: *Quicquid enim in nostra uel procerum nostrorum presentia recto tramite secundum legem diffinitum fueris, oportet nostris confirmare oraculis, ut iure firmissimo maneat inconuulsum.* Vel a pietate proficiscuntur: *Quicquid locis Deo dicatis &c. Cum petitionibus sacerdotum Dei iustis et rationalibus. &c.* *Murator.* T. III p. 577 antiq: *Constat enim nulli mortalium propriis meritis aliquid boni in hac miserae mortalitatis peregrinatione consequi posse, sed cum liquido cunctis pateat, omnia rerum temporalium a Deo bona gratis nobis esse donata, dignum est, ut ita pie prudenterque tractentur atque disponantur, ut per ea perennem animae nostrae salutem ualeamus Deo propitio nanciſci.* *Mabill.* T. II Ann. B. p. 745 app. n. 63: *Imperialem exercentes consuetudinem sanctimonialium feminarum petitiones annuendo perficimus, quas rationabiles cognoscimus ordine fieri, praecipue tamen illarum, quae consanguinitatis*

&c. ac pietatem referuntur.

nobis

nobis vinculo ſint coniunctae, quatinus in eis et humanum adimpleamus affectum et religionis diligentiam obſeruemus. *Gattula* acceſſ. hiſt. Caſin. T. I p. 32 et 34: *Oportet imperiali magnitudini praelatis Dei famulantium preces audire &c. quia quanto ſtudioſius hoc quis procurare contendit, tanto eius miſericordia fultus de praeſentia facilius tranſibit et eternam beatitudinem facilius capeſcere promerebitur.*

§. LXXXXV.

Formulae promulgandi rarius Imperatoris titulis ſubiiciuntur; *omnibus fidelibus ſanctae Dei eccleſiae ac noſtris uel cunctis miniſterialibus rempublicam adminiſtrantibus tam praeſentibus quam et futuris. Notum eſſe uolumus ueſtrae induſtriae &c.* Ita legimus in *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. I inſtr. p. 107. Exordium excipiunt hae notiores: *Igitur notum ſit* uel *nouerit omnium fidelium induſtria, ſagacitas, magnitudo, utilitas, generalitas cognoſcat; comperiat fidelitas omnium noſtrorum fidelium modernorum uidel. et futurorum.* *Vghell.* T. V p. 266: *Igitur cunctorum fidelium ſanctae Dei eccleſiae noſtrorumque cognoſcat ſollercia.* *Gattula*, acc. hiſt. Caſin. T. II p. 32, 34. Promulgatio.

§. LXXXXVI.

Quando de ſe loquitur Lotharius, excellentiae, celſitudinis, ſerenitatis, maieſtatis, manſuetudinis, magnitudinis titulos ſibi tribuit. u. g. *excellentiae noſtrae apices fieri iuſſimus, expetiit ſerenitatem noſtram.* Patris et aui honorifice meminit: *noſtris offerre obtutibus ſtuduit quoddam praeceptum confirmationis domni et genitoris noſtri recolendae memoriae Ludouici.* *Marten.* T. I, V. M. p. 98. *Obtutibus noſtris praecepta antiquorum regum nec non et bone memorie aui noſtri domni Karoli praeſtantiſſimi Imperatoris uerum etiam et auunculi noſtri Pipini quondam glorioſi regis domnique et genitoris noſtri Hludouici ſereniſſimi Auguſti.* Murator. T. I Antiq. p. 459 et Mur. T. I, p. 337. *Domnus et piiſſimus auus noſter Carolus Auguſtus.* Murator. c. l. T. II p. 27. *dum ad domini et genitoris noſtri Ludouici Sereniſſimi atque religioſiſſimi Auguſti ſacroſanctum notum.* Ib. T. III p. 577. *detulit obtutibus immunitatum praecepta praeſtantiſſimi aui noſtri Karoli atque* Elogio maieſtatis. 2. Commendatio patris, maiorum.

que pie recordationis genitoris noſtri Hludowici Imperatorum. lb. T. V. p. 941. *Detulit nobis ſacrae memoriae genitoris noſtri Hludouici auctoritatem.* *Mabill.* T. II A. B. p. 617. *domini et genitoris bonae memoriae Ludouici piiſſimi Aug.* *Heda* de ep. Vltrai. p. 52. Nec poſthabuit deprecationem Ludouici fratris: *quod dilectiſſimus germanus noſter Hludowicus glorioſus Rex noſtram deprecatus eſt pietatem.* *Mart.* c. l. p. 131. Multo minus Hirmengardis coniugis, quae memoratur ſaepiſſime, rogationes aſpernatus eſt: *Qua dilecta coniux noſtra Hirmingardis - - pro emolumento mercedis noſtrae et remedio animae fratris ſui puerili aetate ab hac luce delati.* *Puricell.* monim. Ambroſ. p. 90. *Murat.* c. l. T. II p. 53: *hortatu et rogatu atque fauore uoluntario dilectiſſimae coniugis imperatricis Auguſtae Hirmengardis.* *Herrgott.* hiſt. Habsp. Vol. II p. 26. *Guillimann.* de epiſc. Argentor. p. 29. Mortua Hirmingarde duas ancillas ſibi ſociauit Imperator, quarum altera Doda filium Carolomannum peperit. Huius tabulae manumiſſionis ſeruantur a *Marten.* c. l. p. 126: *quod nos pro mercedis noſtrae augmento in procerum noſtrorum praeſentia ancillam noſtram nomine Dodonem manu propria excutientes a manu eius denarium ſecundum legem Salicam liberatam fecimus et ab omni iugo ſeruitutis abſoluimus.* lb. p. 138 iterum illius fit mentio: *quia dilectiſſima ac familiariſſima femina noſtra Doda ad noſtram accedens maieſtatem deprecata eſt.* Inter propinquos cenſetur Drogo in *Menetrier.* hiſt. de Lyon preuves p. 32: *quia dilectiſſimus patruus noſter Droga uenerabilis Archiepiſcopus noſtrique palatii Capellanus atque Berta amantiſſima filia noſtra ſeu Hilduinus uenerabilis Abbas noſtraeque aulae Archinotarius ad noſtram accedentes clementiam &c.* itemque Hludouicus, Abbas S. Dionyſii, filius Rotrudis, Caroli M. filiae: *quia uir uenerabilis et propinquus noſter Hludowicus Abba nobis admodum dilectus - - expetiit ſerenitatem noſtram pro Abbatia S. Michaelis, quae in pago Virdunenſi conſiſtit et olim ad praefatum locum delegata eſſe dinoſcitur, ſed ob diſſenſionem, quae inter domnum et genitorem noſtrum Hludouicum et nos nuper uerſata eſt, a poteſtate praedicti ſancti loci fuerat remota, noſtra munificentia inibi reſtitueretur, quorum precibus iungentes ſe Hilduinus uenerabilis uocatus Archiepiſcopus ſacrique palatii noſtri notarius ſummus Matfridus etiam fidelis miniſterialis noſter et inluſter comes, qui eandem*

propinquorum;

§. 3. Item uxorum, Hirmingardis

ac praeſertim Dodae.

4. Verbis digne appellatur Drogo,

Hludouicus,

Matfridus,

dem Abbatiae nostro retinebat iure beneficiario deprecati sunt. Calmet hist. de Lorr. T. I pr. p. 303. Matfridus uti Imperatori ualde carus erat, ita etiam chartis est familiaris. *Matfridus fidelis ministerialis noster ad nostram accedens maiestatem &c.* Marten. c. l. p. 108. *ad deprecationem dilecti ministerialis nostri Matfredi illustris comitis.* Ib. p. 115. *in pago Emslense in comitatu Matfridi* p. 136. *Matfredus uir inluster comes uel ministerialis noster.* Menetrier hist. de Lyon preuves p. 36. Praeterea nominatur *Gerardus illustris comes atque marchio nobis fidelissimus* ib. p. 32. Rothildis amita legitur in *Mabill.* T. II A. B. p. 745 n. 63: *quia dilecta amita nostra Rothildis uenerabilis Abbatissa ex Farae monasterio, quod consistit in comitatu Melciano.* Rotrudis et Adelberti memoria custoditur in charta *Guillimanni* de ep. Argent. p. 26: *qualiter dilecta cognata nostra uenerabilis sanctimonialis et Abbatissa S. Protomartyris Stephani Ruadrut in ambito infra muros Argentorati maiestatem nostram adiit, offerens obtutibus nostris auctoritates et munimina chartarum illustris parentelae nostrae progenitoris ducis Adalberti, qui fundauit iam dictum locum in parte suae hereditatis.* In *Vghell.* T. III p. 614 *Flauinus deuotissimus atque fidelis consiliarius dicitur;* et in *Baluz.* T. II Cap. p. 1441 et *Chiflet.* hist. Tornut. p. 269 *Agilmarus S. Viennensis ecclesiae uocatus Archiepiscopus et sacri palatii Archicancellarius.* Marten. c. l. p. 133 et 136: *Eigil uenerabilis Abba rectorque monaster. S. Saluat. familiaris noster.* Ib. p. 131 et 132 appellatur *Adalardus fidelissimus et illustris comes.* Gattula T. I acc. p. 34: *uir uenerabilis Autpertus Abbas rector cenubii S. Benedicti in castro Cassino missa ad nos legatione petiit piam celsitudinem nostram.* Herrgott. Vol. II p. 28: *Luifridus illustris comes dominusque monasterii, cuius uocabulum est Grandisuallis.* Vasalli *fidelium* numero habentur.

alii ecclesiastici et laici.

§. LXXXVII.

Quomodo summae potestatis iura administrauerit Imperator, quantum quidem nostrum fert institutum, iam exponemus. Res sacrae ut iuste procurarentur, itidem solicitus fuit, atque adeo sibi ius prouidendi ecclesiae extorqueri passus non est.

Iuris sacrorum uindicias.

Cum

Cum a. 823 Romae a Paſchali P. diademate imperiali ornaretur, ius in Romam denuo nactus eſt, antea uariis modis impugnatum. Pontifex hic etiam Imperatoris iurisdictioni obtemperabat, quando quidem ille monaſterium Farfenſe ſibi ſubdere conatus, poſthaec uero, prolatis regum et Imperatorum literis tuitionis, *non ſolum recognouit, ullum dominium in ime ipſius monaſterii ſe habere, excepta conſecratione, ſed etiam omnes res tam in territorio Sabinenſi, quam et in Romana ſitas, quas ex eodem monaſterio poteſtas anteceſſorum eiusdem Paſchalis Papae iniuſte abſtulerat, per inſſionem ipſius, dante eo mappulam ſuam aduocato ſuo ſupradicto Sergio, reueſtiuit Leonem, qui de parte noſtra eiusdem monaſterii aduocatus erat, et ut ipſa reddituio perpetim rata et inuiolata permaneret, miſit dominus Apoſtolicus miſſum ſuum, Gregorium nomine, eiusdem ſanctae Romanae eccleſiae ſcriniarium, qui res ſuperius nominatas inſpiceret, et miſſo noſtro Leutherio nomine et monachis monaſterii ſanctae Mariae Sabinenſis redderet, ſicut et factum eſt.* Haec tradit charta Lotharii Chron. Farf. in *du Cheſne* T. III. p. 660. Paſchalem excepit denique Eugenius, pontifice altero, qui in diſſenſione populi eligebatur, poſthabito. Lotharius, ut iura in Romam magis firmaret, et electionem pontificis ordinaret, iterum Romam miſſus, conſtitutionem, patre conſentiente, promulgauit, quam reperimus in *Baluz.* T. II Cap. p. 318: c. I cauetur, ne ſub defenſione pontificis uel Imperatoris ſuſcepti uiolentur. c. II et VII: ne depraedationes fiant. c. III.: *in electione autem Romani pontificis nullus ſi clericus ſiue laicus praeſumat aliquod impedimentum facere, ſed illi ſolummodo Romani, quibus antiquitus conceſſum eſt conſtitutione ſanctorum patrum, ſibi eligant pontificem.* c. IV: *ut miſſi conſtituantur a domno apoſtolico et a nobis, qui annuatim nobis renuncient, qualiter ſinguli duces et iudices iuſtitiam populo faciant et quomodo noſtra conſtitutio ſeruetur &c.* c. V: *uolumus etiam, ut omnis ſenatus et populus Romanus interrogetur, quali uult lege uiuere, ut ſub ea uiuat; eisque denuncietur, quod procul dubio, ſi offenderint contra eandem, eidem legi, quam profitebuntur ex diſpoſitione domni pontificis et noſtra omnimodis ſubiacebunt.* c. VI: res iniuſte retentae reſtituantur. c. VIII: *ut cuncti duces et iudices, ſiue alii qui cunctis praeeſſe debent, in noſtram praeſentiam, dum Romae ſumus, conueniant. Volumus enim et numerum et nomina eorum ſcire et ſingulis de miniſterio ſibi credite admonitionem facere.* c. IX: Romano pontifici praeſtetur obedientia atque reuerentia. Idcirco tamen non imus in ſententiam *Cointii* opinantis T. VII p. 699, Lotharium hanc conſtitutionem feciſſe, non ut urbis dominum, cuius dominium Papae iam ante ſeptennium cum ducatu Romano Ludo-

2. Pontifex Rom. iurisdictioni paret imperatoris;

Imperator in pontifice eligendo

et legibus Romae condendis

Romani interrogentur, quali lege uiuere uelint.

Potestas Imperatoris in urbem Romae.

uicus

uictus cesserat, sed ut protectorem ac defensorem. Enimuero posthaec patebit, Romanos etiam Lothario fidem iurasse. Nec fine ratione *Pagi* T. III crit. p. 515 ex cap. V inprimis supremum ius Imp. in urbem Romae colligit. Iam anno I imperii, scil. 823 uel 824, quando Italiam accessit, in generali placito Olonnae quaedam capitula sanxit apud *Baluz.* T. II p. 321. Plenius Lotharii leges edidit *Murator.* T. I. P. II scriptor. p. 137 sq, ubi etiam haec capitula, formulis nonnullis interiectis, leguntur. c. VI: *si sanctimonialis femina adulterium fecerit, res quas habet fisco socientur.* c. VII: *episcopi et Abbates et Abbatissae suos aduocatos habeant et plenam iustitiam faciant ante comitem suum.* c. IX: *ut episcopi una cum comite suo aduocatos eligant.* c. XVIII: *singulis episcopis, Abbatibus, Abbatissis duos concedimus habere aduocatos, eosque quamdiu aduocationem tenuerint, ab hoste relaxemus.* c. XV: *si quis quid commiserit, ut etiam excommunicatione episcopali pro contemtu digna habeatur, comitem suum episcopus sibi consociet et per amborum consensum huiuscemodi distringatur contemtor, ut iussioni sui episcopi obediens existat. Si contumax fuerit, bannum nostrum nobis soluat; tum ab episcopo excommunicetur, ac denique a comite in uinculis destringatur.* c. XX: *singulae plebes secundum antiquam consuetudinem fiant restauratae; quodsi filii eiusdem ecclesiae eas restaurare noluerint, a ministris reipublicae distringantur.* c. XXI: *precariae quae a rectoribus ecclesiarum irrationabiliter fiebant et se suosque successores poena graui obligabant, ut facta ipsius nequeant dissoluere, praecipimus ut nemo successor in anteccessoris sui poena statuta sit obligatus.* c. XXII: *ut liberi homines, qui non propter paupertatem, sed ob uitandam reipublicae utilitatem fraudulenter ac ingeniose res suas ecclesiis delegant, easque denuo sub censu utendas recipiunt, ut quousque res suas possident, hostes et reliquas publicas functiones faciant.*

de aduocatis episcoporum et abbatum

districtionem episcopus et comes simul decernant.

Plebes restaurentur.

ne precariae successores obligent.

de his, qui in detrimentum reipubl. ecclesiis res suas delegant.

Ib. ap. *Baluz.* p. 327 sq. ea, quae Legibus Langobardorum addidit, adducuntur. c. I: si in uno loco plures ecclesiae, quam necessariae, sint; destruantur, necessariae dotentur, aut si populus uoluerit, destruantur. c. II de compositione sanguinis in ecclesia effusi. c. III de poenitentia presbyterorum et diaconorum honore priuatorum. c. XVI: si quis percusserit presbyterum, componat auri optimi libras decem. Ib. p. 7 capitula ex iis collecta exponuntur, quae *acta sunt in synodo secus Teudonis uillam habita in loco qui dicitur Iudicium, quando tres fratres glorioſi principes, Hlotharius uidel. Hludowicus et Karolus simul conuenerunt anno quinto regni Karoli, cui synodo Drogo Metrensis episcopus praesedit consensu eorundem regum, quae et ipsi principes ante se fidelesque eorum relecta capitula adprobauerunt et se eadem seruaturos auxiliante domino*

5. Additiones LL. Langob.

6. Capitula synodi Teudonis uillanae.

domino promiserunt, mense Octobrio, indictione septima. c. I firmetur concordia. c. II: *ut sedes episcopis uiduatae, submota funditus peste Simoniacae haereseos sine dilatione episcopos accipiant.* c. III: *ut loca uenerabilia, laicis commissa, eis qui ad hoc uocati sunt, uiris scil. ex clericali et ecclesiastico uel monastico ordine religiosis seu et in suo sexu feminis Deo dicatis atque deuotis et in schola Christi eruditis ad custodiendum et prouidendum committatis, qui et quae Dei sunt Deo et quae sunt Caesaris Caesari reddant.* c. IV: ne quid ecclesiis auferatur, aut illicita praecepta confirmentur; subsidia tamen necessitatibus reipublicae ex rebus ecclesiae, ut antea, praestentur. c. V: *si propter imminentem reipublicae necessitatem laicis committuntur monasteria, episcopi prouidentia, in cuius parochia consistunt, adiuncto sibi aliquo Abbate uiro religioso, studeatur qualiter restauratio locorum et studium ac custodia officii et religionis - - - - adhibeatur et ministretur.* c. VI: ordo ecclesiasticus uigorem suum recipiat. Ceterum in hac synodo dicuntur fratres Augusti *nobilissimi domini et Christianissimi principes.*

loca sancta clericorum custodiae committantur.

monasteriis, laicis commissis, episcopi prouideant.

§. LXXXXVIII.

Imperatoris ius conciliorum.

Iure itaque suo et hic Imperator prospexit, ne quid detrimenti ecclesia uniuersa caperet. Sua auctoritate, ubi uel solus uel cum patre filioue regnabat, concilia et synodos congregari iussit. Id loquuntur synodi Ticini a. 850 et Valentiae a. 855 habitae. Quomodo uiuente patre iura in Pontificem et Romam tutatus sit, non nihil enarrauimus. Et cum Gregorio IV P. Sergius II neglecto Imperatoris consensu sufficeretur, hic *filium suum Hludowicum cum Drogone, Mediomatricorum episcopo, dirigit, acturos, ne deinceps decedente Apostolico quisquam illic praeter sui iussionem missorumque suorum praesentiam ordinetur antistes.* Ita *Annal. Bertin.* a. 844. Tum Romani fidelitatem Lothario Sacramento promiserunt, et Sergius confirmatus est. Leonem IV initio quidem sine auctoritate imperiali non audebant consecrare; sed fecerunt tandem, timore Saracenorum perterriti; ideo tamen iura Imperatoris, cuius responsionem imminente periculo exspectare non poterant, haud spreuisse uidentur. Ipse pontifex Leo IV promisit, se leges Imperatorum seruaturum esse c. 9 d. 10: *De capitulis uel praeceptis imperialibus uestris uestrorumque pontificum praedecessorum irrefragabiliter custodiendis et conseruandis, quantum ualuimus et ualemus Christo propitio et nunc et in aeuum nos conseruaturos modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter uobis dixerit, ueldicturus fuerit,*

2. Ne pontifex Rom. sine Imper. iussu ordinetur.

3. Leo IV se legibus Imperat. submittit.

rit, ſciatis eum pro certo mendacem. Vide, quae aduerſus Baron. hic diſputat *Pagi* T. III p. 604. *Baluz.* in praefat. Capitular. n. 22 ſq. Nam ſatis conſtat, cum a. 855 Benedictus electus eſſet, *clerum et cunctos proceres decretum componentes, propriis manibus roborauiſſe et conſuetudo priſca ut poſcit, inuictiſſimis Lothario ac Ludouico deſtinauiſſe Auguſtis*, teſte *Anaſtaſio* p. 295. Sergius P. Drogonem Epiſcopum uicarium Galliarum Germaniarumque partibus deſignauit, uid. epiſt. eius T. VII Concil. *Labb.* p. 1799, ſed quia urbs Metae in regno Lotharii erat, a quo fratres Ludouicus et Carolus ſeparatas rationes habebant; hi uicarium huiusmodi admittere recuſabant, ne Lothario aliquam ſui poteſtatem dare uiderentur. uid. Concil. Vern. can. XI. Praefuit quidem Drogo ſynodo Theodonis uillae, conſentientibus regibus, uti §. antec. n. 5 diximus; res tamen ipſa non perficiebatur, immo ipſe Drogo cedebat. *P. de Marc.* de C. S. et I. l. IV c. 5 §. 4; l. VI c. 29 §. 3. *Nat. Alex.* hiſt. eccl. ſaec. IX c. V §. 2. Nec dubium, quin in epiſcopis conſtituendis iure ſuo uſus ſit Imperator. Vel clerus et populus ab eo ius eligendi petebant, uel ipſe ſiſtebat, quos epiſcopos eſſe uellet. Ebbonem, Archiepiſcopum Remenſem, a Ludouico P. depoſitum, reſtituit Lotharius, docente tabula in *Baluz.* T. II Cap. p. 341. At poſt praelium ad Fontanitum denuo a Carolo electus, eccleſiae Hildesheimenſi a. 847 Ludouico Rege permittente praefectus eſt. Animaduertimus, epiſcopos ſuam auctoritatem in diſſenſione fratrum altius euexiſſe; eccleſiis tamen eum, quem poſtulabant, non ſemper honorem habuit Lotharius, earumque res quaſi pro arbitrio diſpenſabat. Liberalem interdum eum fuiſſe, quis infitietur? Ita confirmauit tabulas maiorum, uel renouauit. In *Vghell.* T. V p. 266 pro eccleſia Comenſi ſancitur: *ita per hanc noſtram auctoritatem praedictae res et mancipia defendantur, ſicuti per eadem inſtrumenta, ſi igne abſumta non fuiſſent, legibus defendi poterant.* Ib. T. IV p. 582 pro ep. Crem. conſtituit: *qualiter praedicta eccleſia multis temporibus inde per donationem aui noſtri poſſeſſuram habuiſſet - - ut nullus miſſus, neque iudex publicus inferre praeſumat moleſtiam.* Confirmat bona canonicorum Aretinorum: *quia nir uenerabilis Petrus Arecienſis urbis epiſcopus adiens ſerenitatem culminis noſtri, retulit celſitudini noſtrae, quod in ſede tibi Deo auctore commiſſa fratres, ut ſub canonica inibi conſiſtant auctoritate, conſtituerit atque ex rebus et familiis epiſcopii ſui prout eorum expoſcit utilitas*

4. Drogo uicarius Gall. et German. non agnoſcitur.

5. Quid auctoritatis ſibi Imp. in epiſcopis conſtituendis tribuerit?

6. Lotharius firmat renouatque priuilegia eccleſ. Comenſ. Crem. Aretin.

per decretum suae sanctionis dituuerit uillas scil. tres - - nec non et mercatum etc.

Aquileiens. *Murator.* T. V antiq. p. 193. Ecclesiae Aquileiensi munit immunitates et priuilegia ab auo et Patre iam concessa: continebatur in eisdem (praeceptis) ab eis sancitum, ut nec homines eiusdem ecclesiae de annona et peculio suo decimam in partem fisci darent, nec de peculio ipsius ecclesiae, quod ad partes Histrienses in pascuis mittebantur, illum soluerent herbaticum et *quod a praefatae ecclesiae hominibus mansionatici uel Fodorus nullatenus acciperetur uel exigeretur, nisi quando eorum aut filiis suis aduentus ad eandem sierent ciuitatem uel quando praesidium illic propter inimicorum insidias arcendas poneretur.* Tutelam quoque ecclesiis uariasque immunitates impertitus est prisco more. In

cui et mansionaticum et foederum remittitur.

7. In tutelam suscipit eccles. Regiens. eique belli necessitate ablata restituit.

Vghell. T. II p. 247 priuilegia eccl. Regiens. renouat redditque ablata: *cunctas episcopii eius facultates ac familias, aldiones et libellarios accommenditos cum clero in eadem ecclesia - - sub eorum defensione susceperunt. Omnibus etiam notum esse uolumus, quod pro causis incommodis cum procinctu bellico Italicorum fines egressi sint et qui exercitus noster subitaneo motu et itineris asperitate fractus erat et alimoniarum sumptus caeteraque subsidia ei defuerunt, ecclesiarum praedia foeneraui mus, ex quibus militiae nostrae cetum ad fidelitatis argumentum confortaremus. Interque et praedicta Regiensis ecclesia duas cortes - - cuius erant reddimus &c.*

8. Agilmaro Vienn. facultatem de rebus suis libere disponendi relinquit. lites grauiores ad Imperatorem deferantur. Massiliens. eccl. donat telonea quaedam.

Agilmaro Archiepiscopo Viennensi potestatem de rebus suis libere disponendi largitur: *ut omnes res, quas de paterna uel materna ei euenerunt hereditate uel eas quas ipse per diuersa loca quocumque ingenio iuste et legaliter adquisisse dinoscitur seu et illas quas Deo opitulante iuste et legaliter adquirere potuerit, tam per uenditionem uel concambium seu per donationem aliquam per praeceptum nostrae immunitatis illi sanciremus habendas - - quieto eas ipse ac pacifico iure possideat et cuicumque uoluerit derelinquat - - si uero aliquae querimoniae aduersus homines suos liberos et seruos ortae fuerint, quae absque graui iniquoque dispendio nequeant diffiniri, iubemus ut ante nostram usque suspendatur praesentiam, quatenus ibi iuxta legis ordinem finitiuam accipiant sententiam.* Episcopo Teuperto Massiliensi roborat auctoritatem Ludouici patris et Caroli aui, qua continebatur, *qualiter ecclesiae sancti Victoris martyris, ubi sacratissimum corpus eius humatum est, concessisset theloneum de uilla, quae dicitur Leonio, quidquid fiscus regius exinde tam de sale quam et de aliis conditionibus, nec non et theloneum de nauibus ab Italia uenientibus, quae ad eandem ecclesiam arripare uidentur. Vt quidquid ad publicum opus uel ad fiscum regium exinde consuetudo fuit exactare, ad praedictam ecclesiam sancti Victoris martyris Massiliensis uel ad rectores eius concedere.* *Sammarth.* t. I Gall. Christ. p. 107. In *Baluz.* T. II Cap. p. 1441 et p. 1458 ratam habet commutationem inter Agilmarum et Rostanium contractam. Egihardo ep. Vltraiect. praeceptum immunitatis dedit

10. Agilmari commutat. probat. eccl. Vltraiect. immunitatem indulget,

dedit et confirmationis. *Heda* p. 52. Ecclesiae Aretinae donat ecclesiam S. Petri in loco Castello, *eam uid. licet, quam pridem auunculo nostro Pippino glorioso regi Barbatianus quondam presbyter ex sua proprietate contulerat ad habendum et praesenti tempore Aliprandus presbyter sub annualem redditionem ex nostra munificentia habere dinoscitur*, *Murator.* T. I antiq. p. 1003. Eidem confirmat ecclesiam S. Amsani et monasterium S. Petri de Axo. *Id.* T. V p. 927; eamque ipsam in mundeburdum suum recipit, et quidquid in his, quae praedicta sunt, fiscus sperare poterat, totum eidem in luminaribus concinnandis confert. Ib. p. 941. Interdum et causam ante decidi iussit, quam praeceptum ederet. In *Murator.* c. l. T. II p. 61 pro clericis dioeces. Cremon. sententia fertur: *quam causam diligenter Ruotaldo sacri palatii Capellano nostro nec non et Maurino comiti palacii nostri seu et Adalgiso comiti inquirere precepimus, si per iustitiam ipsa parafredum uel ipsa carra ad nostrum seruicium peragendum dare debuissent an non*; sed re comperta ab hoc onere liberantur. Ib. T. II p. 975 Panchoardo Cremonensi episcopo priuilegium concedit; ut per solos testes iura suae ecclesiae perdita recuperare possit: *ut ubicumque ipsa sedes aliquid iniuste priuatum habet tam de rebus quamque et de mancipiis, in quibus locis inquisitio facta fuerit, per bonos et ueraces et nobiles homines ipsius ibi commanentes, ubicumque de his facta fuerit causa eas adquirere ualeat, ne prefata sedes nil iniuste perdat hoc, quod legibus habere dignoscitur.* et p. 977 idem episcopus in placito missi Imp. testes adducit, quasdam curtes cum aliis iuribus a Carolo M. ecclesiae suae donatas et a suis antecessoribus possessas probaturus. Episcopo Benedicto Cremon. portum in Pado confirmat, quem causa cognita ad ecclesiam pertinere deprehendit. Ib. t. II p. 27. Vt in causas iuste inquiratur, monet etiam charta *Vghell.* T. II p. 202 eccles. Placent. data: *ut ubicumque necesse se dixerit habere pro rebus atque familiis praefatae ecclesiae subtilis ualde prudentissimaque adhibeatur inquisitio per idoneos homines.* *Menetrier* hist. de Lyon p. 32 hoc restitutionis specimen proponit: *in his itaque descriptis locis quantum ex iure ecclesiae b. Stephani et nostro esse dignoscitur et quemadmodum Bertmundus uel pater eius Ebrardus hos in beneficio uisi sunt habuisse, eidem sedi nostra auctoritate reddimus et confirmamus nec non eas quas Sunduinus*

Aretinam uariis muneribus ornat.

11. Controuersias dirimit Cleticor. Cremon. an parafredum uel carra dare debeant.

Ep. Cremon. ius suum per testes uindicat.

de Placent. eccles. rebus inquirendis.

12. Eccles. Lugduni redduntur quaedam sub uario modo.

mus in pago Portenſi tenuiſſe non ignoratur - - - eis uero quas ſuperius poſitas Adalardus fidelis noſter tenet uolumus ut ſuae tantum uitae diebus uſufructuario dominetur. Eo tamen tenore, ut annuatim nonas et decimas earum eidem conferat eccleſiae. Ib. p. 33 de iure ratione cauſſarum controuerſarum coenobii Nantuadenſis ſeruando: *placuit quatenus ad petitionem Remigii praefatae urbis reuerendi pontificis hoc etiam priuilegio auctoritatis noſtrae concederemus, ut in controuerſiis cauſisque rerum ſub ea lege eidem res coenobiales forent, qua priusquam a nobis memoratae eccleſiae conferrentur extiterant, uidelicet ut in cunctis interpellationibus ac reſponſionibus diuerſarumque querimoniarum negotiis ipſa lege eodem modo eodemque tenore aduocatus iam dicti monaſterii interpellet uel reſpondeat, quoto tempore ſolitus erat quando id ſub noſtrae proprietatis iure erat dominio &c.* Ionae epiſcopo Auguſtodunenſi uillam aliquam reſtituit, qui narrauerat, *quod Aldricus quondam comes ex rebus eccleſiae S. Nazarii, cui idem Ionas Deo auctore praeſidet in pago Scudingis uillam unam Voltnaus uocabulo, antequam hanc lucem emiſiſſet, temere inuaſiſſet, ſuoque uaſallo Rotfrido nomine, beneficiario munere delegaſſet, quam cauſam uiro uenerabili Remigio et Agilmaro reuerentiſſimis archiepiſcopis diligenter inquirere et diſcutere iuſſimus et per ipſos, ſicut ſuperius nobis iudicatum fuerat, eamdem uillam ad praefatam S. Nazarii eccleſiam legitime pertinere didicimus atque per iudicium nobilium uirorum comitum atque ſcabinorum memorato Gislulfo uaſallo iam dicti Ionae epiſcopi eam reddi praecepimus.* *Sammarth.* Gall. Chr. t. IV p. 49 inſtr. Coenobiorum iura et priuilegia itendidem confirmauit et auxit. Sic in *Vghell.* T. III p. 614 patris et aui priuilegia coenobio Amiatino indulta denuo rata habet: *quod Flauinus deuotiſſimus atque fidelis conſiliarius noſter adiens ſerenitatem culminis noſtri oſtendit nobis quasdam auctoritates - - propterea praecipimus, atque iubemus, ut nullus iudex publicus &c.* (conſueta formula, pro *fredis* tamen male ſcribitur: *feuda*) et T. IV. p. 81 monaſt. Ambroſ. Abbatis electionem permittit: *licentiam habeant per conſenſum Archiepiſcoporum de ipſa congregatione eligendi Abbatem.* Monaſterium Fuldenſe in protectionem ſuam recipit in *Schannat.* cod. pr. hiſt. Fuld. p. 132; eiusque negotiatores a teloneo immunes facit p. 133. Alia huiusmodi immunitas conceditur Abbati S. Gregor. apud *Marten.* T. I theſ. anecd. p. 35: *ut nullo teloneo de illa eorum patella, quae eſt in*

lites coenob. Nantuad. qua lege decidantur.

Ep. Augustodun. uillam reſtituit.

13. Firmat priuilegia coenob. Amiat.

Ambroſiano Abbatis elect. permittit.

Fuldenſe protectione ampleditur, et a teloneo immune praeſtat; item mon. S. Gregor.

Mediano

Mediano noſtro ſiue marſalis dare nec ſoluere debeant. Varia ac ſingularia continet charta S. Stephani Argentor. apud *Guillim.* p. 26 ſq. *ut ſalua per omnia reuerentia ſacroſancti antiſtitis in cuius conſiſtit territorio, nullus iudex publicus in loca - - niſi defenſor, quem ipſius loci congregatio uel Abbatiſſa uoluntarie a palatio impetrauerit, audeat ingredi ad cauſſas audiendas - - piae petitioni praefatae cognatae noſtrae Ruadrut facilem praebui auditum et ſicut rogauit confirmaui - - donatione legitima tradidimus - - undecim nominatas et dominicas curtes cum omnibus appendiciis ſuis et iuſtitiis ſuis nobis in eis conſtitutis uidelicet baſilicis, capellis, uillis, uicis et antea tradita confirmauimus tam infra muros Argentoracenſes quam in pagis, infra muros baſilicam Sanctae Cruceis cum ſuis terminis et decimis Bottebur et campis, pratis, paſcuis, compaſcuis, aquis, aquarumque decurſibus et piſcationibus - - ſiluis, inſulis exitibus et reditibus, et banno et cippo - - fiſcalinis tam de equeſtri quam pedeſtri ordine, banno et cippo, mercato et omnibus iuſtitiis, ſicut ceteri meliores eis Rhenum - - nec aliquis ſucceſſorum Imperatorum ſeu regum hanc noſtram conſtitutionem ualeat immutare, niſi quod abſit, conſultis ſummis eccleſiae principibus atque regni fidelibus pro aliqua euidentiſſima et catholicis principibus legaliter cognita neceſſitate uel utilitate publice per aliam auctoritatem in meliorem ſtatum reformetur.* In *Marten.* T. I, V. M. p. 104 confirmat donationem Eſichonis, qui, quod ab Imperatore acceperat, monaſterio Corbeienſi tradit. In charta *Guillimanni* de reb. Heluet. p. 103, monaſterio Viuarii peregrinorum ſuper Fluuium Murbach conceſſa, legimus: *uenerabilis Sigimarus abbas - - detulit nobis ſacrae memoriae genitoris noſtri Hludouici auctoritatem - - praecipientes ergo iubemus quemadmodum et in eo praecepto continetur, de itinere exercitali, ſeu ſcaras uel quamcumque partem quis ire praeſumat aut manſionaticos* (hi forte qui propolas agunt et diuerſoria publica) *aut mallum cuſtodire aut nauigium facere aut alias functiones aut freda exigere et quidquid ad partem comitum aut iuniorum eorum ſeu ſucceſſorum exigi poterat, ſicut idem auus noſter et genitor conceſſerunt et per eorum auctoritatem confirmauerunt, ita noſtris futurisque temporibus futurum et ſtabile permaneat.* In *Gattul.* hiſt. Caſin. T. I p. 32 roborat monaſt. Caſin. antiqua priuilegia: *confirmamus - - omnia praecepta praedeceſſorum noſtrorum Imperatorum et regum ſeu parentum noſtrorum uidelicet Caroli, Ludouici, uerum etiam omnes res et poſſeſſiones per diuerſos fines regni Italici poſitas per*

14. Mon. S. Stephani a iudice publ. liberat.

idque locupletat curtibus quibusdam cum appendiciis,

banno et cippo

ne mutetur haec conſtitutio, niſi conſilio principum.

15. Mon. Corbei. donata probat.

Mon Viuarii uariatura fiſci cedit.

16. Mon. Caſin. uetuſta praecepta firmat;

per eadem praecepta uel quolibet legalis tituli Scripcionis a principibus, ducibus, reliquisque fidelibus ibidem collatas -- (fines uberius describuntur) *statuimus insuper ac nostra praeceptali auctoritate decreuimus, ut si aliqua intencio orta fuerit de rebus et familiis et de monasteriis, liceat abbocatorem suum per inquisicionem circamanencium liberorum hominum hoc definire et cum definitum fuerit, tunc demum ipsa res et familias pars praedicti monasterii nostra praeceptali auctoritate habeat atque possideat iure quieto. Retipimus praeterea praetaxatum monasterium cum omnibus pertinenciis uel adiacenciis eorum una cum castris, cappellis, titulis, casis, terris, uineis, campis, pratis, pascuis siluis, montibus, piscariis, molendinis, fluminis, riuis, aquis, aquarumque decursibus, seruis, ancillis ibidem aspicientibus, unacum fratribus ac monachis ibidem Deo famulantibus sub nostrae tuicionis mundburdio.* lb. p. 34 donat res quasdam fisci eidem monasterio: *quas quidem homines Godelpertus et Codelprandus et Dagari fratres seu Lupus, et Vrsus similiter fratres nec non Camponi, Antari et Alipertus a nostris finibus fuga labentes Beneuento nostrorum praedecessorum infidelitate petentes nostro fisco iure dimiserunt.* *Vghell.* T. V p. 717 et *Murator.* T. I antiq. p. 459 apud missos querebatur Leo abbas et aduocatus S. Zenonis Garibaldus, *quod pars Goradi Comitis siluam, quae dicitur Hostilia et pascua occupasset inlicite -- quam rem dum praefati missi nostri per se minime diffinire potuissent, in nostram hoc pleniter deliberanda iussimus uenire praesentiam --- comperimus iuste et rationabiliter parti monasterii S. Zenonis in omnibus pascuarum et capuli seu decimae et omnem exactionem pertinere* (capilum seu capellus arbores, quarum rami capulantur siue exscinduntur. *Cang.*) In *Murator.* c. l. p. 918 Asiae Abbatissae monasterii Ticin. S. Mariae, cui nomen Theodotae, concedit terram positam inter murum et antemurale ciuitatis Ticin. et commutationem confirmat. Eidem Asiae T. V antiq. p. 278 dantur contra inuasores aduocati: *Leonem et Iohannem comites constituimus ad huiuscemodi aduocationem, hoc simul nostrae excellentiae scriptum fieri decernentes, per quod praecipimus, ut ubicumque necessitas postulauerit, de rebus uel familiis memoratae ecclesiae uera fiat inquisitio per ueraces et idoneos homines et quorum testimonium dinoscitur esse probabile.* Eidem c. l. p. 531 confirmat immunitates et Merammum quoque uenerabilem abbatem in eodem loco constituit inspectorem, *quatenus diebus uitae suae studio in omnibus regula ibi aequatur S. Benedicti &c.* lb. t. II p. 53 mon. S. Sal-

aduocatus eius lites definit.

mon. ipsum mundeburdio suo dignum habet Imp.

rebusque fisci ornat.

mon. S. Zenon. uindicat siluam, &c.

17. Mon. S. Mariae Theodotae dat terram aliquam, aduocatos,

inspectorem mon. S. Saluator. ab expedit. bellica quodammodo eximit.

S. Saluat. in Alina aliquo modo ab expeditione militari eximitur: *quia dilecta coniux nostra Hirmingardis deprecata est nos pro duobus adnocatis suis, qui curam rerum monasterii sui, quod est in Alina in nomine dom. Saluatoris constructum habetur, seu totidem cantellariis ac duodecim liberis hominibus, ut eos ab exercitali expeditione seu publicarum rerum functione immunes esse permitteremus.* Ib. T. III p. 577 tradit Abbati Noualicienſi monaſterium Appanis pro hoſpitali quodam diſtracto: *dum ad domini et genitoris nostri Ludouici Serenissimi atque religiosissimi Augusti Sacrosanctum uotum in Montecinisio quoddam Hospitale in honore domini Dei ac saluatoris nostri IEsu Christi seu et beatissimae semper uirginis Mariae ad peregrinorum receptionem eo iubente fuerit constructum, uoluit tanta illud rerum propriarum substantia locupletare, per quam sufficeret diurnus pauperum Christi concursus tolerari. Sed cum eumdem locum talium rerum copia quae essent ipsa propinquitate aptiora, uellet honorare, uolente domino et genitore nostro Ludouico glorioſissimo Imperatore sub monasterio nostrae proprietatis, quod uocatur Nouelicium, de nostro patrimonio regalia facta in praefatum locum per nostrae auctoritatis praeceptum confirmauimus. Sed ut hoc sanctum ac uenerabile monasterium in honore beatissimi principis Apostolorum Petri fundatum, nullam missarum rerum pateretur iacturam, sed potiore gratularetur dignae recumpensationis munere, monasterium quoddam, quod Appanis nuncupatur, id ipsum in eiusdem principis Apostolorum honore constructum et proprii iurisdictione ad hoc supplendum ibi reddidimus* &c. 18. Mon. Noualicienſ. aſſignat mon. Appaniscompenſationis cauſſa.

Ib. T. V p. 971 confirmantur immunitates et iura Monaſterii Noualicienſis, petente Ioſepho Heporediae urbis epiſcopo et Abbate ex monaſterio S. Petri et ſancti Andreae Noualicienſ. *Censa etiam et tributa uel omni datione sicut anteactis temporibus ipsi uel antecessores earum persoluere uisi fuerunt hoc cum omni integritate in elemosina sua ad iam dictum monasterium uenire debuisset; homines uero in eadem ualle ac locis commanentes sicut ipsi statuerunt in propria libertate residcant et itinera exercitalia cum comite illius loci, quando necessitas exegerit, peragerent; pro criminalibus culpis, de quibus sacerdotibus et monachis non est licitum iudicare, ante comitem illius loci et iustitias reddant et ab aliis recipiant.* eid mon. confirmat. censa et tributa. Quae poteſtas comitis.

In primis uero inſignia benignitatis documenta in monaſter. Prumienſe contulit, teſte *Marten.* Nam c. l. p. 101 confirmauit donationem, quam Richardus, de quo in Ludouico P. huic monaſterio fecit, et p. 127 donationem Hadingi *cum omnibus ad* 19. Varia largitatis genera in mon. Prumienſe confert.

manſos pertinentibus ſedibus, aedificiis, Wadriſcapis, exitibus et regreſſibus et mancipiis utriusque ſexus. p. 113 roborat commutationem; p. 114, 129, 133, 136 donat ipſe. Ead. p. 136 precatus eſt Egil Abbas, *ut ei dimitteret leudem, quam homines quondam noſtri fiſci de Auuans perſoluere debebant pro quodam clerico interfecto nomine Gozelmo.* et p. 139 ultimo aetatis anno tradit uillam Albiniacum eidem monaſterio, *ubi domino iubente corpore iacere* ſe uelle dixit, ad luminaria concinnanda uel componenda. Add. etiam inſtrumentum donationis in *Brouveri* T. I Ann. Treuir. L. VIII c. 114: *obtuliſſe nos gubernatori noſtro Domino - - Euangelium ex ebore, cryſtallo atque auro gemmisque compoſitum, Bibliothecam cum imaginibus et maioribus characteribus in uoluminum principiis deauratis &c.* Monachus uero dicti monaſterii, ac deinceps ratione ſepulturae uoti compos factus eſt. Iam antea a. 841 inter fratres conſcriptos S. Martini Metenſis admiſſus erat.

§. LXXXXVIIII.

Status publici contemplatio.

Statum ciuilem ac publicum bonis quidem legibus moderari uideri cupiebat Lotharius, ſed tranquillitatem eius, qua ardebat regnandi libidine, haud parum concutiebat, perturbabatque.

Lotharius fit conſors imperii; rem Langobard.

Diximus in Ludouico P., Lotharium iam a. 817 a patre imperii conſortem appellatum fuiſſe. A. 820 Rex Langobardiae, chartarum aliquot indicio, factus cenſetur. In Italiam pater cum miſit a. 822, Wala, propinquo ſuo et Gerungo Oſtiariorum magiſtro, additis, quorum conſilio uteretur; Altero poſt anno, uolente patre, Romae a Paſchali Pontif. coronatus eſt Imperator.

coronatur Imperator.

2. Anno imperii I, quo in Italiam uenit, in generali placito Olonnae capitula quaedam promulgauit in *Baluz.* T. II p. 321. c. XXVI excerpta de capitul. Karoli M. et Ludou. P. et c. XVI immunitates pro genitoris mercede ſeu ſua ſeruari iubet. c. III: *Comites noſtri licentiam habeant inquiſitionem facere de uicariis et centenariis qui magis propter cupiditatem quam propter iuſtitiam faciendam ſaepiſſime placita tenent.* c. VIII: *qui res ſuas alienauerint ubicunque eſt ſuper reſident, diſtringat eos comes per ſcubias* (excubias) *publicas, ſicut lex habet.* c. XI: *de ſcubiis publicis, quod ad utilitatem noſtri regni pertinet, praeceptum emunitatis impedimentum non praeſtet, ſed adiutorium.*

Olonnae capitula promulgat.

ne praeter neceſſitatem placita habeantur.

de ſcubiis publicis.

rium. c. XXVII: *quicunque liber homo ammonitus a comite ſuo uel miniſtris eius ad patriam defendendam ire neglexerit et exercitus ſuperuenerit ad iſtius regni uaſtationem uel contrarietatem fidelium noſtrorum, capitali ſubiaceat ſententiae.* c. XXIX: *nullus iudex publicus ſeu miniſtri publici liberas perſonas contra legem audeant pignorare in bubus, quia audiuimus, multa damna et afflictiones propter hoc populos noſtros ſuſtinere. Neque cogantur ad placita uenire praeter ter in anno, exceptis ſcabinis et cauſatoribus et teſtibus neceſſariis.* c. XXX: *Concedimus Gaſtaldiis noſtris curtes noſtras prouidentibus ut ſi proprio eorum pretio res emerint, aut quolibet iuſto adtractu adquiſierint, ſicut lex illas res ad noſtram partem concedit, ita nos eas illis concedimus, ſi in ſeruitio noſtro fideles inuenti fuerint.* In addition. ad L. Langobard. p. 330: *ſi quis literas noſtras diſpexerit i. e. tractoriam, quae propter miſſos recipiendos dirigitur, aut honores quos habet amittat, aut in eo loco ubi praedictos miſſos ſuſcipere debuit tamdiu reſideat et de ſuis rebus legationes illuc uenientes ſuſcipiat quousque animo noſtro ſatisfactum habeat.* Vix dum pater laborum ac miſeriarum quietem conſecutus erat, Lotharius inter fratres, quos opprimere conſtituerat, caput efferre coepit. Gregorius IV P. legatos pacem conciliaturos ad Imperatorem miſerat; ſed fruſtra. Lotharius enim conditiones, a fratribus oblatas, ſatis quidem amplas, reiecit. Quocirca res per iudicium Dei h. e. praelium decidenda erat, quo ad Fontanitum a. 841 VII Kal. Iul. acriter commiſſo, ſuccubuit Lotharius; et, cum fata conſiliis ſuis inimica expertus eſſet, atque epiſcopi in conuentu Aquisgran. ipſi regnum hereditarium abiudicare, idque fratribus, inani certe conatu, tradere auderent; pacem petiit, quam denique, re diu multumque expenſa, adhibito conſilio uirorum praeſtantiſſimorum, primorum regni, prout *Nithard.* L. IV p. 482 ſq. narrat, impetrauit. Tres namque fratres a. 843 Virduni conuenerunt, et regni partitionem perfecerunt, ex qua Lotharius, teſtibus *annalibus* Metenſ. regnum illud per electionem, quam fratres illi conceſſerant, conſecutus eſt, *quod hactenus ex eius uocabulo Lotharii nuncupatur, totamque Prouinciam nec non et omnia regna Italiae, cum ipſa Romana urbe.* Nimirum per Ludouici P. partitionem ius in Romam ſingulis fratribus huc usque relictum uidebatur. Optimates regni hanc diuiſionem, quam fecerant, ſacramentis confirmarunt, eoque ſuam ualde auxerunt poteſtatem.

Qui patriam non defendit, capite plectitor.

ne iudex in bubus pignora capiat.

quomodo Gaſtaldiis ſua pecunia acquirere liceat.

3. Qui tractoriam deſpiciunt, puniuntur.

4. Lotharius fratres ſuos opprimere contendit.

caeditur ad Fontanitum.

Pax Virdun.

alia foedera amicitiae.

A. 844 comitiis Theodonisuillae celebratis iterum aderant tres fratres, et amicitiam roborabant; quod et in conuentu ad Marsnam a. 847 faciebant, cuius capitula exhibet *Baluz.* p. 42 c. I. prohibentur omnes rapinae et oppressiones. c. VIII: *ut nullus in omni eorum regno deinceps raptum facere praesumat.* (Insertum fortasse ob factum Giselberti, de quo §. sq. n. 9.) c. IX: *regum filii legitimam hereditatem regni secundum definitas praesenti tempore portiones post eos retineant, et hoc quicumque ex his fratribus superstes fratribus fuerit consentiat; si tamen ipsi nepotes patruis obedientes esse consenserint.* c. X. et XI: legati ad Ducem Britonum et ad Regem Nordmannorum pacis caussa mittantur. Accedunt adnuntiationes, quibus suum unusquisque fratrum populum allocutus est. Hludouicus adiicit: *missos ad communem nepotem nostrum scil. Pippinum in Aquitaniam misimus et ei tales comitatus designatos mandamus in quibus ipse cum suis interim sufficienter esse possit et fideles dilecti fratris nostri Karoli de illo regno pacem habere possint, usque dum idem nepos noster ad commune placitum nostrum ueniat, ad quod cum tali securitate a nobis accepta eum uenire mandamus, ut sanus uenire et sanus stare et sanus reuerti, quantum illum Deus saluare uoluerit, possit.* Karolus notat, placitum ad missam S. Iohannis apud Parisium indictum esse, ubi cetera tractabuntur. Praecipit interim, ut quisquis liber homo seniorem in regno suo eligat, retineatque, et cum eo *in hostem uel aliis suis utilitatibus pergat, nisi talis regni inuasio quam lantvveri dicunt, quod absit, acciderit, ut omnis populus illius regni ad eam repellendam communiter pergat.* Ib. p. 346 oculis subiiciuntur capitula a. 850 in conuentu Ticinensi data de rebus saecularibus, *quae statuit piissimus Imperator Hludovvicus, quae glorioso quoque genitoris eius Hlotharii serenissimi Augusti auctoritate firmata sunt.* Tractant de latrociniis et rapinis tollendis; item ne latrones occultantur; nec potentiores, ad Imperatorem proficiscentes, a populo per uim tollant, quae suis usibus necessaria sunt. Lotharius eiusque fratres a. 851 rursus apud Marsnam conuenerunt et *consultu episcoporum et ceterorum fidelium capitula subscripserunt manibus propriis et inter se ac inter fideles suos perpetuo se conseruaturos promiserunt.* Esto nempe amnestia malorum, quae alter alteri intulerit; uigeat uera concordia; mutuum praestetur auxilium; quietis turbatores ad debitam emendationem perducantur; qui ob crimen aliquod ab episcopo correpti aufugiunt, per ministros reipublicae constringantur, et episcopo reddantur; nemo dehinc contra legem et iustitiam damnetur aut opprimatur;

regum et iam filii iam definitae portiones retineant.

5. Pippini rebus consulitur.

ad inuasionem regni repellendam omnes confluant.

6. Capitula Ticinens.

7. Fratres Augusti ad Marsnam foedus renouant.

tur; dummodo omnes se fideles praestent. Sequuntur fratrum adnuntiationes ad populum, quibus pacem et amicitiam et confoederationem inter se factam esse significant. Haud multo post Lotharius et Carolus Augustae Veromanduorum amice inter se collocuti sunt, et Pippinum captum et tonsum in Monasterium S. Medardi coniecerunt; a. 853 mense Nouembr. ad Valentianas iterum coniuncti capitula quaedam, p. 61 c. l. tamquam adnunciationes, composuere. Strictim agitur de missorum officio, rapinis cohibendis, ecclesiarum cura. Cum a. 854 Ludouicus, Ludouici Germ. filius regnum Aquitaniae a populo accepturus esset, Lotharius et Carolus id aegre ferebant, ideoque apud Leudicam, colloquio, ad quod et Ludouicum fratrem inuitarunt, habito, se iureiurando sociabant; Ib. p. 73, ubi sacramentum quoque de mutuo auxilio praestando ac filiorum iuribus tuendis subnectitur. Quae pacti erant dicti fratres, posthaec Attiniaci confirmarunt; interea tamen et inter Lotharium et Ludouicum pax renouatur. Denique a. 855, diuisione regnorum inter Lotharii filios facta, Ludouicus Italiam, Lotharius Franciam, Carolus Prouinciam nactus est. Suprema fata instare sentiens se imperio abdicauit et Pruniae sexto post die monachus obiit Lotharius.

8. Alia pacta, in primis ob Ludou. Germ. iunior. ineuntur.

9. Lotharius Imp. regna sua diuidit.

§. C.

Quantam bella domestica ex eo, quo Ludouicus regna diuisit, tempore, imperio stragem fecerint, uerbis uix potest explicari. En! quo discordia fratres perduxit miseros? Imperium, quod solo Carolo dominante uel remotissimae gentes colebant; nunc fractum et in particulas discerptum praedonibus et barbaris ludibrio fere exponitur ciuesque suos uix cohibet. Sexcentas has calamitates coloribus pinxit *Florus* Diaconus Lugdunensis, egregius uates istius aeui, in *Mabill.* uet. Annalect. p. 413. Dabimus specimen:

Imperium deflorescit.

Floruit egregium claro diademate regnum,
Princeps unus erat, populus quoque subditus unus.
Lex simul et iudex totas ornauerat urbes.
Pax tenuit ciues, uirtus exterruit hostes &c.

Claruit hinc nimium toto gens Francica mundo,
Famaque uirtutum fines penetrauit ad imos.
Legatos hinc inde ſuos procul extera regna,
Barbara, Graeca, ſimul Latium miſere tribunal.
Huic etenim ceſſit etiam gens Romula genti,
Regnorumque ſimul mater Roma inclyta ceſſit &c.
At nunc tantus apex tanto de culmine lapſus &c.
Cunctorum teritur pedibus, diademate nudus
Perdidit imperii pariter nomenque decusque,
Et regnum unitum concidit ſorte triformi.
Induperator ibi prorſus iam nemo putatur,
Pro rege eſt regulus, pro regno fragmina regni &c
Concio iam populi nulla eſt, ius omne receſſit.
Fruſtra huc legatus, aula eſt ubi nulla, recurrat.
Quid faciant populi, quos ingens alluit Hiſter,
Quos Rhenus, Rhodanusque rigant, Ligerisque Padusue.
Quos omnes dudum tenuit concordia nexos,
Foedere nunc rupto diuortia moeſta fatigant &c.

Lotharius Normannos infauſte excitat.

Lotharius fratribus exitium moliturus Normannos excitauit; at ſibi ipſe peſſime conſuluit. Irruebant in Friſiam, cui Lotharius imperabat, eaque potiebantur. Oric R. Danorum a. 847 Dorſtatum uaſtabat, quem locum Roruc, frater Herioldi, ſacris Chriſtianorum initiati, beneficii nomine tenuerat; ſed ipſe perfidiae inſimulatus et e cuſtodia elapſus, in fidem Ludouici Germanici uenit, quo permittente piraticam in regno Lotharii exercuit, ac denique Doreſtatum recuperauit; ac, cum Lotharius auſibus eius repellendis ſe imparem noſſet, ea conditione ipſi reliquit, ut tributa penderet et Danorum incurſiones reprimeret. Verum annales produnt, Normannos paullo poſt iterum Friſiam et Batauos diripuiſſe; a. 852 Godefridus, Herioldi filius, a Lothario defeciſſe, Friſiamque aggreſſus fertur, quem aegre pacarunt Lotharius et Carolus. Nam ad praedationes recurrebant Normanni; ideo Lotharius filio ſuo aequiuoco a. 855 Friſiam donauit, ut hoſtes efficacius repellerentur. Sichardo Duce Beneuentano occiſo, Radelchis theſaurarius eius ad hoc dignitatis faſtigium adſcendit, repugnantibus tamen Capuanis, qui Siconulfum, Sicardi fratrem, eligebant. Vterque, infauſto omine, auxilium a Saracenis,

Duces Beneuentani a Saracenis imprudenter auxilium petunt.

cenis, ille ex Africa, hic ex Hiſpania petebat. Siconulfus erro-
rem animaduertens a. 844 ſe Lothario dedit, mulctamque centum
millium aureorum exſoluit, Saracenos ita facilius eiectum iri ratus.
At enim hi Ludouicum Imp. caedere, Romam aggredi, eccleſiam
S. Petri uaſtare, et longe lateque praedari; donec Ludouicus Imp. Be-
neuentanam terram inter Radelchiſem et Siconulfum partitus beni-
gniore Marte aduerſus barbaros dimicarit; Siconulfi partem ſiue Sa-
lernum filio eius reliquit Imperator, ſed poſt ademit, atque eam Ade-
maro tradidit. Breuiore opera Folcradum ducem Arelatenſem et re- 4. Duc. Are-
liquos comites illarum partium turbas parantes ad obſequium redu- latenſ. per-
xit. Saxonibus, qui, quod mirum, inter tot diſſidia ad priorem men- domat Lo-
tem redire non audebant, ſpem fecit Lotharius priſtinae liberta- tharius.
tis recuperandae, ſi ſecum ſentirent. Multi arripuere occaſionem 5. Stellinga
lubentes ſibique nouum nomen Stellinga impoſuerunt, ac domi- inter Sa-
nis e regno pene pulſis, lege qua quisque uolebat uixerunt. Stel- xones.
linga deriuat *Cangius* a *ſtel*, quod *Kiliano* uetus; alii a *ſtellen*,
quia mores antiquos reſtituere tentabant, uel quia *Stellung* h. e.
pactum, ſanxere. uid. diſſ. de Sacramento Gildoniae §. 12. Sa-
xonum gens conſtabat Edelingis, Frilingis et Lazzis h. e. nobili-
bus, liberis et ſeruis, teſte *Nithardo* L. IV p. 478. Qui ulti-
mae claſſis erant ad libertatem, et cum reliquorum plurimis ad
auitum idolorum cultum enitebantur. Cum Imperatore Graeco 6. Imp. Con-
nonnihil negotii habuiſſe Lotharium, mortuo patre, ex eo per- ſtant. le-
ſpicuum eſt, quod legatos ab iſto miſſi ſunt. Vltimo imperii Lo- gatos mit-
tharii anno Daniel, magiſter militum, Gratianum, Romani pala- tit.
tii ſuperiſtam, in eo accuſabat, quod Graecos aduocare et Fran- 7. Gratianus
corum regem de terra Romana expellere uellet; ſed cauſſa co- criminis
gnita ſceleris purus Gratianus iudicatus eſt ſecundum Romanam perduel-
legem. Daniel igitur Gratiano tradebatur, ut, quidquid de eo lionis per-
facere uellet, poteſtatem haberet; deprecante uero Imperatore, peram ac-
eum dimiſit. Patet ex his iterum, Imperatorem dominum Ro- cuſatur.
mae fuiſſe. Ceterum regna more maiorum gubernauit Impera- 8.
tor, praeterquam quod optimatum indies maiora capiebat incre- De dote
menta auctoritas. Tacendum non eſt, Imperatricem dotem ac- Auguſtae.
cepiſſe, eamque, probante Imperatore, monaſterio Ernſtein ex-
ſtruendo impendiſſe, innuente charta in *Lagulle* hiſt. Alſat. p.
19: *quia dulciſſima et dilectiſſima coniux noſtra Hermengarda Auguſta*

pro

pro amore Christi et sustentatione ancillarum Dei in rebus suis propriis, quas a nobis nomine dotis accepit h. e. in uilla cuius uocabulum est Hernstein, quae sita est in comitatu Helisacensi - - monasterium a fundamento aedificare proposuit - - cuius uotis ac desideriis nobis libenter annuere placuit (addit ipse aliquas terras;) Sed si formulas: *In nomine domini nostri IEsu Christi amen. Lotharius Imperator Romanorum semper Augustus*, intueamur, et examinemus subscriptionem; erubescit tabula natales, aut naeuos certe. Quis tamen idcirco prorsus neget, Irmengardem monasterium Ernstein condidisse, in eo obiisse et conquiescere? At *Mabillon.* T. II A. B. p. 446 n. 80 hoc monasterium Hermingardi, Ludouici P. uxori, tribuere uidetur. Ex hac uxore Lotharius praeter tres filios quinque filias suscepit. Vnam, nomine obscuram, rapuit Giselbertus, miles Caroli Regis, Comes Mansuariorum, cuius ex progenie Giselbertus D. Lotharing. prodiisse uidetur *Eccard.* T. II rer. Fr. orient. p. 396 §. 57. Hinc nouae inter fratres Lotharium et Carolum simultates ortae. Carolus enim huius facinoris conscius putabatur et laudator. Ludouico uero intercedente fratrum concordia tandem renouata est. Altera filia Berta praeerat monasterio Auennacensi; *Frodoardus* hist. Rhem. L. III c. 27; (*Hincmar.* in epistola ad eam damnum ab ipsius hominibus datum resarciri cupit.) Sicuti Gisela monast. S. Saluat. et S. Iuliae Brixiens. uid. chart. in Bullario Casin. T. II c. 29 et 31. Rotrudis uero Ernsteinense monast. regebat. Quinta Helletrudis Berengario Comiti nupsisse perhibetur.

9. de quinque Lotharii Imp. filiabus.

§. CI.

Constitutiones ad priuatos praesertim spectantes.

De cauſſis priuatorum etiam cautum est capitulis, quae Olonnae praescripta fuisse diximus. c. I: *si liber homo se ipsum ad seruitium implicauerit pro aliquibus causis, si liberam feminam habuerit, aut infantes, ipsi in eorum libertate permaneant. et si ipsa mulier defuncta fuerit et aliam liberam feminam sibi copulauerit seruienti, ipsa in seruitio permaneat.* c. XXVIII: *si cuiuscunque seruus liberam feminam sibi ea consentiente in coniugio copulauerit et infra anni spatium secundum legem ad uindictam traditi non fuerint, sicut lex tales personas fisco nostro sociat, ita nostra liberalitate concedimus ut in potestate et seruitio domini illius*

de seruitute.

illius cuius seruus fuerit ambo reuertantur. c. XXXI sq. agunt de mallatione, exceptione seruitutis et libertatis, dandis vvadiis, banno componendo, si caussa caditur. c. XIV: *mulieres Romanae quae uiros habuerunt Langobardos eis defunctis n legibus uirorum sint solutae et ad suam reuertantur legem. Et hoc statuentes, ut simili modo seruetur in ceterarum natione mulierum.* c. XXIII: *de feminis, quibus defunctis uiris lex Langobardorum probibet ante anni spatium uestem religionis mutare uelumque suscipere, petierunt nostram licentiam, ut mox dum diuina pietas inspirauerit, eas indemnes liceat suscipere - - et eis fieri ita concedimus.* c. II: *si quis homo alienam uxorem adulterauerit et secundum legem ei in manus tradita fuerit et postea conuicti fuerint, partibus publicis recipiantur et qui ipsos comparatos habuerit, pretium suum perdat.* c. IV: *ut nullus homo per sacramentum nec per aliam obligationem adunationem faciat.* auctor a comite in exilium in Corsicam mittatur; reliqui LX solidos componant aut LX ictus accipiant. c. V: *cum collecta uel scutis in palatio comitis nullus praesumat uenire.* c. XIX: *nemo usuram facere praesumat post episcopi sui contestationem.* c. XVII: *quae a liberis personis locis Deo dicatis conferuntur, liceat sibi usumfructum et ordinationem earumdem rerum, si aliter sibi placuerit, reseruare.* c. XII: *Cancellarii electi boni et ueraces chartas publicas conscribant ante comitem et scabinos et uicarios eius et nullis modis hoc facere praesumant de pecunia antequam legitimum pretium detur.* c. XIII: *Cancellarii ad homines infirmos ueniant et secundum legem instrumenta chartarum conscribant et a testibus roborentur. Et statim cum scripta charta fuerit, ostendatur ante episcopum et comitem siue iudicem uel uicarios aut in plebe, ut ueraces agnoscantur esse.* c. XXIV: *nullus Cancellarius pro ullo iudicato aut scripto amplius accipere audeat nisi dimidiam libram argenti de maioribus scriptis. De minoribus autem infra dimidiam libram, quantum res assimilare possit et iudicibus rectum uidetur, accipiat. De orphanis autem uel de ceteris pauperibus qui exsoluere hoc non possunt in prouidentia comitis sit ut nequaquam inde aliquid accipiat. Notarii autem hoc iurare debent, quod nullum scriptum falsum faciant, nec in occulto scriptum aliquod faciant, nec de uno comitatu in alio nisi per licentiam illius comitis in cuius comitatu stare debent. Si uero necessitas in itinere aliqua compulerit aut infirmitas grauis secundum capitulare genitoris nostri faciant.* Si notarius aliter fecerit, appareat *manus et uacuus.* c. XXV: chartam, quae a quibusdam falsa

Mulier Romana marito Langobardo mortuo ad legem suam reuertatur.

Femina uidua potest pro arbitrio uelum capere.

De adulterio.

De coniurationis poena.

De usuris.

Donationes ad pias caussas reseruato usufructu fieri possunt.

2.

De instrumenti publici confectione et cancellarii munere.

appellatur, *ſi Notarius ſuperuixerit et teſtes ipſi, ueram et ideoneam faciant. Et ſi teſtes mortui fuerint et notarius ſuperuixerit, cum duodecim iuratoribus ipſam chartam ueram et idoneam faciat.* Addit. ad L. Langob. c. V. *qui nec iudicium Scabinorum acquieſcere nec blaſphemare uolunt antiqua conſuetudo ſeruetur i. e. ut in caſtodia recludantur donec unum ex duobus faciant.* c. VI: auctores conſpirationum facti *interfciantur, adulteres uero eorum ſinguli alter ab altero flagellentur et nares ſibi inuicem praecidant. Vbi uero nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur et capillos ſuos ſibi uiciſſim detundant.* (§. LVI, 13.) c. VII: ne pauperes opprimantur. *De liberis hominibus diximus, ne forte parentes eorum contra iuſtitiam fiant exheredati et regale obſequium minuatur et ipſi heredes propter indigentiam mendici uel latrones ſeu maleſactores efficiantur.* c. IX, de teſtibus eorumque colliſione per pugnam tollenda. c. X: *per triginta annos ſeruus liber fieri non poſſit, ſi pater illius ſeruus aut mater eius ancilla fuerit. Similiter et de aldionibus.*

5. Poena iudicati contemtorum, coniurantium.

Iniuſtae exheredationes interdicuntur.

Annis XXX libertas non acquiritur.

§. CII.

Variis quoque liberalitatis documentis ſpeciatim cumulauit fideles ſuos. Loquitur charta in *Murat.* T. I antiq. p. 579 Eremberto data: *curtem noſtram Eburlas cum omnibus manciplis, pertinentiis et adiacentiis ad ſe pertinentibus uel aſpicientibus proprietario iure contulimus haec de noſtro in ſuo ſuorumque heredum dominio libere transtulimus poſſidendo --- proprietario iure teneat atque poſſideat abſque cuiuspiam contrarietate uel repetitione ſeu faciat exinde quicquid uoluerit tam ipſe quam heredes ipſius.* In *Marten.* T. I, V. M. p. 102 in Alpcarium beneficus eſt Imp. p. 103 aliquantum ex rebus iuris ſui, antea ordine poſſeſſum beneficiario, ad proprium conceſſit Eſichoni comiti in pago Ribuarienſe in comitatu Bunnenſi in uilla Caſtenacha, quod comes iſte iterum mon. Corbeienſi, aſſentiente Imp. p. 104, donauit. p. 115 *Rotgarius nomine ob deuotiſſimum famulatum ſeu obſequium in pago Ribarienſe in comitatu Iuliacenſi capellam iuris noſtri, quae eſt dicata in honore S. Iuſtinae martyris Chriſti, quatenus eam cum omnibus ad eam pertinentibus diebus uitae ſuae teneat -- de matricularis quoque, qui ex praedicta uilla noſtra Rodinga ad praedictam S. Iuſtinae capellam uſque nunc deſeruierunt, quique etiam partem aliquam*

Praemiis fideles ſuos ornat Erembertum,

Alpcarium,

Eſichonem,

aliquam ex ipsa ecclesia accepisse noscuntur, statuimus, ut nemo alius in eodem sancto loco matricularius uel particeps abhinc in antea existat, nisi quem praefatus Rotgarius uel successores sui in ipso ordinauerunt loco. Matricularii uero erant, si originem quaeras, pauperes in matriculam relati, quorum nonnulli in ecclesiis leuiora munia obibant, iure beneficii nonnumquam. p. 131 Hererico, et p. 132 Sigefrido, uasallis Adalardi comitis, isti quidem quatuor mancipia, huic duae uineolae donantur; p. 138 Ebroino, suo ipsius uasallo, se liberalem praebet. In *Marca* Hispan. p. 770 Wimaro uasallo iisdem formulis, quibus Ludouicus pater, tabulas struxit. In *Menetrier* hist. de Lyon. preuves p. 36 Immoni uasallo suo nonnihil ex rebus iuris sui tradit. *Murator.* T. I antiq. p. 847 exhibet epistolam manumissionis huius Imp.: *quia nos pro mercedis nostre augmento in procerum nostrorum presentia seruum nostrum Adalbiddum nomine manu propria excutientes a manu eius denarium secundum legem Salicam liberum fecimus et ab omni iugo seruitutis absoluimus - - - possideat atque exinde quidquid elegerit uel uoluerit absque alicuius contradictione uel repetitione seu qualibet restitutione.*

Hererei-cum, Sigefridum, Ebroinum, Wimarum, Immonem. Adalbiddum seruum manumittit.

§. CIII.

Multa contentione bonarum artium culturam reuocare annisus est Imperator, literis satis instructus. Quae in Italia hanc ob rem praeceperit, monstrat cap. VI inter capitula de episcoporum causis, quod primum *Murator.* T. I P. II scriptor. p. 151 diuulgauit: *De doctrina uero, quae ob nimiam incuriam atque ignauiam quorumque praepositorum cunctis in locis est funditus extincta, placuit, ut sicut a nobis constitutum est, ita ab omnibus obseruetur. Videlicet ut ab his, qui nostra dispositione artem* (quam solam Grammaticam putat Murator.) *docentes alios per loca denominata sunt constituti, maximum dent studium, qualiter sibi commissi scholastici ita proficiant, atque doctrinae insistant, sicut praesens exposcit necessitas. Propter oppertunitatem tamen omnium apta loca distincte ad hoc exercitium prouidimus, ut difficultas locorum longe positorum ac paupertas nulli fieret excusatio. Id sunt primum in Papia conueniant ad Dungallum* (qui a Dungalo auctore libri responsionum aduersus Claudii Taurinensis sententias de cultu imaginum alius non uidetur) *de Mediolano, de Brixia, de*

Literarum studia ex-coli scholasque erigi iubet.

Laude, de Bergama, de Nouaria, de Vercellis, de Asiona (Tortona) de Aquis, de Genua, de Hasta, de Cuma. In Eporeia ipse episcopus hoc per se faciat. In Taurinis conueniant de Vighintimilio, de Albegano, de Vadis, de Alba. In Cremona discant de Regia, de Placentia, de Parma, de Mutina. In Florentias de Tuscia respiciant. In Firmo de Spoletinis ciuitatibus conueniant. In Verona de Mantua, de Tridento. In Vincentia de Patani, de Tarnisio, de Feltris, de Ceneta, de Asilo. Reliquae ciuitates Forum-Iulii ad scholam concurrant. Ex his apparet quoque, quae ciuitates ad regnum Italiae pertinuerint, atque adeo testamento Caroli M. lux affertur. A. 855 iubente Lothario Concilium Valentin. III habebatur, cuius Can. XVIII haec continet: *ut de scholis tam diuinae quam humanae litteraturae, nec non et ecclesiasticae cantilenae iuxta exemplum praedecessorum nostrorum aliquid inter nos tractetur, et si potest fieri statuatur atque ordinetur, quia ex huius studii longa intermissione pleraque ecclesiarum Dei loca et ignorantia fidei et totius scientiae inopia inuasit.* Sigilaum codicem Euangeliorum scribere iussit, quem ecclesiae Metensi dono dedit, nunc Bibliothecam Regis Gall. ornantem. Imago Lotharii, solio impositi, appicta est, eamque aere expressit *Baluz.* T. II p. 1279. Erant huic aetati uiri scientiis praesertim Theologicis illustres. Heimo episc. Halberstad. qui in coenobio Fuld. literis operam dederat, uariis scriptis nomen suum ad posteritatem propagauit. Theutgarius abbas Megingaudeshus. et Hildemarus monasteria Langobardiae reformare laborarunt; huic tribuitur liber a Mabillonio: *Traditio super regulam diui Benedicti, quam Magister Hildemarus monachus tradidit et docuit discipulis suis.* De aliis alias.

2. Codicem Euangel. eccles. Metens. donat.

3. Viri eruditi.

§. CIIII.

Nec desunt Lotharii documentis inhibitiones et poenae, sanctionum munimenta. *Et quicumque contra hoc nostrae immunitatis praeceptum ire aut aliquid agere temptauerit uel illud uiolare praesumserit, sciat, se eandem immunitatem compositurum.* Ita tradit *Baluz.* T. II Capit. p. 1441. *Quod si quispiam aliqua ductus cupiditate hoc uerum nostrum sincerum atque praeceptum disrumpere aut uiolare conatuerit, iram indignationemque atque offensam eundi omnipotentis Dei atque omnium sanctorum se incurrere cognoscat.* Marten. T. I, V. M. p. 139. *Si quis uero contra hanc nostram auctoritatem uenire temptauerit praedicto loco XXX libras argenti exsoluat et fisco regio totidem auri purissimi cogatur.* Herrgott. hist. gen. Habsp. Vol. II p. 26. *Sciat se compositurum mille auri optimi libras LX. medietatem palatio nostro et medietatem parti eiusdem monasterii.*

Inhibitiones et sanctiones poenales.

monaſterii. *Murator.* T. I antiquit. p. 918. *Sciat ſe compoſiturum mille mancuſos auri obrizi mediętatem camerae noſtrae &c.* *Vghell.* T. V p. 717; *Murator.* c. l. p. 461. *Praecipientes itaque iubemus, ut nullus Dux, marchio, comes, uicecomes, caſtaldio, ſeu quaelibet regni noſtri magna, paruaque perſona res praedicti monaſterii inuadere ſeu homines liberos et ſeruos diſtringere, pignerare ſeu moleſtare audeat, abſque legali iudicio, neque penſiones ab eis iniuſte exigere praeſumat. Si quis igitur huius noſtri praecepti confirmationis ſeu mundburdi tuitionem aliquando infringere conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum mediętatem camerae noſtrae et mediętatem praedicti monaſterii.* *Gattula* acc. T. I p. 33.

§. CV.

Pro beneficiis collatis preces ſibi, maiorum more, ſtipulatus eſt Imperator. *Quatenus pro nobis, coniuge, proleque noſtra ac ſtabilitate totius imperii nobis commiſſi diuinitus omnipotentis miſericordiam attentius eos exorare delectet.* *Marten.* T. I uet. monim. p. 98, 136. *pro nobis et coniuge ſeu liberis noſtris nec non pro regni noſtri ſtabilitate et augmento largiter domini noſtri miſericordiam implorare &c.* *Vghell.* T. I p. 1112. *Vt in Chriſti ſeruitio indefeſſenter perſeuerantes pro nobis ac germani noſtri Hludouuici ſeu coniugum uel prole noſtra exorare delectet.* *Schannat.* Cod. prob. hiſt. Fuld. p. 133. Rogationes iuſſae.

§. CVI.

Roborandi clauſula ſui fere ſemper ſimilis: *Et ut hoc noſtrae auctoritatis praeceptum inconuulſam et ſtabilem futuris temporibus obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmauimus, anulique noſtri impreſſione adſignari iuſſimus;* rarius *ſigillari.* Id loquuntur uetera monimenta Martenſi: *Manu propria et anuli noſtri effigie ſubtus eam noluimus eſſe roborandum.* *Vghell.* T. V p. 266. *Manibus propriis ſubter eam firmauimus et ſigillo noſtro plumbeo muniri praecepimus.* Ib. T. IV p. 960. (ſi charta uera) *Magnitudinis noſtrae anulo cum roboratione ac manuum ſubter imprimere et munire ad durabilem ſtabilitatem iuſſimus.* *Dacher.* T. III p. 341. *Quod ut uerius credatur diligentiusque ab omnibus obſeruetur manu propria ſubter eam firmamus et anuli noſtri impreſſione adſignari iuſſimus.* *Gattula* acc. hiſt. Caſin. T. I p. 33. Clauſulae extremae.

§. CVII.

Formula Monogrammatis comes.

Monogramma haec comitatur formula: *signum Hlotharii serenissimi Augusti.* Infrequenter: *gloriosissimi, invictissimi, piissimi Imp. vel Augusti.* Monogrammatis iusta species cernitur n. 1, quam negligunt characteres, a *Raslero* append. p. 36, a nobis n. 2 et *Guillim.* in epist. argent. p. 32, *Schilter.* ad Chron. Koenigshou. p. 529, in nostris n. 3 signati. Plures in uno alteroue apice deformes, uitio fortasse delineantium, indicauit *Baudis* cit. dissert. p. 26 sq. add. *Paullini* diss. histor. p. 6, ubi ex diplom. Corbeiensi et Ludouici et Hlotarii monogrammata in paucis normam fugientia repraesentantur. In *Gattula* access. T. I p. 35 adscribitur quidem: *signum Hlotarii glorios. Aug.* sed monogramma Ludouici appingitur.

2. Monogrammatum figurae.

§. CVIII.

Archicancellarii.

Cancellarios inuestigantibus obiicitur primus *Virbonius*, cuius uice recognouit *Maredo* a. 823 et 824. *Vghell.* T. V p. 266. *Ghuitardus ad uic. Vigarii* a. 825 in *Murat.* T. III antiq. p. 577. *Remigius notar. ad uic. Vigarii signati* a. XXVI siue a. 845. *Id.* t. V p. 974. In istis instrumentis, quae simul cum patre condidit, Cancellarii patris deprehenduntur, si excipias chartam *Schaten.* A. P. p. 117. A. 833 *Drudemirus subdiaconus atque Not. ad uic. Hermenfridi scr.* apud *Murator.* T. I antiq. p. 459; et iterum *Druggemirus sub Dei nutu* (subdiaconus atque) *Not. ad uic. Hermenredi* in marc. hisp. p. 770. a. 833 *Luitbcasus ad uic. Ermenfredi rec.* *Murat.* T. V antiq. p. 531. Eod. a. *Liuthardus notar. rec. et subscr.* Ib. p. 929. Eod. a. *Luithardus ad uic. Ermenfridi rec.* Ib. p. 977. Eod. anno *Pretemus subdiac. atque Notar. scr.* *Vghell.* T. I p. 413. Postea Cancellarii munus subiit *Egilmarus*, Archiepiscopus Viennensis ad a. 845. Hic plures recognoscere iussit Notarios. *Drudemirus* rec. ad uic. *Egilmari* a. 834. *Murat.* c. l. T. I p. 1003 et ad uic. *Abumari* (Agilmari) a. 835. *Id.* T. II p. 61. *Druentemirus* a. eod. *Vghell.* T. IV p. 81. ad uic. *Algimari* a. 839. *Murat.* c. l. p. 579. *Drudemarus*

e. quos inter praecipui Egilmarus

Sub-

Subdiac. atque notarius ad uic. Egilmari rec. a. XVII. *Gattola* in acceſſ. ad hiſt. Caſin. P. I p. 33; et p. 34 ad uic. *Egismari* (Egilmari) *Dra - - - ius* (Druſtemirus) *Subcancellarius atque not. ad uic. Egilmari.* a. 838. *Vghell.* T. II p. 202. *Altimarus Cancellarius* ſolus recogn. Ib. T. I p. 1112. *Druſtemirus ſubdiac. protonotarius ad uic. Egilmari.* a. eod. *Baluz.* append. Capit. p. 1438. Poſt annum 840, quo in Chron. Farf. apud *du Cheſne* T. III p. 660 adhuc recognouit, non amplius conſpicitur Druſtemirus. Ante dictum annum etiam *Veardus ſubdiac. ad uic. Agilmeoni* (Agilmari) rec. in *Vghell.* T. II p. 247. Ludouico P. e uita exeunte, alii a manu Agilmari fuerunt. A. XXI Ital. et I Franc. *Eichardus ad uic. Agilmari rec. Marten.* T. I uet. m. p. 98. et a. XXII apud *Raſsler.* app. p. 35. In *Gutlimann.* reb. Heluet. L. III, p. 103 pro Eichardo *Richardus ad uic. Agilmari rec. Mabillon.* notas etiam illius chartae correxit. *du Cheſne* in hiſt. des *Chancelliers* p. 73 poſuit: *Tichamdus ad uic. Agilmari rec.* Incertum, an diutius uices Cancellarii ſuſtinuerit. Eodem anno I Franc. *Baſſamus notar. rec.* ſolus in Marca hiſpan. p. 776, et *ego Remigius Notar. ad uic. Agilmari* in analect. monim. Flauiniac. ap. *Labb.* T. I MS. p. 270. *Blondell.* Genealog. Franc. p. 143 a. XXII. a. IV. *Remigius diac. ad uic. Ellimari. Mart.* T. I theſ. aneed. p. 35. *Remigius Notar. ad uic. Volmari rec. et ſubſcr.* a. 843. *Murat.* T. V antiq. p. 195. Recognouit adhuc ſub Hilduino. *Mabill.* R. D. p. 403 et a. VII. *Marten.* T. I, V. M. p. 114. A. XXII regn. Ital. *Georgius Notar. auctoritate Agilmari rec. Vghell.* T. IV p. 582. A. III Franc. *Firmandus Not. ad uic. Ailemari. Marten.* c. l. p. 101. Eod. anno *Ercamboldus not. ad uic. Eilmari.* Id. p. 102. *Ercamboldus not. ad uic. Agilmari rec.* a. XVIII regni VI et *Ercambold. regiae dignitatis tunc. rec.* VII Kal. Febr. a. V ind. VIII; item *Ego Luitharus not. ad uic. Agilmari rec.* D. XII Kal. Nou. a. Hloth. XVI in Franc. IV ind. VI. *du Cheſne* hiſt. des Chancel. p. 73. *Ego Aramboldus notar. ad uic. Agilmari rec. et ſubſcr.* a. XXIV *Menetr.* hiſt de Lyon preuv. p. 36. Ercamboldus notarii munus continuauit ad a. XXXVI h. e. obitum Lotharii. *Marten.* c. l. p. 139. Agilmarus Cancellarii officium tradidit Hilduino, Abbati S. et Hilduino a.

ti S. Dionyſii. *Aimoin.* L. V c. 10 appellat eum abbatem S. Vincent. et S. Germani; *du Cheſne* hiſt. Cancell. illum epiſcopum Verdun. fuiſſe negat, aliis affirmantibus. Hic ab a. XXV usque ad ſuprema Lotharii fata partes Cancellarii ornauit. Vſus eſt, praeter Remigium et Ercamboldum, quos uidimus, Notario in primis *Rotmundo*, per omne muneris ſui ſpatium. *Hrodmundus not. ad uic. Hilduini* a. XXV, XXXIV et XXXVI. *Marten.* c. l. p. 108, 138. *Sammarth.* Gall. Chr. t. IV p. 49 inſtr. *Rothmundus not. ad uic. Hilddini.* a. XXVI. *Heda* de ep. Vltrai. p. 52. *du Cheſne* hiſt. Cancell. p. 72 anno eod. *Frothmundus not. ad uic. Hilduini. Bradmendus not. ad uic. Haduini* a. XXX. *Herrgott.* hiſt. gen. Habsp. Vol. II p. 28. Ap. eumdem p. 26 et *Gullimann.* de ep. Arg. p. 32 legitur: *Rinaldus uicarius ad uic. Hildeuuini Archicancell. noſtri rec. et confirmaui. Schilter.* in obſeru. ad Chron. Alſat. Koenigshou. obſ. VIII §. 10 p. 529 exſcripſit: *Rinaldus notarius*, omiſſo Archicancellario. *Sammarth.* G. Chr. t. V p. 464: *Rynodus notar. confirmaui.* In *Baluz.* append. Capit. p. 1458 ſe offert *Danibel notar. ad uic. Hilduini* a. XXIX. add. *Io. a Boſco* biblioth. Floriac. p. 51.

§. CVIIII.

Sigilla. Sigilli ſpecimen exhibet *Murator.* T. III Antiq. Ital. p. 93 ex charta Caſin. D. Nono Kal. Mart. a. imp. XVII ind. XIII in Papia ciuit. h. e. a. 835. A nobis repraeſentatur n. 1. Cum eo conſentit, quod *Schannat.* in uindic. Archiui Fuldenſ. Tab. V, pinxit. Siſtitur nimirum effigies Imperatoris barbata et lauro et paludamento decorata, cum epigraphe: ✝ XPE *adiuua Hlotharium Aug.* uid. n. 2. Aliud prioribus haud diſſimile habet *Mabill.* R. D. Tab. XXX p. 403. Addit in explicatione huius chartae: *Ex archetypo Dionyſiano. Inſcriptio ſigilli non omnino integra, ex autographo coenobii S. Manſueti prope Tullum, ſuppletur hoc modo: XPE adiuua Hlotharium Aug. Vitiatae ſunt recentiori manu chronicae notae in hoc autographo, itidemque in aliis Dionyſianis, quales uulgauit Dubletus.*

tus. uid. n. 3. *Puricellus* monim. Ambroſ. p. 60 deſcribit ſigillum alba cera expreſſum et imaginem huius imperatoris referens, cum inſcriptione dicta. *Gattola* acceſſion. P. I p. 34 in diplomate a. XVII imaginem ſigillo impreſſam ad latus dextrum uergere atque inſcriptionem circa ſigillum eamdem eſſe cum caeteris, et p. 35 chartae allatae ſigillum cereum adeſſe teſtatur, quod poſterius aere expreſſit. uid. n. 4. *Schilter.* ad Chron. Alſat. Koenigshou. p. 529 in diplomate exhibito aliquas particulas cerae uiridis ſuper materiam duram e bitumine albo apparere ait. Teſte *Blondello* in Genealog. Franc. p. 143 bulla chartae a. XXII imp. addita in Archiuo Pariſienſi aſſeruatur, cuius inſcriptio: *XPE adiuua Hlotharium Aug.* *Aſteſatus* in difeſa di tre documenti antichi p. 199 edit. cum reſponſ. in Archiuo S. Iul. Brix. et S. Sixti Placent. ſe Diplomata ſigillis munita uidiſſe confirmat, quibus perigraphe: *XPE adiuua Hlotarium Aug.* *Murator.* T. III antiq. p. 79 in conſtitutione 28 Margarini T. II Bull. Caſſin. D. XVIII Kal. Ianuar. a. Imp. d. Hloth. pii Imp. ind. I ſigillum cereum conſpici tradit, cum effigie Lotharii et inſcriptione: *XPE adiuua Hlotharium Aug.* *Id.* T. V p. 279 antiq. ſigillum cereum ſine epigraphe a. 841 (quod uid. n. 5) chartae Aſiae Abbatiſſae S. Mariae Theodotae datae adnexum, delineat.

§. CX.

Nunc tabularum tempora nobis inueſtiganda ſunt. At quis non haereat in ſalebris? Poſt Ludouici patris obitum res multo planior; uerum quemadmodum imperii ſocietas, quam cum filio coiuit, rempublicam; ita et chartas turbauit uehementer. Vt taceam, quid notarii, quid errauerint typi. Exemplum praebent diplomata Dionyſiana huius Imperatoris, de quibus *Mabillon.* R. D. p. 224. Epocham huius Imperat. I *Mabillon.* c. l. p. 194 retulit cum aliis ad a. 817, quo III quidem Kal. Aug. imperii conſors factus. Firmatur per chartam monaſterii Deruenſ. *d. II Id. Febr. anno Chr. prop. XIV imperii domini Hludou. piiſſ. Aug. et Hlotharii X ind. V. Act. Aquisgr. pal. reg.* apud *Coint.* T. VIII a. 840 n. 58

Notae chronicae.

Epocha I ab a. 817 computatur.

et *Baluz.* T. I Capit. p. 650; annus tamen X ante menſem Iulii hic computatur; immo uideant alii, ſcriptusne ſit a. V. Afferuntur etiam duae chartae in *Puricelli* monim. Ambroſ. p. 89 et 90 *d. III Non. Mai. et VIII Id. Mai. anno imp. d. Lotharii pii Imper. XVIII ind. XIII. Act. Papiae.* Has ille ſubdidit a. 841; rectius uero reſpondent a. 835, rationibus ab a. 817 ductis. Add. D. IX Kal. Mart. a. XVII ind. XIII Act. Papia ciuit. et D. VIII. Kal. Mart. a. XVII ind. XII. Act. Papiae ciuitate. *Gattola* in acceſſ. ad hiſt. Abbat. Caſin. P. I p. 32 et 34. D. II Non. Octobr. a. XVII ind. XII Act. Pap. pal. reg. *Murator.* antiq. T. I p. 1003. D. Non. Mart. a. XVII ind. XIII. Act. Sexpilas pal. reg. Ib. T. II p. 61. Adhaec documento eſſe poteſt Concilium Romanum a. 826 menſ. Nouembr. habitum in praefat. *In nomine domini Dei Saluatoris noſtri IEſu Chriſti imperante domino noſtro piiſſimo Auguſto Hludouuico a Deo coronato magno Imperatore anno XIII et regni* (uel potius P. C.) *eius anno XIII ſed et Hlothario nouo imperatore eius filio anno X ind. IV menſis Nouembris die XV.* Forte et huc reſpicit Bulla monaſt. Corbei. data. *Imperantibus D. D. N. N. piiſſimis Auguſtis Hlothario a domino coronato Magno Imperatore anno XXXIX et P. C. eius anno XXXIX ſed et Hludouico nouo Imp. eius filio anno VII ind. IV.* Inde patet, pontificem Lotharium Imperatorem ante agnouiſſe quam coronatus eſſet. Ceterum *Coint.* T. VII a. 823. n. 1 arbitratus eſt, Lotharium prius quam a patre deſciſceret annos ſuos computaſſe aut ab a. DCCCXVII aut ab a. DCCCXXII, numquam ab a. DCCCXXIII, quo a Paſchale papa coronatus eſt; poſtremam uero tandem praetuliſſe, ut ſe Romano Pontifici gratum praeberet.

Epocha II ab a. 820.

Epocha II deriuatur ab a. 820, qua *Mabillonio* R. D. p. 196 poſt obitum patris tantum uſus uidetur Lotharius. Inde ſcil. numeranit annos imperii Italici; Francici uero a die emortuali Ludouici, ita, ut hi illos XX annis excedant. Magnam exemplorum ſegetem deinceps indicabimus. *Quamobrem uero Lotharius*, Mabill. addit, *exordium Italici imperii mortuo patre petierit ab anno DCCCXX, fateor me nondum aſſequi potuiſſe. Niſi probes Bernardi Italiae Regis mortem, quae anno DCCCXVIII ſtatuitur, dilatam fuiſſe usque ad finem anni DCCCXIX aut ad initium anni inſequentis, a quo Lotharius exordium Italici regni, quaſi hereditario iure iam ſibi debiti, repetierit; tametſi*

tametsi non nisi anno DCCCXXII in eius possessionem uenit. *Petr. Franc. Chifletius* in historia Trenorchiensi rem paullo aliter componere conatur, cui tamen non assentitur *Cointius* T. VIII p. 623 n. 59. *Videntur consurgere*, inquit Chifletius, *anni regni eius Italici ab anno exeunte* 818 *uel ineunte* 819. *Nam in Lotharii tabulis anno imperii eius Italici excedunt semper uicenario solido annos regni eius Francici, cuius initium fuit a.* 839 *Vormatiae in comitiis regni ad* 3 *Kal. Iunias indictis, ut docent Annales Fuldenses et Bertiniani, male autem Metenses a.* 838. *Quod regni Francici initium confirmant indictiones nostris diplomatibus inscriptae. Ergo ante annos* 839 *solidis* 20 *annis Lotharius in Italia regnare coeperat, adeoque a.* 819, *non* 817. *A Bernardi regis siue excaecatione siue interitu uel potius a possessione regni adita in aliquo Italiae procerum conuentu (iam euaporato Bernardi sanguine, compressisque eius coniuratis, sub finem a.* 818 *uel ad a.* 819 *exordia) celebrato, Lotharii Regni Italici annos deducunt Cancellarii, quorum in huiusmodi computationibus summa fides est. Atque ex his uidere est, aliud fuisse Lotharium Imperatorem esse, aliud fuisse Italiae Regem.*

Cointius uero Lotharium annos regni Francici a Ludouici Patris obitu numerare coepisse existimat, idque uel ex eo constare, quod annum primum regni sui in Francia partim indictioni tertiae, partim indictioni quartae siue a. 840 et 841 illigauit. Lotharium compressis demum coniuratis Italiam obtinuisse non negat; suffragari tamen non potest annos Lotharii Regis in Italia computanti a possessione regni adita in aliquo Italiae procerum conuentu; sed annales habent nullum, neque ante a. 822 ad possessionem reipsa peruenit Lotharius. *Multo probabilius nobis uidetur*, pergit, *circa Italiam idem Lothario ac circa Baioariam Ludouico fratri contigisse. Ludouicus a.* 817 *Baioriae Rex appellatus est a patre; Baioariamque iussu eiusdem patris adiit a.* 825. *Inde Ludouici in Baioaria regnantis orta duplex epocha, prior ab a.* 817, *posterior ab a.* 825; *similiter a.* 820 *Lotharius Imperator a patre rex Italiae dictus est et ab eodem patre missus, in Italiam perrexit a.* 822. *Atque inde Lotharii Regis in Italia duplex eruitur epocha, prior ab a.* 820, *posterior ab a.* 822. Auctor responsorum ad censuras in dissertationem Italiae medii aeui *Cointio* non adstipulatur omnino. Ponitur, a. 820 a patre Lotharium Regem Italiae dictum esse; se id ipsum quaeritur. Conditiones Ludouici Germanici et Lotharii non erant si-

Claruit hinc nimium toto gens Francica mundo,
Famaque uirtutum fines penetrauit ad imos.
Legatos hinc inde ſuos procul extera regna,
Barbara, Graeca, ſimul Latium miſere tribunal.
Huic etenim ceſſit etiam gens Romula genti,
Regnorumque ſimul mater Roma inclyta ceſſit &c.
At nunc tantus apex tanto de culmine lapſus &c.
Cunctorum teritur pedibus, diademate nudus
Perdidit imperii pariter nomenque decusque,
Et regnum unitum concidit ſorte triformi.
Induperator ibi prorſus iam nemo putatur,
Pro rege eſt regulus, pro regno fragmina regni &c
Concio iam populi nulla eſt, ius omne receſſit.
Fruſtra huc legatus, aula eſt ubi nulla, recurrat.
Quid faciant populi, quos ingens alluit Hiſter,
Quos Rhenus, Rhodanusque rigant, Ligerisque Padusue.
Quos omnes dudum tenuit concordia nexos,
Foedere nunc rupto diuortia moeſta fatigant &c.

Lotharius Normannos infeſte excitat.

Lotharius fratribus eritium moliturus Normannos excitauit; at ſibi ipſe peſſime conſuluit. Irruebant in Friſiam, cui Lotharius imperabat, eaque potiebantur. Oric R. Danorum a. 847 Doreſtatum uaſtabat, quem locum Roruc, frater Herioldi, ſacris Chriſtianorum initiati, beneficii nomine tenuerat; ſed ipſe perfidiae inſimulatus et e cuſtodia elapſus, in fidem Ludouici Germanici uenit, quo permittente piraticam in regno Lotharii exercuit, ac denique Doreſtatum recuperauit; ac, cum Lotharius auſibus eius repellendis ſe imparem noſſet, ea conditione ipſi reliquit, ut tributa penderet et Danorum incurſiones reprimeret. Verum annales produnt, Normannos paullo poſt iterum Friſiam et Batauos diripuiſſe; a. 852 Godefridus, Herioldi filius, a Lothario defeciſſe, Friſiamque aggreſſus fertur, quem aegre pacarunt Lotharius et Carolus. Nam ad praedationes recurrebant Normanni; ideo Lotharius filio ſuo aequiuoco a. 855 Friſiam donauit, ut hoſtes efficacius repellerentur. Sichardo Duce Beneuentano occiſo, Radelchis theſaurarius eius ad hoc dignitatis faſtigium adſcendit, repugnantibus tamen Capuanis, qui Siconulfum, Sicardi fratrem, eligebant. Vterque, infauſto omine, auxilium a Saracenis,

3. Duces Beneuentani a Saracenis imprudenter auxilium petunt.

cenis, ille ex Africa, hic ex Hiſpania petebat. Siconulfus errorem animaduertens a. 844 ſe Lothario dedit, mulctamque centum millium aureorum exſoluit, Saracenos ita facilius eiectum iri ratus. At enim hi Ludouicum Imp. caedere, Romam aggredi, eccleſiam S. Petri uaſtare, et longe lateque praedari; donec Ludouicus Imp. Beneuentanam terram inter Radelchiſem et Siconulfum partitus benigniore Marte aduerſus barbaros dimicarit; Siconulfi partem ſiue Salernum filio eius reliquit Imperator, ſed poſt ademit, atque eam Ademaro tradidit. Breuiore opera Folcradum ducem Arelatenſem et reliquos comites illarum partium turbas parantes ad obſequium reduxit. Saxonibus, qui, quod mirum, inter tot diſſidia ad priorem mentem redire non audebant, ſpem fecit Lotharius priſtinae libertatis recuperandae, ſi ſecum ſentirent. Multi arripuere occaſionem lubentes ſibique nouum nomen Stellinga impoſuerunt, ac dominis e regno pene pulſis, lege qua quisque uolebat uixerunt. Stellinga deriuat *Cangius* a *ſtel*, quod *Kiliano* uetus; alii a *ſtellen*, quia mores antiquos reſtituere tentabant, uel quia *Stellung* h. e. pactum, ſanxere. uid. diſſ. de Sacramento Gildoniae §. 12. Saxonum gens conſtabat Edelingis, Frilingis et Lazzis h. e. nobilibus, liberis et ſeruis, teſte *Nithardo* L. IV p. 478. Qui ultimae claſſis erant ad libertatem, et cum reliquorum plurimis ad auitum idolorum cultum enitebantur. Cum Imperatore Graeco nonnihil negotii habuiſſe Lotharium, mortuo patre, ex eo perſpicuum eſt, quod legatos ab iſto miſſi ſunt. Vltimo imperii Lotharii anno Daniel, magiſter militum, Gratianum, Romani palatii ſuperiſtam, in eo accuſabat, quod Graecos aduocare et Francorum regem de terra Romana expellere uellet; ſed cauſſa cognita ſceleris purus Gratianus iudicatus eſt ſecundum Romanam legem. Daniel igitur Gratiano tradebatur, ut, quidquid de eo facere uellet, poteſtatem haberet; deprecante uero Imperatore, eum dimiſit. Patet ex his iterum, Imperatorem dominum Romae fuiſſe. Ceterum regna more maiorum gubernauit Imperator, praeterquam quod optimatum indies maiora capiebat incrementa auctoritas. Tacendum non eſt, Imperatricem dotem accepiſſe, eamque, probante Imperatore, monaſterio Ernſtein exſtruendo impendiſſe, innuente charta in *Laguille* hiſt. Alſat. p. 19: *quia dulciſſima et dilectiſſima coniux noſtra Hermengarda Auguſta*

4. Duc. Arelatenſ. perdomat Lotharius.

5. Stellinga inter Saxones.

6. Imp. Conſtant. legatos mittit.

7. Gratianus criminis perduellionis per perorem accuſatur.

8. De dote Auguſtae.

pro

pro amore Christi et sustentatione ancillarum Dei in rebus suis propriis, quas a nobis nomine dotis accepit h. e. in uilla cuius uocabulum est Hernstein, quae sita est in comitatu Helisacensi - - monasterium a fundamento aedificare proposuit - - cuius uotis ac desideriis nobis libenter annuere placuit (addit ipse aliquas terras;) Sed si formulas: *In nomine domini nostri IEsu Christi amen. Lotharius Imperator Romanorum semper Augustus*, intueamur, et examinemus subscriptionem; erubescit tabula natales, aut naeuos certe. Quis tamen idcirco prorsus neget, Irmengardem monasterium Ernstein condidisse, in eo obiisse et conquiescere? At *Mabillon.* T. II A. B. p. 446 n. 80 hoc monasterium Hermingardi, Ludouici P. uxori, tribuere uidetur. Ex hac uxore Lotharius praeter tres filios quinque filias suscepit. Vnam, nomine obscuram, rapuit Giselbertus, miles Caroli Regis, Comes Mansuariorum, cuius ex progenie Giselbertus D. Lotharing. prodiisse uidetur *Eccard.* T. II rer. Fr. orient. p. 396 §. 57. Hinc nouae inter fratres Lotharium et Carolum simultates ortae. Carolus enim huius facinoris conscius putabatur et laudator. Ludouico uero intercedente fratrum concordia tandem renouata est. Altera filia Berta praeerat monasterio Auennacensi; *Frodoardus* hist. Rhem. L. III c. 27; (*Hincmar.* in epistola ad eam damnum ab ipsius hominibus datum resarciri cupit.) Sicuti Gisela monast. S. Saluat. et S. Iuliae Brixiens. uid. chart. in Bullario Casin. T. II c. 29 et 31. Rotrudis uero Ernsteinense monast. regebat. Quinta Helletrudis Berengario Comiti nupsisse perhibetur.

9. de quinque Lotharii Imp. filiabus.

§. CI.

Constitutiones ad priuatos praesertim spectantes.

De caussis priuatorum etiam cautum est capitulis, quae Olonnae praescripta fuisse diximus. c. I: *si liber homo se ipsum ad seruitium implicauerit pro aliquibus causis, si liberam feminam habuerit, aut infantes, ipsi in eorum libertate permaneant. et si ipsa mulier defuncta fuerit et aliam liberam feminam sibi copulauerit seruienti, ipsa in seruitio permaneat.* c. XXVIII: *si cuiuscunque seruus liberam feminam sibi ea consentiente in coniugio copulauerit et infra anni spatium secundum legem ad uindictam traditi non fuerint, sicut lex tales personas fisco nostro sociat, ita nostra liberalitate concedimus ut in potestate et seruitio domini illius*

de seruitute.

illius cuius ſeruus fuerit ambo reuertantur. c. XXXI ſq. agunt de mallatione, exceptione ſeruitutis et libertatis, dandis vvadiis, banno componendo, ſi cauſſa caditur. c. XIV: *mulieres Romanae quae uiros habuerint Langobardos eis defunctis a legibus uirorum ſint ſolutae et ad ſuam reuertantur legem. Et hoc ſtatuentes, ut ſimili modo ſeruetur in ceterarum natione mulierum.* c. XXIII: *de feminis, quibus defunctis uiris lex Langobardorum prohibet ante anni ſpatium ueſtem religionis mutare uelumque ſuſcipere, petierunt noſtram licentiam, ut modum diuina pietas inſpirauerit, eas indemnes liceat ſuſcipere - - et eis fieri ita concedimus.* c. II: *ſi quis homo alienam uxorem adulterauerit et ſecundum legem ei in manus tradita fuerit et poſtea conuicti fuerint, partibus publicis recipiantur et qui ipſos comparatos habuerit, pretium ſuum perdat.* c. IV: *ut nullus homo per ſacramentum nec per aliam obligationem adunationem faciat.* auctor a comite in exilium in Corſicam mittatur; reliqui LX ſolidos componant aut LX ictus accipiant. c. V: *cum collecta uel ſcutis in palatio comitis nullus praeſumat uenire.* c. XIX: *nemo uſuram facere praeſumat poſt epiſcopi ſui conteſtationem.* c. XVII: *quae a liberis perſonis locis Deo dicatis conferuntur, liceat ſibi uſumfructum et ordinationem earumdem rerum, ſi aliter ſibi placuerit, reſeruare.* c. XII: *Cancellarii electi boni et ueraces chartas publicas conſcribant ante comitem et ſcabinos et uicarios eius et nullis modis hoc facere praeſumant de pecunia antequam legitimum pretium detur.* c. XIII: *Cancellarii ad homines infirmos ueniant et ſecundum legem inſtrumenta chartarum conſcribant et a teſtibus roborentur. Et ſtatim cum ſcripta charta fuerit, oſtendatur ante epiſcopum et comitem ſiue iudicem uel uicarios aut in plebe, ut ueraces agnoſcantur eſſe.* c. XXIV: *nullus Cancellarius pro ullo iudicato aut ſcripto amplius accipere audeat niſi dimidiam libram argenti de maioribus ſcriptis. De minoribus autem infra dimidiam libram, quantum res aſſimilare poſſit et iudicibus rectum uidetur, accipiat. De orphanis autem uel de ceteris pauperibus qui exſoluere hoc non poſſunt in prouidentia comitis ſit ut nequaquam inde aliquid accipiat. Notarii autem hoc iurare debent, quod nullum ſcriptum falſum faciant, nec in occulto ſcriptum aliquod faciant, nec de uno comitatu in alio niſi per licentiam illius comitis in cuius comitatu ſtare debent. Si uero neceſſitas in itinere aliqua compulerit aut infirmitas grauis ſecundum capitulare genitoris noſtri faciant.* Si notarius aliter fecerit, appareat *inanis et uacuus.* c. XXV: chartam, quae a quibusdam falſa

Mulier Romana marito Langobardo mortuo ad legem ſuam reuertatur.

Femina uidua poteſt pro arbitrio uelum capere.

De adulterio.

De coniurationis poena.

De uſuris.

Donationes ad pias cauſſas reſeruato uſufructu fieri poſſunt.

2.

De inſtrumenti publici confectione et cancellarii munere.

appellatur, *ſi Notarius ſuperuixerit et teſtes ipſi, ueram et idoneam faciant. Et ſi teſtes mortui fuerint et notarius ſuperuixerit, cum duodecim iuratoribus ipſam chartam ueram et idoneam faciat.* Addit ad L. Langob. c. V. *qui nec iudicium Scabinorum acquieſcere nec blaſphemare uolunt antiqua conſuetudo ſeruetur i. e. ut in cuſtodia recludantur donec unum ex duobus faciant.* c. VI: auctores conſpirationum facti *interficiantur, adiutores uero eorum ſinguli alter ab altero flagellentur et nares ſibi inuicem praecidant. Vbi uero nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur et capillos ſuos ſibi uiciſſim detundant.* (§. LVI, 13.) c. VII: ne pauperes opprimantur. *De liberis hominibus diximus, ne forte parentes eorum contra iuſtitiam fiant exheredati et regale obſequium minuatur et ipſi heredes propter indigentiam mendici uel latrones ſeu malefactores efficiantur.* c. IX. de teſtibus eorumque colliſione per pugnam tollenda. c. X: *per triginta annos ſeruus liber fieri non poſſit, ſi pater illius ſeruus aut mater eius ancilla fuerit. Similiter et de aldionibus.*

Poena iudicati contemtorum, coniurationum.

Iniuſtae exheredationes interdicuntur.

Annis XXX libertas non acquiritur.

§. CII.

Variis quoque liberalitatis documentis ſpeciatim cumulauit fideles ſuos. Loquitur charta in *Murat.* T. I antiq. p. 579 Erembertо data: *curtem noſtram Eburlas cum omnibus mancipiis, pertinentiis et adiacentiis ad ſe pertinentibus uel aſpicientibus proprietario iure contulimus haec de noſtro in ſuo ſuorumque heredum dominio libere transtulimus poſſidendo - - - proprietario iure teneat atque poſſideat abſque cuiuspiam contrarietate uel repetitione ſeu faciat exinde quicquid uoluerit tam ipſe quam heredes ipſius.* In *Marten.* T. I, V. M. p. 102 in Alpcarium beneficus eſt Imp. p. 103 aliquantum ex rebus iuris ſui, antea ordine poſſeſſum beneficiario, ad proprium conceſſit Eſichoni comiti in pago Ribuarienſe in comitatu Bunnenſi in uilla Caſtenacha, quod comes iſte iterum mon. Corbeienſi, aſſentiente Imp. p. 104, donauit. p. 115 *Rotgarius nomine ob deuotiſſimum famulatum ſeu obſequium in pago Ribarienſe in comitatu Iuliacenſi capellam iuris noſtri, quae eſt dicata in honore S. Iuſtinae martyris Chriſti, quatenus eam cum omnibus ad eam pertinentibus diebus uitae ſuae teneat - - de matricullariis quoque, qui ex praedicta uilla noſtra Rodinga ad praedictam S. Iuſtinae capellam uſque nunc deſeruierunt, quique etiam partem aliquam*

Praemiis fideles ſuos ornat Erembertum,

Alpcarium,

Eſichonem,

aliquam ex ipsa ecclesia accepisse noscuntur, statuimus, ut nemo alius in eodem sancto loco matricularius uel particeps abhinc in antea existat, nisi quem praefatus Rotgarius uel successores sui in ipso ordinauerunt loco. Matriculariі uero erant, si originem quaeras, pauperes in matriculam relati, quorum nonnulli in ecclesiis leuiora munia obibant, iure beneficii nonnumquam. p. 131 Hererico, et p. 132 Sigefrido, uasallis Adalardi comitis, isti quidem quatuor mancipia, huic duae uincolae donantur; p. 138 Ebroino, suo ipsius uasallo, se liberalem praebet. In *Marca* Hispan. p. 770 Wimaro uasallo iisdem formulis, quibus Ludouicus pater, tabulas struxit. In *Menetrier* hist. de Lyon. preuves p. 36 Immoni uasallo suo nonnihil ex rebus iuris sui tradit. *Murator.* T. I antiq. p. 847 exhibet epistolam manumissionis huius Imp: *quia nos pro mercedis nostre augmento in presentia procerum nostrorum presentia seruum nostrum Adalbiddum nomine manu propria excutientes a manu eius denarium secundum legem Salicam liberum fecimus et ab omni iugo seruitutis absoluimus - - - possideat atque exinde quidquid elegerit uel uoluerit absque alicuius contradictione uel repetitione seu qualibet restitutione.*

Hererium, Sigefridum, Ebroinum, Wimarum, Immonem.

Adalbiddum seruum manumittit.

§. CIII.

Multa contentione bonarum artium culturam reuocare annisus est Imperator, literis satis instructus. Quae in Italia hanc ob rem praeceperit, monstrat cap. VI inter capitula de episcoporum causis, quod primum *Murator.* T. I P. II scriptor. p. 151 diuulgauit: *De doctrina uero, quae ob nimiam incuriam atque ignauiam quorumque praepositorum cunctis in locis est funditus extincta, placuit, ut sicut a nobis constitutum est, ita ab omnibus obseruetur. Videlicet ut ab his, qui nostra dispositione artem* (quam solam Grammaticam putat Murator.) *docentes alios per loca denominata sunt constituti, maximum dent studium, qualiter sibi commissi scholastici ita proficiant, atque doctrinae insistant, sicut praesens exposcit necessitas. Propter oppertunitatem tamen omnium apta loca distincte ad hoc exercitium prouidimus, ut difficultas locorum longe positorum ac paupertas nulli fieret excusatio. Id sunt primum in Papia conuenient ad Dungallum* (qui a Dungalo auctore libri responsionum aduersus Claudii Taurinensis sententias de cultu imaginum alius non uidetur) *de Mediolano, de Brixia, de Laude,*

Literarum studia exoleli scholasque erigi iubet.

Laude, de Bergama, de Nouaria, de Vercellis, de Astena (Tortona) de Aquis, de Genua, de Haste, de Cuma. In Eboreia ipse episcopus hoc per se faciat. In Taurinis conueniant de Vighintimilio, de Albegano, de Vadis, de Alba. In Cremona discant de Regia, de Placentia, de Parma, de Mutina. In Florentias de Tuscia resipiscant. In Firmo de Spoletinis ciuitatibus conueniant. In Verona de Mantua, de Tridento. In Vincentia de Pataui, de Tarusio, de Feltris, de Ceneta, de Asilo. Reliquae ciuitates Forum-Iulii ad scholam concurrant. Ex his apparet quoque, quae ciuitates ad regnum Italiae pertinuerint, atque adeo testamento Caroli M. lux affertur. A. 855 iubente Lothario Concilium Valentin. III habebatur, cuius Can. XVIII haec continet: *ut de scholis tam diuinae quam humanae litteraturae, nec non et ecclesiasticae cantilenae iuxta exemplum praedecessorum nostrorum aliquid inter nos tractetur, et si potest fieri renouatur atque ordinetur, quia ex huius studii longa intermissione pleraque ecclesiarum Dei loca et ignorantia fidei et totius scientiae inopia inuasit.* Sigilaum codicem Euangeliorum scribere iussit, quem ecclesiae Metensi dono dedit, nunc Bibliothecam Regis Gall. ornantem. Imago Lotharii, solio impositi, appicta est, eamque aere expressit *Baluz.* T. II p. 1279. Erant huic aetati uiri scientiis praesertim Theologicis illustres. Heimo episc. Halberstad. qui in coenobio Fuld. literis operam dederat, uariis scriptis nomen suum ad posteritatem propagauit. Theutgarius abbas Megingaudeshus. et Hildemarus monasteria Langobardiae reformare laborarunt; huic tribuitur liber a Mabillonio: *Traditio super regulam diui Benedicti, quam Magister Hildemarus monachus tradidit et docuit discipulis suis.* De aliis alias.

2. Codicem Euangel. eccles. Metens. donat.

3. Viri eruditi.

§. CIIII.

Nec desunt Lotharii documentis inhibitiones et poenae, sanctionum munimenta. *Et quicumque contra hoc nostrae immunitatis praeceptum ire aut aliquid agere tentauerit uel illud uiolare praesumserit, sciat, se eandem immunitatem compositurum.* Ita tradit *Baluz.* T. II Capit. p. 1441. *Quod si quispiam aliqua ductus cupiditate hoc uotum nostrum sincerum atque praeceptum disrumpere aut uiolare conauerit, iram indignationemque atque offensam cunctiomnipotentis Dei atque omnium sanctorum se incurrere cognoscat.* Marten. T. I, V. M. p. 139. *Si quis uero contra hanc nostram auctoritatem uenire tentauerit praedicto loco XXX libras argenti examinati et fisco regio tantidem auri purissimi cogatur.* Herrgott. hist. gen. Habsp. Vol. II p. 26. *Sciat se compositurum mille auri optimi libras LX medietatem palatio nostro et medietatem patri eiusdem monasterii.*

Inhibitiones et sanctiones poenales.

monaſterii. *Murator.* T. I antiquit. p. 918. *Sciat ſe compoſiturum mille mancuſos auri obrizi medietatem camerae noſtrae &c.* *Vghell.* T. V p. 717; *Murator.* c. l. p. 461. *Praecipientes itaque iubemus, ut nullus Dux, marchio, comes, uicecomes, caſtaldio, ſeu quaelibet regni noſtri magna, paruaque perſona res praedicti monaſterii inuadere ſeu homines liberos et ſeruos diſtringere, pignerare ſeu moleſtare audeat, abſque legali iudicio, neque penſiones ab eis iniuſte exigere praeſumat. Si quis igitur huius noſtri praecepti confirmationis ſeu mundburdi tuitionem aliquando infringere conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum medietatem camerae noſtrae et medietatem praedicti monaſterii.* *Gattula* acc. T. I p. 33.

§. CV.

Pro beneficiis collatis preces ſibi, maiorum more, ſtipulatus eſt Imperator. *Quatenus pro nobis, coniuge, proleque noſtra ac ſtabilitate totius imperii nobis commiſſi diuinitus omnipotentis miſericordiam attentius eos exorare delectet.* *Marten.* T. I uet. monim. p. 98, 136. *pro nobis et coniuge ſeu liberis noſtris nec non pro regni noſtri ſtabilitate et augmento largiter domini noſtri miſericordiam implorare &c.* *Vghell.* T. I p. 1112. *Vt in Chriſti ſeruitio indefinenter perſeuerantes pro nobis ac germani noſtri Hludouuici ſeu coniugum uel prole noſtra exorare delectet.* *Schannat.* Cod. prob. hiſt. Fuld. p. 133. Rogationes inſitae.

§. CVI.

Roborandi clauſula ſui fere ſemper ſimilis: *Et ut hoc noſtrae auctoritatis praeceptum inconuulſum et ſtabilem futuris temporibus obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmauimus, anulique noſtri impreſſione adſignari iuſſimus;* rarius *ſigillari.* Id loquuntur uetera monimenta Martenii. *Manu propria et anuli noſtri effigie ſubtus eam noluimus eſſe roborandum.* *Vghell.* T. V p. 266. *Manibus propriis ſubter eam firmauimus et ſigillo noſtro plumbeo muniri praecepimus.* Ib. T. IV p. 960. (ſi charta uera) *Magnitudinis noſtrae anulo cum roboratione ac manuum ſubter imprimere et munire ad durabilem ſtabilitatem iuſſimus.* *Dacher.* T. III p. 341. *Quod ut uerius credatur diligentiusque ab omnibus obſeruetur manu propria ſubter eam firmamus et anulino ſtri impreſſione adſignari iuſſimus.* *Gattula* acc. hiſt. Caſin. T. I p. 33. Clauſulae extremae.

§. CVII.

Formula Monogrammatis comes.

Monogramma haec comitatur formula: *signum Hlotharii serenissimi Augusti.* Infrequenter: *gloriosissimi, inuictissimi, piissimi Imp. uel Augusti.* Monogrammatis iusta species cernitur n. 1, quam negligunt characteres, a *Raslero* append. p. 36, a nobis n. 2 et *Guillim.* in episc. argent. p. 32, *Schilter.* ad Chron. Koenigshou. p. 529, in nostris n. 3 signati. Plures in uno alteroue apice deformes, uitio fortasse delineantium, indicauit *Baudis* cit. dissert. p. 26 sq. add. *Paullini* diss. histor. p. 6, ubi ex diplom. Corbeiensi et Ludouici et Hlotarii monogrammata in paucis normam fugientia reprae sentantur. In *Gattula* access. T. I p. 35 adscribitur quidem: *signum Hlotarii gloriosiss. Aug.* sed monogramma Ludouici appingitur.

2. Monogrammatum figurae.

§. CVIII.

Archicancellarii,

Cancellarios inuestigantibus obiicitur primus *Vitharius*, cuius uice recognouit *Meredo* a. 823 et 824. *Vghell.* T. V p. 266. *Ghuitardus ad uic. Vitgarii* a. 825 in *Murat.* T. III antiq. p. 577. *Remigius notar. ad uic. Virgarii signaui* a. XXVI siue a. 845. *Id.* t. V p. 974. In istis instrumentis, quae simul cum patre condidit, Cancellarii patris deprehenduntur, si excipias chartam *Schaten.* A. P. p. 117. A. 833 *Druttemirus subdiaconus atque Not. ad uic. Hermenfridi scr.* apud *Murator.* T. I antiq. p. 459; et iterum *Druggemirus sub Dei nutu* (subdiaconus atque) *Not. ad uic. Hermenredi* in marc. hisp. p. 770. a. 833. *Luithcasus ad uic. Ermenfredi rec.* *Murat.* T. V antiq. p. 531. Eod. a. *Luithardus notar. rec. et subscr.* Ib. p. 929. Eod. a. *Luithardus ad uic. Ermenfridi rec.* Ib. p. 977. Eod. anno *Protomus subdiac. atque Notar. scr.* *Vghell.* T. I p. 413. Postea Cancellarii munus subiit *Egilmarus*, Archiepiscopus Viennensis ad a. 845. Hic plures recognoscere iussit Notarios. *Druttemirus* rec. ad uic. *Egilmari* a. 834. *Murat.* c. l. T. I p. 1003 et ad uic. *Abumari* (Agilmari) a. 835. *Id.* T. II p. 61. *Druntemirus* a. eod. *Vghell.* T. IV p. 81. ad uic. *Algimari* a. 839. *Murat.* c. l. p. 579. *Druttemarus*

2. quos inter praecipui Egilmarus

Sub-

Subdiac. atque notarius ad uic. Egilmari rec. a. XVII. *Gattola* in acceſſ. ad hiſt. Caſin. P. I p. 33; et p. 34 ad uic. *Egismari* (Egilmari) *Dra - - - ius* (Dructemitus) *Subcancellarius atque not. ad uic. Egilmari.* a. 838. *Vghell.* T. II p. 202. *Altimarus Cancellarius* ſolus recogn. Ib. T. I p. 1112. *Drutemirus ſubdiac. protonotarius ad uic. Egilmari.* a. eod. *Baluz.* append. Capit. p. 1438. Poſt annum 840 quo in Chron. Farf. apud *du Cheſne* T. III p. 660 adhuc recognouit, non amplius conſpicitur Dructemirus. Ante dictum annum etiam *Veardus ſubdiac. ad uic. Agilmeoni* (Agilmari) rec. in *Vghell.* T. II p. 247. Ludouico P. e uita exeunte, alii a manu Agilmari fuerunt. A. XXI Ital. et I Franc. *Eichardus ad uic. Agilmari rec. Marten.* T. I uet. m. p. 98. et a. XXII apud *Raſsler.* app. p. 35. In *Gullimann.* reb. Heluet. L. III, p. 103 pro Eichardo *Richardus ad uic. Agilmari rec. Mabillon.* notas etiam illius chartae correxit. *du Cheſne* in hiſt. des *Chancelliers* p. 73 poſuit: *Tichamdus ad uic. Agilmari rec.* Incertum, an diutius uices Cancellarii ſuſtinuerit. Eodem anno I Franc. *Balſamius notar. rec.* ſolus in Marca hiſpan. p. 776, et *ego Remigius Notar. ad uic. Agilmari* in analect. monim. Flauiniac. ap. *Labb.* T. I MS. p. 270. *Blondell.* Genealog. Franc. p. 143 a. XXII. a. IV. *Remigius diac. ad uic. Ellimari. Mart.* T. I theſ. anecd. p. 35. *Remigius Notar. ad uic. Volmari rec. et ſubſcr.* a. 843. *Murat.* T. V antiq. p. 195. Recognouit adhuc ſub Hilduino. *Mabill.* R. D. p. 403 et a. VII. *Marten.* T. I, V. M. p. 114. A. XXII regn. Ital. *Georgius Notar. auctoritate Agilmari rec. Vghell.* T. IV p. 582. A. III Franc. *Firmandus Not. ad uic. Ailemari. Marten.* c. l. p. 101. Eod. anno *Ercamboldus not. ad uic. Eilmari.* Id. p. 102. *Ercamboldus not. ad uic. Agilmari rec.* a. XVIII regni VI et *Ercambold. regiae dignitatis tunc. rec.* VII Kal. Febr. a. Vind. VIII; item *Ego Luitharus not. ad uic. Agilmari rec.* D. XII Kal. Nou. a. Hloth. XVI in Franc. IV ind. VI. *du Cheſne* hiſt. des Chancel. p. 73. *Ego Aramboldus notar. ad uic. Agilmari rec. et ſubſcr.* a. XXIV *Menetr.* hiſt de Lyon preuv. p. 36. Ercamboldus notarii munus continuauit ad a. XXXVI h. e. obitum Lotharii. *Marten.* c. l. p. 139. Agilmarus Cancellarii officium tradidit Hilduino, Abbati S. q. et Hilduinus.

ti S. Dionyſii. *Aimoin.* L. V c. 10 appellat eum abbatem S. Vincent. et S. Germani; *du Cheſne* hiſt. Cancell. illum epiſcopum Verdun. fuiſſe negat, aliis affirmantibus. Hic ab a. XXV usque ad ſuprema Lotharii fata partes Cancellarii ornauit. Vſus eſt, praeter Remigium et Ercamboldum, quos uidimus, Notario in primis *Rotmundo*, per omne muneris ſui ſpatium. *Brodmundus not. ad uic. Hilduini* a. XXV, XXXIV et XXXVI. *Marten.* c. 1. p. 108, 138. *Sammarth.* Gall. Chr. t. IV p. 49 inſtr. *Rothmundus not. ad uic. Hilduini.* a. XXVI. *Heda* de ep. Vltraj. p. 52. *du Cheſne* hiſt. Cancell. p. 72 anno eod. *Frothmundus not. ad uic. Hilduini. Bradmundus not. ad uic. Haduini* a. XXX. *Herrgott.* hiſt. gen. Habsp. Vol. II p. 28. Ap. eumdem p. 26 et *Gullimann.* de ep. Arg. p. 32 legitur: *Rinaldus uicarius ad uic. Hildevuini Archicancell. noſtri rec. et confirmaui. Schilter.* in obſerv. ad Chron. Alſat. Koenigshou. obſ. VIII §. 10 p. 529 exſcripſit: *Rinaldus notarius*, omiſſo Archicancellario. *Sammarth.* G. Chr. t. V p. 464: *Rynodus notar. confirmaui.* In *Baluz.* append. Capit. p. 1458 ſe offert *Danibel notar. ad uic. Hilduini* a. XXIX. add. *Io. a Boſco* biblioth. Floriac. p. 51.

§. CVIIII.

Sigilla. Sigilli ſpecimen exhibet *Murator.* T. III Antiq. Ital. p. 93 ex charta Caſin. D. Nono Kal. Mart. a. imp. XVII ind. XIII in Papia ciuit. h. e. a. 835. A nobis repraeſentatur n. 1. Cum eo conſentit, quod *Schannat.* in uindic. Archiuii Fuldenſ. Tab. V, pinxit. Siſtitur nimirum effigies imperatoris barbata et lauro et paludamento decorata, cum epigraphe: † XPE *adiuua Hlotharium Aug.* uid. n. 2. Aliud prioribus haud diſſimile habet *Mabill.* R. D. Tab. XXX p. 403. Addit in explicatione huius chartae: *Ex archetypo Dionyſiano. Inſcriptio ſigilli non omnino integra, ex autographo coenobii S. Manſueti prope Tullum, ſuppletur hoc modo: XPE adiuua Hlotharium Aug. Vitiatae ſunt recentiori manu chronicae notae in hoc autographo, itidemque in aliis Dionyſianis, quales uulgauit Dubletus.*

tus. uid. n. 3. *Puricellus* monim. Ambroſ. p. 60 deſcribit ſigillum alba cera expreſſum et imaginem huius imperatoris referens, cum inſcriptione dicta. *Gattola* acceſſion. P. I p. 34 in diplomate a. XVII imaginem ſigillo impreſſam ad latus dextrum uergere atque inſcriptionem circa ſigillum eamdem eſſe cum caeteris, et p. 35 chartae allatae ſigillum cereum adeſſe teſtatur, quod poſterius aere expreſſit. uid. n. 4. *Schilter.* ad Chron. Alſat. Koenigshou. p. 529 in diplomate exhibito aliquas particulas cerae uiridis ſuper materiam duram e bitumine albo apparere ait. Teſte *Blondello* in Genealog. Franc. p. 143 bulla chartae a. XXII imp. addita in Archiuo Pariſienſi aſſeruatur, cuius inſcriptio: *XPE adiuua Hlotharium Aug.* *Aſteſatus* in difeſa di tre documenti antichi p. 199 edit. cum reſponſ. in Archiuo S. Iul. Brix. et S. Sixti Placent. ſe Diplomata ſigillis munita uidiſſe confirmat, quibus perigraphe: *XPE adiuua Hlotarium Aug.* *Murator.* T. III antiq. p. 79 in conſtitutione 28 Margarini T. II Bull. Caſſin. D. XVIII Kal. Ianuar. a. Imp. d. Hloth. pii Imp. ind. I ſigillum cereum conſpici tradit, cum effigie Lotharii et inſcriptione: *XPE adiuua Hlotharium Aug.* *Id.* T. V p. 279 antiq. ſigillum cereum ſine epigraphe a. 841 (quod uid. n. 5) chartae Aſiae Abbatiſſae S. Mariae Theodotae datae adnexum, delineat.

§. CX.

Nunc tabularum tempora nobis inueſtiganda ſunt. At quis non haereat in ſalebris? Poſt Ludouici patris obitum res multo planior; uerum quemadmodum imperii ſocietas, quam cum filio coiuit, rempublicam; ita et chartas turbauit uehementer. Vt taceam, quid notarii, quid errauerint typi. Exemplum praebent diplomata Dionyſiana huius Imperatoris, de quibus *Mabillon.* R. D. p. 224. Epocham huius Imperat. I *Mabillon.* c. l. p. 194 retulit cum aliis ad a. 817, quo III quidem Kal. Aug. imperii conſors factus. Firmatur per chartam monaſterii Deruenſ. *d. II Id. Febr. anno Chr. prop. XIV imperii domini Hludou. piiſſ. Aug. et Hlotharii X ind. V. Act. Aquisgr. pal. reg.* apud *Coint.* T. VIII a. 840 n. 58 et

Notae chronicae.

Epocha I ab a. 817 computatur.

tametsi non nisi anno DCCCXXII in eius possessionem uenit. *Petr. Franc. Chifletius* in historia Trenorchiensi rem paullo aliter componere conatur, cui tamen non assentitur *Cointius* T. VIII p. 623 n. 59. *Videntur consurgere*, inquit Chifletius, *anni regni eius Italici ab anno exeunte* 818 *uel ineunte* 819. *Nam in Lotharii tabulis anno imperii eius Italici excedunt semper uicenario solido annos regni eius Francici, cuius initium fuit a.* 839 *Vormatiae in comitiis regni ad* 3 *Kal. Iunias indictis, ut docent Annales Fuldenses et Bertiniani, male autem Metenses a.* 838. *Quod regni Francici initium confirmant indictiones nostris diplomatibus inscriptae. Ergo ante annos* 839 *solidis* 20 *annis Lotharius in Italia regnare coeperat, adeoque a.* 819, *non* 817. *A Bernardi regis siue excaecatione siue interitu uel potius a possessione regni adita in aliquo Italiae procerum conuentu (iam euaporato Bernardi sanguine, compressisque eius coniuratis, sub finem a.* 818 *uel ad a.* 819 *exordia) celebrato, Lotharii Regni Italici annos deducunt Cancellarii, quorum in huiusmodi computationibus summa fides est. Atque ex his uidere est, aliud fuisse Lotharium Imperatorem esse, aliud fuisse Italiae Regem.*

Cointius uero Lotharium annos regni Francici a Ludouici Patris obitu numerare coepisse existimat, idque uel ex eo constare, quod annum primum regni sui in Francia partim indictioni tertiae, partim indictioni quartae siue a. 840 et 841 illigauit. Lotharium compressis demum coniuratis Italiam obtinuisse non negat; suffragari tamen non potest annos Lotharii Regis in Italia computanti a possessione regni adita in aliquo Italiae procerum conuentu; sed annales habent nullum, neque ante a. 822 ad possessionem reipsa peruenit Lotharius. *Multo probabilius nobis uidetur*, pergit, *circa Italiam idem Lothario ac circa Baioariam Ludouico fratri contigisse. Ludouicus a.* 817 *Baioriae Rex appellatus est a patre; Baioariamque iussu eiusdem patris adiit a.* 825. *Inde Ludouici in Baioaria regnantis orta duplex epocha, prior ab a.* 817, *posterior ab a.* 825; *similiter a.* 820 *Lotharius Imperator a patre rex Italiae dictus est et ab eodem patre missus, in Italiam perrexit a.* 822. *Atque inde Lotharii Regis in Italia duplex eruitur epocha, prior ab a.* 820, *posterior ab a.* 822. Auctor responsorum ad censuras in dissertationem Italiae medii aeui *Cointio* non adstipulatur omnino. Ponitur, a. 820 a patre Lotharium Regem Italiae dictum esse; se id ipsum quaeritur. Conditiones Ludouici Germanici et Lotharii non erant si-

miles, licet uoces imperii et regni interdum commutari ſoleant. Verum a. 817 Bernardus adhuc Italiae Rex praerat, et, quia eodem anno Lotharius etiam Rex Italiae conſtituebatur, ſubintelligi debet conditio: ſi regnum uacaturum ſit; quod quidem paullo poſt contigit, ſed Lotharius, turbis ſedandis diſtrictus, ante a. 820 ſummam iurisdictionem non exercuit. *Aſteſatus* uero in epiſtola ſingulari demonſtrare laborauit, annum 817 Bernardi Italiae regis emortualem fuiſſe. Neque exempla deeſſe Anonymus putat, quibus huius epochae uſus iam ante Ludouici mortem monſtretur. Affert nimirum *Margarini* conſtit. 38, (ubi *Muratori* T. III antiq. p. 79 pro ind. XIV legit I; et in conſtit. 29 pro I ind. legit X.) 29 et 31 et Vghelli charas T. I p. 413, D. II Non. Oct. anno Chr. prop. 833 imp. d. Lotharii Imp. XIII ind. IV (XII) t. II p. 202, D. V Id. Nou. a. XVIII ind. I Act. Pap. ciuit. pal. reg. Ib. p. 247, D. XVI Kal. Sept. a. XIX ind. V. Actum Curte Auriolo pal. reg. t. III, p. 614, D. VI Kal. Nou. a. XIII ind. I act. Pap. ciuit. pal. reg. t. IV p. 80, D. Non. Kal. Febr. a. XII ind. XIII. Act. Papiae ciuit. ſed cum pleraeque huiusmodi chartae falſas aut corruptas notas ferant, quae inter ſe conciliari nequeunt, Mabillonius ab iis tutius forte ſe abſtinuit, atque hanc epocham a morte Ludouici demum ſtabilitam exiſtimauit. Vide, num hae quoque formulae huc pertineant: apud *Marcam* de Marc. hiſp. p. 770. D. XV Kal. Ian. a. Ludou. Imp. XX et Lotharii Aug. XIII ind. XI. Act. Gardina palat. Itemque actum Nonantulae III Non. Febr. a. XVIII ind. XV. *Mabill.* T. II A. B. p. 600. D. IV et pridie Non. Maii a. XIX ind. II Act. Pap. ciuit. pal. *Murator.* T. I antiq. p. 579 et 918. D. VI die Kal. Dec. a. imp. in Francia (in Ital. XIII ind. XII Act. Aq. pal. reg. *Id.* t. V p. 929. D. II Kal. Dec. a. Hlud XX Hloth. XIII ind. XI Act. Papia ciuit. pal. publ. Ib. p. 977. Idem auctor Anonymus epocham III petit ab a. 821, quo in comitiis Nouiomag. menſis Maii prior partitio regnorum roborabatur. Nititur aliquot documentis, quae infra ad a. XXX indicabimus. conf. *Murator.* T. I antiq. p. 509. Incidunt nempe in extremam partem a. 850, at notantur tamen a. X et XXX, licet iam die 20 Iunii annus X, per quem a. XXX, uti diximus, determinatur, elapſus fuerit. Quodſi igitur numeri ſeruari debent, epocha ad

Epocha III ab a. 821.

a. 821

a. 821 eſt proferenda; dum ne error ſe in notas inſinuauerit; plures uero tabulae deinceps afferendae annum 821 referre uidentur.

Frequentius annos computabat ab a. 822, quo in Italiam uenit; rarius ab a. 823, quo a Paſchale P. coronabatur d. V April. *Mabillon.* non amplectitur ſententiam *Comitis* opinantis, Lotharium epocham a. 823 non niſi poſt a. 829 adhibuiſſe. Obſeruat praeterea, multa inueniri diplomata ab anno DCCCXVII ad DCCCXXII ſolo Ludouici nomine confecta; quin etiam ab anno DCCCXXII reperiri haud pauca, quae incipiunt nomine Ludouici et Lotharii, tametſi in notis chronologicis ſola Ludouiciani imperii mentio fiat, et contra quaedam ſolo Ludouici uel Lotharii nomine edita, quae utriusque annos in fine exhibent. Documentis ipſis rem declarabimus: D. II Non. Iun. a. Chr. pr. imperii d. Ludouici ſereniſſ. Imp. X regnique Lotharii glorioſiſſ. Aug. III Ital. I ind. Actum Veronica uilla Vifredi comitis i. d. n. f. a. a. d. DCCCXXIII *Vghell.* T. V p. 266. Epocha IV ab a. 822 uel 823.

A. II D. III Non. Ian. a. XI imp. d. Ludou. piiſſ. Aug. Lotharii filii eius glorioſiſſ. regn. II ind. II a. DCCCXXIV. Act. Compendio pal. reg. *Vghell.* c. l.

A. III. D. II Kal. Iun. a. Lud. XII regnique Lothar. glor. Imperat. in Ital. III Act. Olonna pal. reg. (indict. IV non ſatis commoda) *Murator.* T. II P. II ſcr. p. 383.

A. IIII. D. XV Kal. Ian. a. XII imp. d. Hlud. et Hloth. IV ind. IV. Act. Aquisgr. *Calmet* hiſt. de Lorr. T. I preuv. p. 299. D. Aquisgr. a. XII et IV. *Marten.* T. I, V. M. p. 81. D. Kal. Aug. a. XIII imp. et a. IV ind. IV. Act. Cariſiaco palat. *Mabillon.* T. II ann. Bened. p. 498.

A. V. D. II Kal. Nou. a. XIII et V ind. IV. Act. Engilenheim. *Schannat.* T. II epiſc. Wormat. p. 4. D. VIII Kal. Iun. a. XIV imp. et V ind. V. Act. Tectis pal. reg. *Marten.* T. II, V. m. p. 24.

A. VI. D. IIII Id. Nou. a. XIV et VII ind. VI Act. Cariſiago pal. *Mabill.* R. D. L. VI n. 72. D. XI Kal. April. a. XV, VI ind. VI. Act. Aquisgr. *Id.* T. II A, B. p. 518.

A. VII. D. VI Kal. - - - a. XV et VII ind. VII. Act. Aquisgr. *Baluz.* T. II Capit. append. p. 1430. D. X Kal. Iul. a. XV, VII ind. VII. Chron. Farf. apud *Murator.* c. l. p. 382. D. III Id. Sept. a. XVI, VII ind. VII Act. Wormat. ciuit. publ. *Schannat.* ep. Wormat. T. II p. 5.

A. VIII. D. II Kal. Oct. a. XVI, VIII ind. VIII. Act. Triburini pal. *Hist. de Langued.* T. I preuv. p. 66. D. a. XVII, XI (XIII uel VIII) menſe Mart. ind. VIII. *Coint.* T. VIII ann. a. 830 §. 48. D. Id. Aug. a. XVII, VIII ind. VIII. Act. Salmontiaco pal. Ib. §. 27.

A. VIIII. D. III Id. Nou. a. XVII, VIIII. Act. Niumaga pal. reg. *Mabill.* T. II A.B. p. 534. D. XV Kal. Febr. a. XVII, VIIII ind. VIIII Act. Aquisgr. *Cointe* T. VIII ann. a. 831 n. 1.

A. XI. D. XVIII Kal. Febr. a. XX, XI ind. XI Act. Mantuae. *Vghell.* T. V p. 717. *Murator.* T. I antiq. p. 459. D. XV Kal. Mai. a. XXI imp. d. Hlud. regnique Hloth. in Ital. XI indict. XI Act. Papia ciuit. palat. publ. *Murat.* T. V antiq. p. 531.

A. XII. D. IX Kal. Febr. a. XII ind. XIII. Act. Papiae ciuit. *Vghell.* T. IV p. 80.

A. XV. D. pridie Non. Febr. a. XV ind. I Act. Olonna. *Coint.* a. 838 §. 12.

Tanta epocharum uarietate uexantur tabulae Lotharii ante a. 840 editae, quam uel ipſis rerum uicissitudinibus, uel Cancellariorum licentiae tribuas. Nobis non ſatis conſtat. Praeterea Epiſtola Agobardi in oper. p. 378, quae incoatur: *In nomine &c. Anno incarnationis eius* 833 - - *praeſidente ſereniſſimo et glorioſiſſimo Chlothario Imperatore et Chriſti Domini amatore quo protegente et adiuuante ſubter annexa diſpoſita ſunt anno Imperii primo menſe quarto*, auctori reſponſ. quem diximus epocham ab a. 833 trahendam ſuggerit; quemadmodum et a. 838, quo Pipinus Rex Aquitaniae deceſſit, diploma Granuallenſe illuſtrare debet d. VIII Kal. Sept. a. imp. d. Lotharii XII Pii Imp. in Italia XXX et in Francia X ind. XII. *Aſteſatus* in epiſtola p. 29 epocham non tantum figit in a. 839, quo Ludouicus P. in conuentu Vormat. regnum inter filios diuiſit, ſed et ſibi nouem Lotharii epochas ducit, nimirum ab a. 814,

Aliae annorum ſeries.

814, quae nondum chartis firmata; ab a. 817, 820, 821, 822, 823, 839, 840 et 843.

Documenta ad epoch. II spectantia a Ludouici obitu data.

Postquam Ludouicus Imp. e uita discesserat, Lotharius inde annos regni Francici numerare coepit, annos uero imperii in Italia ad secundam, de qua supra disputauimus, epocham retulit. Haud pauca documenta sunt in promtu:

A. XXI. D. VII Kal. Aug. a. imperii domni Hlotharii piissimi Imperatoris XII (XXI) ind. III. Act. Strazburg ciuitate. *Mabill.* a. XVI forte scribendus uidetur T. II Ann. Bened. p. 617. *Guillimann.* de R. Heluet. p. 103 ponit a. XI. *Astesatus* in epistola de epoch. Lothar. p. 29 numerat a. XII ab a. 843, quo fratres Franciam diuisserunt. In comitiis Ingelheim. restituitur Ebbo Archiepiscopus, docente edicto: Actum in Engilenheim palat. publico, in mense Iunio (potius Augusto) VIII Kal. Iul. (Septembr.) regnante et imperante domno Lothario Caesare anno reuersionis eius primo, successor factus patris in Francia ind. III. *Cointe* T. VIII h. a. §. 46. *Baluz.* T. II Capit. p. 342. Circa Francofurtum castra ponit. D. VI Id. Oct. a. imp. in Ital. XXI et in Francia I, ind. III. Act. Vern. palat. *Mabill.* c. l. alterum eiusd. diei (utut legatur tantum VI Oct.) apud *Marten.* T. I uet. monim. p. 98. D. die Iouis II Non. Dec. a. XXI, I. Act. Luciniaco uilla in comitatu Beluense. Anal. monim. Flauiniac. in *Labb.* t. I MS. p. 270. D. XVIII Kal. Ian. anno Chr. prop. imperii domni Lotharii pii Imperatoris in Ital. XXI et in Franc. I. Ind. III. Act. Caliniaco uilla comitatus Cabillonensis. Chron. Farf. apud *Murat.* T. II P. II p. 387. D. VIII Id. Febr. a. in Franc. I in Ital. XII ind. XIII. act. in Aquisgr. pal. reg. *Sammarth.* t. I Gall. Christ. instr. p. 107.

A. XXII. Mense April. Wormatiam uenit. Pascha Aquisgran. celebrat. D. VII Kal. Iul. praelium ad Fontanitum commissum. D. XIII Kal. Aug. a. XXII, II ind. IV. Act. Aquisgr. palat. *Murator.* T. V antiq. p. 279. D. II Kal. Aug. a. XXII, II ind. IV. Act. Aquisgr. pal. reg. *Schannat.* cod. prob. hist. Fuld. p. 132. D. XIII Kal. Sept. a. XXII, II ind. IV. Act. Moguntia ciuitate. *Id.* tradit. Fuld. p. 183. D. Kal. Sept. Act. Thermis uilla:

uilla pal. reg. a. XXII et II ind. VIII. *Lunig.* Cod. Ital. dipl. T. IV p. 1517. D. VII Id. Sept. a. XXII, II Gandulfo uilla pal. reg. et IV Id. Ian. a. XXII, II et Ludou. Imp. I. Cariſiaco. *Sigon.* de regno Ital. p. 298. D. XII Kal. Nou. a. XXII, II ind. IV. Bonoilo uilla. *Blondell.* Geneal. Franc. p. 143.

A. XXIII. D. Non. Febr. a. XXIII, III ind. V. Act. Aquisgr. pal. *Marten.* T. I c. I. p. 102. D. VIII Kal. Mart. a. XXIII Ludou. Aug. in Ital. III, Mantua pal. reg. *Sigon.* de regno Ital. p. 299. Ad Trecas Paſcha celebrat. Lugduni conſiſtit. Auguſta Treuerorum Theodonisuillam diſceſſit. D. II Id. Nouembr. a. XXII, (XXIII) III, ind. V. act. Theodonis pal. reg. *Marten.* p. 101. D. III Non. Dec. a. Klotharii glor. Aug. XXXIII et Hlud. filii eius piiſſ. Aug. in Ital. III a. dom. inc. DCCCLVIII ind. VI. act. Sonna pal. reg. *Vghell.* T. V p. 270; ſed *Aſteſat.* reiicit a. Chr. pro a. XXXIII ſubſtituit XXIII, et utriusque Imperatoris annos ab a. 840 numerat. D. Kal. Ian. a. XXIII, III. *Comte* T. VIII a. 843 §. 1.

A. XXIV. menſe Auguſt. fratres Virduni regna diuidunt. D. IIII Kal. Sept. a. XXIIII, IV ind. VI. act. Romarici monte. *Murat.* T. V antiq. p. 195. D. II Kal. Sept. a. XXIV, IV. ind. X (VI) act. Gundulfiuilla. *Vghell.* T. V p. 269. Duo praecepta d. XI Kal. Nou. a. XXIV, IV ind. VI. act. Aquisgr. pal. reg. *Baluz.* T. II Capit. p. 1441. D. XVIII Kal. Ianuar. a. XXIV, IV ind. VI. act. Duira pal. reg. *Meneſtr.* preuves de l' hiſt. de Lyon p. 36. D. XIII Kal. April. a. XXIV, IV ind. VII act. Aquisgr. *Marten.* c. II p. 103. D. XIV Kal. Mai. a. IV imperii. ib. *Id.* th. anecd. p. 35 T. I. D. VII Kal. Iun. a. XXIII, IV ind. VII. ib. *Mabill.* T. II A. B. p. 647. Act. Aquisgr. pal. III Id. Iun. a. XXIV, IV ind. VI. *Murator.* T. I antiq. It. p. 847.

A. XXV. D. III Id. Sept. a. XV (XXV) in Franc. V ind. VII act. Longolare pal. reg. *Mir.* T. I p. 337. Tres fratres conuenerunt Theodonis uillae. act. VI Id. Octobr. a. XXVI, VI ind. VI (potius VIII aut IX) act. Aquis pal. *Murat.* T. V antiq. p. 974. D. XIII Kal. Mart. a. XXV, V. ind. VIII. act. Aquisgr. pal. *Mart.*

T. I p. 108 et in *Papebroch.* propyl. n. 50; ubi initium et finis aere repraeſentantur.

A. XXVI. D. Id. Mai. a. XXVI, VI ind. VIII. (niſi rectior VIIII) act. publice in palat. reg. Argentoraco cum iremus in Italiam fel. amen. *Laguill.* hiſt. Alſat. prob. p. 4. Non profectus eſt hoc anno in Italiam, conſtituerat tantum. *Aſteſatus* in epiſtola p. 30 hic epocham ab a. 839 Maio exeunte aut initio Iunii ducit, quo Ludouicus P. in conuentu Vormatienſi Gallias inter filios diuiſit. D. Kal. Ianuar. a. XXVI, VI ind. VIIII. act. Aquisgr. pal. *Marten.* p. 113. D. XVII Kal. Febr. a. XXVI, VI, ind. VIII (VIIII) act. Aquisgr. *Mabill.* R. D. p. 197. *Aſteſatus* c. l. iterum ab a. 839 computat. D. XII Kal. April. a. XXVI, VI. act. Aquisgr. pal. reg. *Heda* de epiſc. Vltrai. p. 53.

A. XXVII. D. XV Kal. Sept. a. DCCCXLVI ind. VIIII a. XXVIII, VII. act. Gandulfi uilla in pal. reg. *Vghell.* T. IV p. 960. D. VIII Id. Dec. a. XXVII, VII ind. VIIII act. Flattana pal. reg. *Marten.* p. 114. Tres fratres menſe Febr. ſecus municipium Treiectum in loco qui dicitur Marſna conueniunt foedus icturi. *Baluz.* T. II capit. p. 42. D. Non. Mai. a. XXVII, VII ind. IX. act. Aquisgr. pal. reg. *Marten.* p. 115.

A. XXVIIII. D. III Id. Nou. a. IX, XXIX, ind. XI. act. Theodonisuilla pal. reg. *Baluz.* T. II Cap. p. 1458. D. XIII Kal. April. a. IX, XXIX ind. XI. act. Aquisgr. pal. reg. *Murator.* T. II antiq. p. 53. *Aſteſat.* c. l. ab a. 839.

A. XXX. D. VIII Kal. Sept. a. Chr. pr. imp. dom. Hlotharii pii (non XII, uti perperam exſcribebatur) Imperat. XXX, X, ind. XII. act. Romarici monte in pal. publ. *Pagi* crit. a. 821 n. 2. *Herrgott.* c. l. p. 28 et Vol. I p. 168 ſpecimen ſcripturae huius chartae ſiſtit. Auctor reſponſ. ad cenſ. in diſſ. Italiae medii aeui p. 213 ex eadem occaſionem arripuit, nouam epocham fingendi, ab a. 838, quo Pippinus Rex Aquitan. mortuus, repetitam. D. XV Kal. Nou. a. X, XXX ind. XIII. act. Gundulfi uilla. *Mabill.* T. III A. B. p. 8. A. incarn. DCCCL. ind. XIV (XIII) et Hlotharii atque Hludouici piiſſimorum Auguſtorum XXX

atque I in urbe Regia Ticino facta Synodus &c. *Harduin.* Concil. T. V p. 25. *Pagi* T. III p. 613.

A. XXXI. D. Kal. Iul. a. XXXI, XI ind. XIII. act. Coloniae ciuit. *Schannat.* Cod. prob. hist. Fuld. p. 133. Conuentus II trium fratrum ad Marsnam. D. XIII Kal. Maii a. XXXI, XI ind. XIV. act. Aquisgr. pal. reg. *Marten.* p. 126. D. XIII Kal. Iun. a. XXXI, XI ind. XIV. act. ib. *Id.* p. 127.

A. XXXII. D. VI Id. Sept. a. XXII (XXXII) XII, ind. IV (XIV) act. Gandulfi uilla. *Margarin.* Bullar. Casin. T II p. 26. D. eod. die ind. XV. act. ib. *Murator.* T. II antiquit. p. 27. D. pridie Id. Sept. a. XXXIII, XII ind. XV. act. uilla Gherniaco. *Mabill.* T. III A. B. p. 21, ex Io. Maria de *Mura* hist. Lugdun. p. 370.

A. XXXIII. D. VII Kal. Iul. a. XXXIII, XIII ind. XV. act. Aquisgr. *Id.* c. l.

A. XXXIIII. D. V Kal. Mart. a. XXXIIII, XIIII ind. I. act. Leodico uico publico. *Marten.* p. 129. D. V Non. Iul. a. XXXIIII, XIIII ind. I. act. Theodonis uilla pal. reg. Ap. *Eund.* duo praecepta p. 131, 132 et unum apud *Dacher.* T. III p. 340. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 49 instr. Lothar. et Carolus Mense Nouembr. ad Valentinianas conueniunt. *Baluz.* T. II p. 61.

A. XXXV. Lotharii et Caroli foedus *Id.* p. 71. D. VI Id. Iul. a. XXXV, XV ind. II. act. Manderfelt pal. reg. *Marten.* p. 133. D. V Kal. Febr. a. XXXV, XV ind. III. act. Aquisgr. pal. ib. p. 136.

A. XXXVI. D. VII Id. Iul. a. XXXVI, XVI ind. XVI. act. Nouo-castello. *Marten.* p. 138. D. XIII Kal. Oct. a. XXXVI, XVI ind. IIII. act. Sconilare palat. reg. *Marten.* p. 139. Obiit IV Kal. Oct.

Finem addit solennis clausula: *In Dei nomine feliciter amen.* In *Gattulae* access. hist. Casin. T. I p. 33 subiicitur iterum: *Lotharius gratia Dei Imperator Augustus.*

Plures codicillos e curia Lotharii manasse, tum rerum gestarum commentarii, tum filiorum aliorumque diplomata docent. Non-

Nonnullas tabulas typi mancas ediderunt. Sic exitus desideratur chartarum in *Marten.* t. I uet. scr. et mon. p. 104, 136.

§. CXI.

Nunc ad chartas degeneres. *Margarin.* in Bullar. Casin. T. II const. 28 p. 23 affert chartam Monasterio Brixiensi S. Iuliae datam, quae ita clauditur. *Signum † Hlotharii glorioſiſſ. Aug. ſignum † Hludouici glorioſiſſ. Aug. D. XVIII Kal. Ian. anno Chr. prop. imperii D. Hlotharii pii Imp. XVIII ind. XIV. Actum Maringo pal. regio.* ſed auctor diſſ. Chorographicae Ital. medii aeui T. X *Murator.* ſcript. p. 118 oſtendit, ſi ab a. 817 computatio inſtituatur, tum indictionem XIII aut XII ſignari debuiſſe; Ludouicum male poſt filium poni, eiusque annum imperii omitti, neque eo tempore Imperatores in Maringo palatio fuiſſe; nec argumentum chartae ueritati conſentaneum eſſe. Aduerſus hunc Anonymum, qui *Berettus* eſſe fertur, calamum ſtrinxit *Aſteſatus* in difeſa di tre documenti antichi dell' archiuio del real moniſtero di ſanta Giulia di Breſcia; ſed hanc defenſionem recudi fecit Anonymus, ſingulisque theſibus reſponſiones ſubiunxit, quas uocauit *parere d' un cittadino di Pauia.* Hoc diploma Lotharii San-Iulianum diſputatur a pag. 191; in reſponſione p. 200 ſq inueſtigantur epochae Lotharii. p. 213 alius libellus eiusdem archiui San-Iuliani arceſſitur, cuius exordium apud *Margarin.* c. l. conſt. 29: *Etſi fidelium noſtrorum precibus, ut deuotiores in noſtra exiſtant fidelitate acquieſcere oportet, multo magis dilectiſſimae atque amantiſſimae coniugi noſtrae Hermingardae uoluntati obtemperare oportet, quae iugali uinculo nobis ſociata eſt, conſorsque imperii effecta - - quia dulciſſima coniux noſtra Hermingardis deprecata eſt pietatem noſtram, ut ei filiaeque noſtrae Gislae confirmaremus edictum manſuetudinis noſtrae monaſterium conſtructum in honore Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti infra muros urbis Brixiae taliter, ut ſaepe dicta coniux noſtra dum aduiueret eumdem firmiter uſufructuaria uſu remota cuiuslibet contrarietate ordinaret atque diſponeret locum; poſt eius quoque diſceſſum praefata filia noſtra Gisla eumdem ſimiliter diſponeret atque gubernaret locum regulariter et ſecundum monaſticam diſciplinam - - ſignum † Hlotharii ſereniſſimi Aug. ſignum † Hludouici glorioſiſſ. Aug. Remigius Notar. ad uic. Hildoini rec. D. XVII Kal. April. | a Chr. prop. imp.*

Chartae ancipitis fidei. Monaſt. S. Iuliae Brixienſ.

2. Alterum diploma eiusd. monaſt.

imp. d. Hlothar. pii imperatoris in Italia XX et in Francia IX ind. I. Act. Aquisgrani palat. i. d. n. f. a. Aſteſatus hoc documentum non aſſignat cum Margarino a. 838, ſed a. 848. Menſis April. mutatur in Martium. Aſt anonymus ideo nouam epocham ab a. 828 ducendam exiſtimat; ſin ab a. 820, Lotharius a. 840 Aquisgrani non erat. Quod ad prius diploma attinet, Aſteſatus auctoritate autographi ind. XIV in I mutat; colligit annos ab a. 820, non ab a. 817, ſicuti anonymus, quem p. 229 offendit cognomen Pii Lothario tributum; forte legendum piiſſimi; ſi Ludouicus ſubſcriptus non fuit Pius, ſed filius Lotharii, quomodo iam a. 837 auguſtus dici poteſt? Aſteſatus p. 243 non quidem ſententia Panuinii nititur, qui patrem Ludouicum, filium Lotharium et nepotem Ludouicum una imperio praefuiſſe putauit; ſed eo, quod reges interdum ante coronationem imperatores uocabantur, et in epiſtola p. 32 neceſſe non eſſe arbitratur, ut Ludouicum ſolenni ritu Auguſtum declaratum eſſe ſciamus. Conſtit. 31 dicti Bullarii oculis auctoris diſſert. chorogr. undique falſa apparet. Hoc illius initium et argumentum: *In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti Dei aeterni. Hlotharius et Hludouicus diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti - - quia quondam amantiſſima coniux noſtra praedicti Hludouici auguſti genitrix Hermingardis dum adiuueret noſtram petiit celſitudinem, ut ei et filiae noſtrae Gislae in uita earum confirmaremus monaſterium, quod eſt conſtructum in honorem Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti infra muros Brixiae, ſicuti et feciſſe noſcimur; ſed ea de hac luce recedente, placuit nobis denuo auctoritatis noſtrae literis idem praeceptum renouare atque confirmare in nomine memoratae filiae noſtrae Gislae ſororis memorati Hludouici Auguſti - -* In calce legitur: *Et ut haec noſtrae confirmationis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat uigorem, manibus propriis ſubter eam firmauimus et anuli noſtri impreſſione muniri iuſſimus. Signum † Hlotharii ſereniſſ. Imper. Aug. ſignum † Hludouici glorioſiſſ. Imperatoris. Hrodmundus Notar. ad uic. Hilduini rec. Data VI Id. Sept. a. Chr. prop. domini Hlotharii Pii Imper. in Italia imp. XXII et in Francia XII indict. IV. actum Gandulfi uilla palatio regio.* i. d. n. f. a. Pluribus ſuas dubitandi rationes exſequitur anonymus contra defenſorem in reſponſis allegatis. p. 271 ſq. Ea tempeſtate a. ſcil. 841 Lotharius non erat in Italia, ſed in Francia bello diſtractus. Irmingardis pluribus adhuc annis poſthaec ſuperſtes. Verumta-

3. Tertium eiusd. monaſt.

rumtamen p. 275 defensor ex autographo numeros ita ordinat: a. imperii XXXII in Francia XII indict. XV. Sic charta respondet a. 851 ac toleranda uidetur. Idem Bullarium Casin. T. II const. 32 et *Vghell.* T. IV p. 960 diploma coenobii Bobiensis exhibent, quod auctori differt. Chorograph. in pluribus claudicare uidetur. En! formulas aliquas: - - *quia uir uenerabilis Hildeinus Archicancellarius noster dilectusque comes et abbas monasterii Ebobiensis - - suppliciter sublimitatem nostram petiit, quatenus comitatum Bobiensem cum suis iuribus, quem diuae memoriae dominus et auus noster Karolus augustus et felicissimae recordationis dominus et genitor noster Hludouicus Imperator eidem uenerabili loco per sua priuilegia concesserant et confirmauerant nostra auctoritate in praefato monasterio firmaremus. Eichardus Notar. ad uic. Agilmarii rec. Dat. XV Kal. Sept. anno ab inc. dom. DCCCXLVI ind. IX anno Chr. pr. imperii d. Hlotharii Imperat. in Italia XXVIII et in Francia XVII. Actum Gandulfi uilla in palat. reg. in Dei n. f. a.* Gandulfi uillam cum palatio nusquam legi, ait Anonymus. Notae Chronicae non conspirant. Obscurum, an Lotharius in Italia hoc anno fuerit. Datum est diploma Hilduino Abbati monasterii Ebobiensis Archicancellarii imperialis dignitate insignito. Hic igitur honoris caussa tantum Archicancellarius uocari uidetur, quia post Agilmarum hoc munere demum functus est. At enimuero Agilmarus a. 846 non amplius recognouisse cernitur. Praeterea inusitatam prorsus formulam continet charta: *cum rationibus uniuersis, quae dici uel nominari possunt, et quae nostri iuris ibi esse uidentur una cum mero et mixto imperio per hanc nostrae auctoritatis conscriptionem concedimus et confirmamus et de praedictis omnibus iure honorabilis feudi praefatum Abbatem et comitem per nostrum anulum inuestimus.* Et quamuis *Struu.* hist. iur. c. 8 §. 1 ex aliis chartis, praesertim Ludouici P. a. 824, feudi uocis usum concedat; illae tamen tabulae ipsaemet uitiis laborare censentur. §. LVII, 7. Neque haec uulgaria sunt: *manibus propriis subter eam firmauimus et sigillo nostro plumbeo muniri praecepimus. Mabill.* R. D. p. 108 conf. de hoc diplomate difesa di tre diplomati colle risposte p. 167, ubi in primis annus Christi adiectus excusatur. et p. 277 haec ad rem notantur: *Conche gli eruditi ponno esser certi, che la uoce di feudo anco nobile si è udita nel secolo IX e che similmente eran gli abbati Benedettini assunti all' onoreuole ufficio di Arcicancellieri imperiali. E tante mag-* 4. Tabulae coenob. Bobiens.

giorninte ſi rimuove il ſoſpetto concepitoſi dital carta, e' avendola riconoſciuta il conte Donato Silua Caualier peritiſſimo di caratteri antichi e della materia diplomatica, aſſicura i letterati, eſſere la carta genuina ed atteſta à ſocii palatini T. II p. 220 (VII) in fine: *eam nos ipſi in inſtructiſſimo Bobienſis monaſterii tabulario nuper uidimus, atque animaduertimus Italici regni annum prae ſe ferre XXVII (non 28) Francici uero VII (non 17) quod epochae poſt patris obitum ab eo uſurpatae, ut iam diximus, ad amuſſim conuenit.*

Inſignis editoris error, (qualem etiam p. 937 errauit, dum Carolo M. chartam a. 909 aſſignat, quae quantacumque eſt, in curia Caroli M. hoſpes) in *Mir.* T. II p. 940 occurrit, ubi charta a. 964 mon. Blandin. a Lothario rege data male Imperatori noſtro tribuitur. En! formulas alienas: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Lotharius ſuperna diſponente prouidentia Rex. Sign. dom. Lotharii gloriosiſſimi regis. Gezo Cancellarius ad uicem domni Adelrici Archicap. ſummique Cancellarii rec. et ſubſcr. D. VIII Kal. Mart. regnante dom. Lothar. a. X indict. VI. Act. Lucduni.* 5. mon. Blandin.

De charta Ernſtein. in *Laguille* hiſt. d' Alſace p. 19 ſupra §. C, 8 diximus. 6. mon. Ernſtein.

Notandum eſt inprimis diploma, quo Lotharius Corbeienſibus inſulam Rugiae tradidiſſe dicitur apud *Schaten.* Ann. Paderb. p. 126, quodque hi in concilio pacis Weſtphal. tamquam uerum adhuc uenditarunt. *Puffendorff.* de reb. geſt. Frider. Wilh. L. II §. 37. Sed quem fugiat fucus hodie? Ita uero ſe habet tabula: *In nomine domini ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti. Lotharius diuina ordinante prouidentia I. A. - - eccleſiae, cui nunc praeeſt dilectus et propinquus noſter Abbas Warinus, in proprietatem tradidimus Rugaeen inſulae Slauos cum tota terra eiusdem inſulae - - ipſorum rege nomine Geſtimulo cum nonnullis maioribus et aliis quam plurimis illius gentis peremto - - Signum Lotharii ſereniſſ. Imp. Remigius Not. ad uic. Agilmari rec. D. XIII Kal. April. a. Chr. prop. imperii d. Lotharii imper. in Ital. XXII ind. VII Act. Aquisgr. pal. reg. in dei nom. amen.* 7. Corbeienſ.

Enimuero Ludouicus Germanicus, non Lotharius Slauos perdomuit eorumque regem Gozzomulum peremit. *Eccardus* ideo T. II rer. Fr. orient. p. 377 hanc donationem tribuere uult Ludouico, ac teſtatur, autographum huius praecepti Archiuo Corbeienſi non amplius adeſſe; nec tamen illud nouitium putat, cum Annales Quedlinburg. et Corbeienſ. ipſius rei mentionem

tionem faciant, quamquam pro Lothario Ludouicus reponendus uideatur. cf. *Hahn.* Reichs-Hiſt. P. I p. 175.

Aberrat longe a norma diploma *Lunig.* in T. I Cod. Ital. p. 2489, quo iura ſua in ciuitatem Tergeſtinam epiſcopo Tergeſtino donaſſe fertur Lotharius. Suis hiſce formulis cadet charta: 8. epiſc. Tergeſtin.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Lotharius diuina fauente clementia Rex - - cognoſcat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem camerae noſtrae et medietatem praedictae eccleſiae atque eidem Ioanni uenerabili epiſcopo, dilecto fideli noſtro, ſuisque ſucceſſoribus, inſuper cum Iuda et Saphira in aeterno iudicio habeant portionem; quae ut uerius credatur, diligentiusque obſeruetur ab omnibus manu propria roborantes, annulo noſtro ſubter inſigniri iuſſimus. Odoricus regis Vicecancellarius. Brunimcus epiſcopus ac Vicecancellarius recognouit. Dat. VIII Auguſti a. dom. incarnat DCCCXLVIII regni uero domini Lotharii regis XVIII indict. tertia. Actum Papiae feliciter.

Ib. T. IV p. 1517 priuilegium Duci Venetiarum indultum ſiſtitur, ſed inuocatione et titulo deſtitutum. Poſt exordium legimus, *quia Petrus Dux et ſpatarius Veneticorum per Euberardum fidelem comitem noſtrum ac per miſſum ſuum Patricium nomine, ut noſtram deprecatus eſt, maieſtatem, ut ex rebus ſui ducatus, quae infra ditionem imperii noſtri conſiſtere noſcuntur confirmationis noſtrae praeceptum fieri iuberemus, per quod ipſe ac patriarcha, pontifices et populi illi ſubiecti ſibi debitas res abſque cuiusdam contrarietate ſeu refragatione retinere quiuiſſent, quemadmodum temporibus aui noſtri Caroli per decretum cum Graecis ſancitum poſſederunt - - ſignum. Klotarii ſereniſſimi Auguſti. Crombaldus* (Erkambaldus) *Notarius. Dat. Kal. Sept. a. Chr. propit. imp. dom. Lotarii piiſſ. Aug. in Italia XXII in Francia II ind. VIII. Actum Thermis uilla pal. regio i. d. n. amen felic.* At Venetiam Lothario Imp. paruiſſe, ex nummis et aliunde conſtat. 9. Duc. Venetiar.

§. CXII.

Paucis de Lotharii filiis agamus. Ludouicum Imp. referemus capiti ſequenti. Nunc de Lothario et Carolo. Lotharius hereditario iure regnum cum ſuo tum patris nomine appellatum; Friſiam a patre uiuente acceperat. Multa ipſi Normanni negotia pro more faceſſebant. Vxorem duxit Thietbergam, ſororem Hucberti, De diplomatibus Lotharii filiorum, Lotharii

berti, qui Dux erat et Abbas, nulli ſubiectus epiſcopo, non uno ſcelere contaminatus. Lotharius deinde amore Waldradae concubinae captus hanc Thietbergam repudiauit, eoque ſibi totam uitam moleſtam reddidit. Nam licet tria Aquisgrani concilia cogerentur, atque Thietberga nefandorum criminum damnaretur, ut Rex Waldradam iure ſuo ac publice ſibi iungeret; Nicolaus tamen P. id haudquaquam permittere uoluit, et quia patres concilii Metenſis a. 863 conuocati regi diſplicere nolebant, iſte decreta eorum irrita fecit, Thietgaudum et Guntharium Archiepiſcopos, aliosque proſcripſit. Adrianus P. Nicolai ſucceſſor ſe mitiorem quidem Lothario praebuit, quapropter hic ipſe Romam profectus eſt, ut pontificis gratiam prorſus ſibi conciliaret; ſed inde regreſſus morbo corripitur et Placentiae a. 869 diem ſuum obit. Diplomata eius huncce ſtilum prae ſe ferunt. Formula initialis ſemper fere ita ſe habet: *In nomine omnipotentis Dei et ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hlotharius diuina praeueniente clementia Rex.* Argumenta documentorum paternis haud ſunt diſſimilia. Munificus erat praecipue in mon. Prumienſe, cui mercatum quoque et monetam conceſſit. *Marten.* T. I uet. mon. p. 143, 158, 172 ſq. Apud *Hedam* p. 57 charta traditionis reperitur, cum aliqua praefatione: *quia ex relatu Guntharii ſacri palatii noſtri ſummi capellani et Hungarii uenerabilium epiſcoporum didicimus, quod Traiectenſis eccleſia - - barbarica imminente nequitia pene deſtructa et ad nihilum redacta ſit, canonicique - - quidam diſperſi, quidam etiam interemti ſunt - - deprecati ſunt celſitudinem noſtram, ut memoratae ſanctae ſedi intra regnum noſtrum quietum et pacificum locum ad conſolationem et refugium Canonicorum tribueremus. Quorum ſaluberrimis et ſinceriſſimis ſuggeſtionibus pro amore domini protectoris noſtri ob emolumentum etiam ac remedium animae aui noſtri Ludouici et piae memoriae genitoris noſtri Lotharii quondam Auguſtorum nec non genitricis noſtrae Hermingardae ſeu pro ſalute noſtra regni ſtabilitate libentiſſimum praebentes aſſenſum - - monaſterium Bergk tradimus.* In *Mabill.* R. D. p. 533 reſtitnit epiſcopo Tullenſi abbatiam S. Apri: *quia domnus et genitor noſter piae recordationis Hlotharius quondam piiſſimus Auguſtus nuper ob minorationem regni carens ubi uel unde ſuorum fidelium deuotiſſimum famulatum remuneraret, ab eccleſia S. Stephani urgente indigentia cellulam S. Apri glorioſi confeſſoris ſitam iuxta Leucorum oppidum, quae ibidem iam olim famu-*

famulabatur, accipiens, fidelibusque ſuis iure beneficiali praebuerit, ſed cum praeſentem aeuum otius ſe crederet tranſiturum, motus diuino timore pariter et amore reſtituit. In *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 131 eccleſiae Lingon. uillam Ambiliac. reddit. Apud *Lunig.* ſpicil. eccl. P. III p. 784 pro mon. Stabul. chartam concinnat: *praeterea roboramus, ut uilla uocabulo Wathinio, quam Vuigfridus miniſterialis noſter iure beneficiario obtinet iliico, ut ei a noſtra munificentia in quolibet loco fuerit recompenſata uel ipſe prius ſi exceſſerit humanis ad dominium eorum ſub integro reuertatur.* *Baluz.* T. II Miſcell. p. 149: *propter deuotiſſimam famulationem Remigii Lugdun. eccleſiae reuerentiſſimi archiepiſcopi reſtituimus uillas -- quas pridem bonae memoriae Karolus glorioſus rex germanus noſter praefatae eccleſiae iuſta ratione ſua regali auctoritate reformauerat, ſed nos poſtmodum pro quadam neceſſitate illas in beneficium contuleramus.* *Murator.* T. II Antiq. p. 121: *quia placuit largitati noſtrae celſitudinis Teotbergae dilectiſſimae noſtrae quasdam res noſtrae proprietatis ad proprium conferremus.* *Menetr.* hiſt. de Lyon preuv. p. 36: *dum ad monaſterium quod eſt in uenerationc b. Petri principis apoſtolorum inter Araxim et Rhodanum in burgo Lugdunenſi orationis cauſſa deueniſſemus dignum duximus ob amorem Dei et emolumentum animae genitoris noſtri ac genitricis, nec non dilecti fratris noſtri Imperatoris fratris etiam noſtri Karoli quondam pieſſimi regis, cuius uidem corpus ſepulturae traditum eſt -- res quasdam proprietatis noſtrae -- inter ingenuales et ſeruiles manſi triginta quinque cum omnibus rebus et mancipiis -- ad remunerationem praefatorum piiſſimorum principum atque ſaluationem amantiſſimae coniugis noſtrae Waldradae et filii noſtri Hugonis.* Videamus ſubſcriptiones. Clauſula indicationis frequentiſſima: *Signum Lotharii glorioſi regis, ſiue glorioſiſſimi.* Epocha deriuatur ab anno Lotharii patris emortuali 855. Addamus formulis Cancellarios.

A. I. Ercamboldus Not. rec. D. III Id. Februar. a. Chr. prop. regni d. noſtri Hlotharii regis I, ind. IV act. Aquisgr. pal. reg. i. d. n. f. a. *Marten.* T. I, V. M. p. 143. Hrodmund. Not. rec. D. Id. Febr. a. I ind. IV act. ib. *Lunig.* ſp. eccl. T. III Contin. p. 1099. Erkamboldus regiae dignitatis Not. rec. D. IV Kal. Iul. a. I ind. IV act. Neomaga pal. reg. *Marten.* c. l. p. 145. Hrothmund. Not. rec. D. V Id. Nou. a. I ind. IV act. Aquisgr. pal. reg. *Mir.* T. I p. 646.

A. III. Daniel Not. rec. ſcripſi et ſubſcripſi. D. IV Non. Ianuar. a. III ind. VI act. Prumia monaſterio. *Heda* de ep. Vltra-

ieſt. p. 57. Ercamboldus regiae dignitatis Cancellarius rec. et ſubſcr. D. VIII Id. Aug. a. III ind. VI act. Mettis ciuit. *Mabill.* R. D. p. 533, qui teſtatur ſigillum eſſe integerrimum, exhibens uultum ad dextram more ſolito conuerſum, cum hac inſcriptione: ✝ XPE *adiuua Hlotharium regem.*

A. IIII. Ego Amboldus regiae dignitatis Cancellarius recogn. et D. XV Kal. Iul. a. IIII ind. VII. Act. Gurdulfi uilla pal. reg. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 132.

A. VI. Rotmund. Not. rec. et ſcr. D. V Kal. Aug. a. VI ind. IX act. Aquisgr. pal. reg. *Marten.* c. l. p. 158.

A. VII. Rodmund. Not. ad uic. Ercanboldi rec. D. Id. April. a. VII ind. XI. Act. Nouo caſtro in Pago Lecchenſi. *Lunig.* ſp. eccl. T. III p. 784 ſq.

A. VIII. D. XV Kal. Iun. anno Chr. pr. regni d. Hlot. glorioſi regis octauo ind. XII. Act. in ciuit. Lugduni. *Menetrier.* hiſt. de Lyon preuv. p. 36. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 4 inſtr.

A. VIIII. Ercambold. Not. rec. D. XII Kal. Iun. Aquisgr. pal. ind. XII a. VIIII. *Marten.* c. l. p. 172.

A. X. Erkamboldus regiae dignitatis archicancellarius rec. D. Non. Martii a. X ind. XIII Act. Aquisgr. pal. reg. Ib. p. 174.

A. XI. Berlandus Not. ad uic. Grimlandi rec. D. XVI Kal. Febr. a. XI ind. XV. Act. Aquisgr. pal. Ib. p. 176. Hrodmund. Not. ad uic. Grimblandi rec. eod. die. *Murator.* antiq. T. II p. 121.

A. XII. Grimlandus regiae dignitatis Cancellarius rec. D. XIII Kal. Febr. a. XII ind. XV. Act. ib. *Marten.* c. l. p. 177. Ego Grimlandus ad uic. Aduencii Archicapellani rec. D. Met. ciuit. XVII Kal. Mai. a. d. inc. DCCCLXVIII ind. I a. XII. *Papebr.* in propyl. n. 33 hanc chartam ut uerum exemplum propoſuit, et initium: *In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti* et finem cum ſigillo, (quod inter noſtra n. 6 exhibet) in tab. III oculis ſubiecit. At *Mabill.* R. D. p. 221 de integritate huius documenti tum ob ſcripturam, tum ob ſtilum et ſigillum dubitat.

2. et Caroli. De Carolo, filio Lotharii natu minimo, pauca commemoranda ſunt. Ex paterno regno acquiſiuit regnum Prouinciae et ducatum

tum Lugdunenſem et partem Burgundiae; Lotharius frater duos epiſcopatus ſub hac lege addebat, ut Caroli heres eſſet; qui uitam iam 863 exuit. *Baluz.* T. II Cap. p. 1465 ſq. tres chartas huius regis profert, quamquam prima ſtilo Caroli Calui magis conuenire uideatur. Priores archiep. Viennenſi; tertia Gerardo comiti, datae ſunt. Has formulas continent: *In nomine ſanctae et individuae trinitatis Rex. Karolus gratia Dei Rex.* Sign. Karoli glorioſiſſimi regis. D. VIIII Kal. Dec. regnante glorioſiſſimo rege a. III ind. IV in uilla Theorinſthe i. d. n. f. a. In nomine domini noſtri IEſu Chriſti Dei aeterni. Karolus diuina ordinante prouidentia rex quondam Hlotarii piiſſimi Auguſti et incliti filius. Sign. Karoli Reg. Bertraus Cancellarius rec. D. XVII Kal. Febr. a. III regni d. noſtri Karoli glorioſiſſ. reg. ind. VI. Act. in Mantelo uilla i. d. n. f. a. p. 1468 recurrit prior inuocatio. Karolus diuina ordinante prouidentia Rex Hlotarii quondam incliti et Aug. filius. Sign. Kar. reg. glorioſi. Deidonus Not. ad uic. Heicardi rec. In *Sammarth.* t. I G. Chr. p. 148 inſtr. talis formula: In nomine omnipotentis Dei et ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti. Carolus diuinae prouidentiae clementia Rex. Signum piiſſimi domini Caroli glorioſi regis. Grim --- cius regiae dignitatis comerius recognouit. Dat. XVIII Cal. April. a. XIII ind. XI. Datum Vaſione in Dei nom. fel. amen. conf. *Guichenon.* hiſt. de Provence t. I p. 729. *Menetrier.* hiſt. de Lyon p. 34 ſq. plures nobiſcum communicat tabulas, quas hae formulae comitantur: In nomine domini noſtri I. C. Dei aeterni. Karolus diuina ordinante prouidentia rex Hlotharii piiſſimi Auguſti filius. Deidonus Notar. rec. et ſubſcr. D. VI Id. Oct. a. II regnante dom. noſtro Karolo glorioſo rege ind. V. Actum Stamiatis palat. i. d. n. f. a. Karolus diu. ord. prouid. rex piiſſimi quondam Hlothari Aug. et inclyti filius. Signum Karoli glorioſi regis. Aurelianus Notarius ad uicem Bertraui rec. et ſubſcr. D. II Id. Iul. a. Chr. pr. regni dom. n. Kar. glorioſiſſimi regis V ind. IX act. Mantala publice. Item: D. XI Kal. Sept. a. V ind. IX. Act. Mantala i. d. n. f. *Menetrier* hanc notam ſubiungit: *le ſceau de cette carte eſt de cire blanche repreſentant l' image du prince ſans barbe avec cette inſcription autour: Chriſte protege Carolum regem.* Nonnumquam huius regis et Caroli Calui tabulae inter ſe perperam commutantur.

Mabill. R. D. p. 84.

Cap. V.

De diplomatibus Ludouici II Imperat.

§. CXIII.

Inuocatio diuini Numinis.

INitialem formulam patris: *In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti DEI aeterni*, imitatur Ludouicus in chartis quamplurimis. Interdum placuit: *In nomine domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti.* Chron. Vulturn. ap. *du Cheſne* p. 689. *Vghell.* T. II p. 249. *Mabill.* R. D. p. 542. *Murator.* T. I antiq. p. 569. Interdum: *In nomine ſanctae et individuae trinitatis. Vghell.* t. II p. 528; t. IV, p. 337. *Bal.* T. II Cap. p. 1469. His auſpiciis etiam incipit Capitulare a. 854 apud *Eund.* p. 347. Capitulis a. 855 p. 355 praemittitur: *In nomine Dei omnipotentis.* Placitum Piſis habitum hunc oſtendit introitum in *Murat.* T. III antiq. p. 1033: *Dum in Dei nomine ad poteſtate piiſſimi domini Hludouici Imperatoris partibus Tuſcie directi fuiſſent Ioannes et Ildiprandus, uaſſi Imperiales &c.* Donatio Warti alicuius uaſſi Imperat. ita incoatur: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti. Domnus Imperator Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus anno imperii eorum XXXIV tertiodecimo Kalendas Nouembr. ind. X - - -* finitur: *cum ſtipulacione ſubnixa et bergamina cum atramentario de terra leuaui. Andrea Notarius tradidit ſcribere rogaui, in qua ſubter confirmaui, teſtibusque obtulit roborandum. Actum in ciuitate Mantua in palacio. Murator.* T. II antiq. p. 245.

§. CXIIII.

Inſcriptio nominis Imp. cum titulis.

Neque in inſcriptione patris et aui loquendi ritum ſpreuit; ſcil. legitur: *Hludowicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus*, nonnumquam: *ordinante* uel *fauente clementia* Haud raro tamen ſcribi uoluit: *Hludouicus gratia Dei Imp. Aug.* teſtibus chartis Margarinianis,

ſi

ſi unam demas; Item *Muraior.* T. V antiq. p. 279. aliquando, eoque inprimis tempore, quo cum patre imperabat, addebatur: *inuictiſſimi Domini Imperatoris Hlotharii filius.* *Vghell.* T. I p. 1427; t. II, 249; t. IV, 583; t. V, 718, 270; *Murator.* antiq. T. I p. 925; t. II, 25; t. III, 170. *Camp.* hiſt. eccl. Placent. P. I p. 457. Inſueta, ſi ſana, dedit *Vghell.* T. IV p. 337: *Ludouicus diuina clementia Imp. Aug.* et T. II p. 528: *Ludouicus diuina fauente clementia Rex.*

§. CXV.

Ad exordia iam notis uſus eſt argumentis. *Quicquid famulorum Chriſti uſibus Deo inſpirante largimur, illi profecto damus, a quo bonum omne ſuſcepimus.* *Dacher.* T. II p. 931. *Quod dabitur, ſicut dominus dicit, pre une quidem inquit munere quisque centuplum accipiet et inſuper quod melius eſt, uitam aeternam poſſidebit; proinde nos Ludouicus gratia Dei ſuperna &c.* *Id.* T. IV p. 337; ſed haec charta plane negligit ſtilum curiae Ludouici. *Margarin.* T. II bull. Caſin. c. 34: *dignum eſt, ut celſitudo imperialis cum omnium fidelium ſuorum uota libenti perfecit ſtudio, ſpecialius eorum petitiones peragat, cui ei arctius noſcuntur adſtricti.* *Murator.* T. I antiq. p. 935: *Imperialis munificentia ſi omnibus iuſte petentibus debet eſſe larga, multo amplius his, qui familiarius ſibi adſiſtunt.* *Ib.* T. II p. 117 literas dotalitias ita orſus eſt: *Conſtat itaque mundanorum nobilium ordo et maxima inſignium riuus, ut quisquis ſibi legitimo tramite uxorem maluerit ſociari et nubendi copulam honeſto decore ſortiri, mores ueterum ſequens talibus ſe erga gratioſiſſimos nuptiarum affectus ornet munificentiis, ut ea, quae egerit et Deo placita et futura per tempora humano iuri ſolide rata ſtabilitate conſiſtant. Quod ius adeo ſuis decentiis incrementum ſumpſit, ut non ſolum nobilitas magnorum uirorum, ſed etiam regum et Imperatorum ſublimitas huiuscemodi uſibus atque negotiis effectum praebere non ſpreuerit.*

Fontes exordiorum pietas, munus Imperat.

2. Prooemium tabularum dotalium.

§. CXVI.

Promulgatio more receptо uel titulo Imperatoris uel exordio ſubiungitur. *Omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus et comitibus, caſtaldis, ſiue miſſis diſcurrentibus praeſentibus et futuris.* *Vghell.* T. II p. 97. *Omnibus comitibus, miſſis, procuratoribus ceterisque miniſtris reipublicae noſtrisque fidelibus praeſentibus et futuris.* Chron. Farf. apud *Murat.* T. II P. II p. 399

Formulae promulgandi.

Ideoque omnium ſanctae Dei eccleſiae noſtrorumque fidelium praeſentium ſcil. ac futurorum cognoſcat unanimitas. Chron. Caſaur. ap. *Dacher.* T. II p. 931. *omnibus fidelibus ſanctae Dei eccleſiae noſtrorumque preſentium ac futurorum nouerit deuotio.* *Gattul.* acc. T. I p. 38. *comperiat induſtria,* p. 41, nullo praemiſſo exordio. *Margarin.* T. II c. 36: *omnibus fidelibus noſtris in partibus Langobardiae, Romaniae ſiue Beneuento atque Tuſcia nec non Venetia conſiſtentibus.*

§. CXVII.

Compellationes honorificae.

Quod ad titulos compellandi attinet, Ludouicus ſibi *celſitudinem, ſerenitatis celſitudinem, celſitudinis excellentiam, ſerenitatem maieſtatis, clemcntiam &c.* tribuit. Mentionem facit *domini et genitoris ſui Lotharii praeſtantiſſimi Imperatoris* uel *excellentiſſimi, auguſtalium diuae memoriae proaui praeceptorum.* *Vghell.* t. I, 1427 ſq. t. V, 718. *piae recordationis Hludouicus auus noſter praeſtantiſſimus Imperator ac domnus et genitor noſter Hlotarius ſereniſſimus Auguſtus* deprehenditur apud *Murator.* T. I antiq. p. 925. In *Margarin.* T. II c. 38: *detulit obtutibus noſtris praeceptiones et priuilegia regum Langobardorum i. e. Agibaſi, Adiualdi, Grimoaldi, Chuniperti, Luitprandi, Ratchiſii, Haiſtulfi et Deſiderii, - - ſed et memoriae diuinae auctoritatis ataui noſtri Caroli auguſti ſimulque aui Ludouici atque auguſti et feliciſſimae recordationis domini genitorisque noſtri Lotharii Imperatoris &c. Hugo nobiliſſimus comes et cariſſimus propinquus noſter* in *Baluz.* T. II Capit. p. 1471. *Murator.* T. I antiq. p. 569: *Rutcherus quondam fidelis uaſſus et miniſterialis noſter &c.* *Vghell.* T. V p. 39: *per Euardum III comitem dilectumque compatrem imperatoris.* Perquam uero familiaris eſt tabulis Imperatrix Angilberga. *Puricell.* mon. Ambr. p. 102: *eo quod Angilberga dilectiſſima coniux noſtra et conſors imperii ſuggeſſit maieſtati* noſtrae. *Gattula* acceſſ. T. I p. 38: *nec non conſultu et interuentu Ingelbergae dilectiſſimae coniugis noſtrae.* *Murator.* T. I antiq. p. 569: *qualiter Andelberga dilectiſſima coniux et conſors imperii noſtri expetiuit clementiam noſtram &c.* p. 935: *quoniam amantiſſima coniux noſtra Angilberga Imperatrix Auguſta &c.* *Id.* T. II p. 117 literas tradit, quibus Imperatrici dos conſtituitur:

Memoria patris et propinquorum;

Angilbergae auguſtae.

Eiusdem literae dotales.

morem

morem anteceſſorum noſtrorum pitiſſimorum Imperatorum ſequentes una per conſenſum et uoluntatem noſtrorum optimatum hanc dilectiſſimam ſponſam noſtram Angilbergam nomine iuxta legem Francorum dotamus et eam domino auxiliante ad culmen noſtrae ſublimitatis uxorem praeſentialiter usque perducere diſponimus. - - Damus igitur tibi amantiſſimae ſponſae noſtrae Angilbergae dotalicio nomine curtem iuris noſtri, quae dicitur Campomiliacio cum omnibus adiacentiis ſuis - - nec non et curtem quae dicitur curtis noua - - in integrum et de noſtro iure et dominatione in ius et dominationem tuam cedimus atque transfundimus, ut ab hodierna die et deinceps habeas, teneas, et poſſideas et quicquid inde facere tibi libuerit liberam et firmiſſimam poteſtatem faciendi potiaris &c. Apud *Eumd.* plures Angilbergae gratia datae tabulae inueniuntur. T. I p. 933 permittitur ei libera de rebus ſuis diſponendi poteſtas: *ob diuinum amorem et mutuae dilectionis affectum Angilbergae dilectiſſimae coniugi noſtrae ac conſorti noſtri imperii concedimus et largimur de ſuis propriis rebus tam noſtra ſibi liberalitate donatis, quam alio quolibet contractu iuſte ac legaliter adquiſitis quomodocunque et qualitercunque diſponendi et ordinandi liberam facultatem.* T. II p. 119: *aeternaliter confirmaſſe ſub perpetua dominatione dilectae coniugi noſtrae cariſſimae ſcil. Auguſtae Angilbergae* (curtes Sexti, Leocarni et Atticiani) *cum omnibus appendiciis et pertinentiis earum, cum familia diuerſi ſexus et aetatis, cum uniuerſis rebus intrinſecus et extrinſecus tam mobilibus integriter quamque et immobilibus ad easdem cortes reſpicientibus maſſariciis, aldionaticiis, libellariis, iudiciariis, conditionariis, uicarialibus, alpibus, piſcariis ubicunque et quantumcunque ex antiquo eorumdem dominio conſuetudinario more pertinuiſſe dinoſcitur, omnia et in omnibus iam dictae Auguſtae amabili coniugi noſtrae ex hoc nunc et in poſterum mancipamus ac ſtabilimus iure proprietario habendas, tenendas, poſſidendas et fruendas ac dominandas et quicquid exinde elegerit et uoluerit ſibique placuerit in uita et poſt mortem in omnibus perpetuam habeat poteſtatem faciendi,* p. 241 mittitur in poſſeſſionem curtis Guardiſtalla: *qualiter Walpertus Motinenſe eccleſie epiſcopus et miſſus domni Imperatoris ueniens Wardeſtalla, habens exemplar preceptι domni Imperatoris, quem ob multimode dilectionis auguſte Inghelbergae iure proprietario domno Imperator predicta cortem - - perpetualiter habendum conceſſerat - - Wolpertus epiſcopus ex iuſſionem domni Imperatoris a parte domne Ingebergbe Auguſte Petrum iuris eius famulum et miniſtrum uicem eiusdem Auguſte per columnam de domo eiusdem*

Aliis numeribus ornatur.

eiusdem curtis iam fatum Petrum reuestiuit iure proprietario sicut in eamdem continebatur exemplar. p. 453 confirmatur permutatio: *super haec concedimus illi donamus ac stabilimus ubicumque uoluerit infra ipsam urbem Placentinam uel circum publicas stratas ad sui monasterii fines dilatandos atque muniendos immutare; adiungentes ipsi ex nostro et in perpetuum largientes omne muri ipsius ciuitatis intrinsecus et extrinsecus uallum a fundamentis usque ad pinnas murorum, quantum protendit a Porta Mediolanensi usque ad posterulam subsequentem; sed uniuersas in circuitu murorum et antemuralium, turrium quoque et portarum ac posterularum macerias, omnesque petras et caementa quantacumque per eundem comitatum Placentinum nostro iuri ex publico inuenta fuerint pertinere in cunctis agris et uillis praeter palatia et principales cortes.*

De titulo consortis imperii.

Si quando consors imperii dicitur Angilberga, non certe negotiorum partes illi delatas fuisse putamus; quamuis satis constet, eam uariis artibus, proceribus improbantibus, res imperii tractasse, hinc et ipsi Adalgisi turbae tribuebantur, quae frigusculum etiam inter eam et Imperatorem excitabant. Sororem memorat *Margarin.* T. II c. 33: *quia Gisla dilecta soror nostra et Amalberga monasterii noui uenerabilis abbatissa nostram imploratae sunt clementiam.* c. 34: *quia Gisla dilectissima soror nostra adiens praesentiam culminis nostri innotuit, qualiter domnus ac genitor noster bonae memoriae Hlotharius &c.* (confirmat ei administrationem monasterii S. Saluat. et Iuliae Brix.) c. 39: *quapropter ex pertinentia eiusdem uenerabilis monasterii noui uidelicet constructum in honore domini nostri Saluatoris per memoriale nominis eius in refectione famularum Dei ipso tempore, quo praedicta Gisla soror nostra defuncta est, quinto Kalend. Iunias concedimus curtem - - - ita ut quidquid ipso die congruens refectio exhibuerint, habeant et quod reliquum fuerit in eorum aeternaliter disponatur effectum.*

Gisla soror nominatur;

ac filia eiusdem nominis.

De filia eius, itidem nomine Gisla, quam Imperator monasterio deuouerat, c. 37 *Margarini* agit. uid. infra §. CXVIIII, 12.

§. CXVIII.

Sanctiones de rebus ecclesiasticis.

Videamus, quibus institutis rem praesertim ecclesiasticam moderatus sit Imperator Ludouicus. *Murator.* T. I P. II script. p. 156 sq. leges profert, quae in Langobard. legibus et *Baluz.* Capitul. uel Lothario uel Ludouico P. tribuuntur, nonnihil mutatas auctasue.

auctasue. Ita c. VI noluit, ut inquisitio, non solum de rebus fisci, sed et ecclesiasticis, *non per testes, qui producti fuerint, sed qui in eo comitatu meliores et ueraciores esse cognoscantur*, fiat. c. VII praeceptum Capit. L. V c. 327, ut episcopi res eccles. in propinquorum suorum ius ne cedant, non solum ad presbyteros, sed etiam ad diaconos protenditur. In *Baluz.* T. II Capit. p. 349 Capitulare interrogationis ad episcopos exstat, quod Imp. a. 855 dedisse uidetur. Statum ecclesiasticum emendari cupit, et ad notitiam suam reduci, quomodo comites res suas agant. Respondent episcopi ad singula in rescripto consultationis p. 351, quod incoatur: *Domino glorioſissimo regi Hludouuico pax et uita et uictoria ministretur a Deo patre et domino nostro IEsu Christo.* c. 1 de conuersatione episcoporum corrigenda; c. 2 de animaduersione in clericos. c. 3 de praedicatione in populum. *Quidam uero laici et maxime potentes ac nobiles, quos studiosius ad praedicationem uenire oportebat, iuxta domos suas basilicas habent, in quibus diuinum audientes officium ad maiores ecclesias rarius uenire consueuerunt.* c. 4: ne comites et uassi dominici presbyteros et clericos nostros ceteros, quod nec episcopis facere licet, absque nostra licentia recipiant. Ambitus uitium exstirpetur. *Et primum quidem ipsius loci presbyteri uel ceteri clerici idoneum sibi rectorem eligant. Deinde populi qui ad eandem plebem aspicit sequatur assensus. Si autem in ipsa plebe talis inueniri non potuerit, qui illud opus competenter peragere possit, tunc episcopus de suis, quem idoneum iudicauerit, illi constituat* c. 5: *remouenda quorundam laicorum procacitas, qui hoc solo obtentu quod ad electionis consortium admittuntur, archipresbyteris suis dominari praesumunt.* c. 6: *tollenda prauа consuetudo, quia nonnulli Archipresbyteri uel aliorum titulorum custodes, fruges uel alios ecclesiarum reditus ad proprias domos abducunt. Quidam uero aliorum possessiones conducunt, ut in eis quae ab ecclesiis suis male subtraxerunt recondant. Nonnulli autem laicorum in tantum eorum nequitiae se complices faciunt, ut quae huiusmodi transgressores ab ecclesia subripuerunt, ipsi in suis domibus abscondant.* c. 9: *quod iam maxima ex parte ordinem suum amiserint monasteria, omnibus est manifestum. Quae ut ad pristinum statum reducantur in domini ac genitoris uestri ac uestra gloriosa dispositione consistit.* c. 10: prouideant episcopi, utrum monasteria, quae adhuc statum suum retinent, ordinem suum teneant. c. 11: restituantur res ecclesiis ablatae. c. 12: *Quidam*

Qui testes in causis eccl. idonei.

Clerici res eccles. ad propinquos suos ne transferant. 2.

Verbi diuini praedicationi adsint omnes.

Consensus imper. in clericis recipiendis necessarius.

Ius eligendi non tribuit potestatem in presbyteros. 3.

Ne quid ecclesiae subripiatur.

Monasteria ad pristinum statum reducantur.

Decimae ecclesiis baptismalibus praestentur.

dam laici, qui uel in propriis uel in beneficiis suas habent basilicas, contempta episcopi dispositione, non ad ecclesias, ubi baptismum et praedicationem, manus impositionem et alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant, sed uel propriis basilicis uel suis clericis pro suo libitu tribuunt. Quod omnimodis diuinae legi et sacris canonibus constat esse contrarium. c. 13: ut publice peccantes publicae poenitentiae subiiciantur; comitum auxilio. c. 16: *ne episcopi, quando pro confirmando populum parrochias circumeunt, archipresbyteras suos grauent, et huiusmodi dispensa contenti sint, panes centum, frisingas quatuor, uini sextaria quinquaginta, pullos septem, ouа quinquaginta, agnum unum, porcellum unum, annonam ad caballos modios sex, foenum carr. tres, mel, oleum, cera, quod sufficit.* c. 18: *per singulas parochias eas festiuitates populus obseruare studeat, quas proprius episcopus uenerari praedicauerit.* c. 19: *qui sacerdotibus obtemperare noluerint, per ministros reipubl. districtius et satisfactionem poenitentiae, quam presbyteri imposuerint, subire cogantur.* c. 7, 8, 17 respiciunt Lotharii Imp. capitula de restauratione ecclesiarum, xenodochiis, immunitatibus seruandis. Ex c. XIV Capitulare Ludou. I. obseruetur, ne ministri comitum propter frequentia placita pauperiorem populum nimis affligant. Sequuntur Capitula VI eod. a. post responsionem episcoporum promulgata. c. I statuitur, *ut ecclesiae Dei sub Imp. eminentis tuitione securae cum rebus et familiis permaneant*; cetera capitula pertinent maxime ad causas saeculares. Apud *Muratori.* c. l. p. 159 exstat additamentum ad leges Ticini a. 855 editas; c. I ecclesiarum Dei iustitia inquiratur; c. II pupillorum et uiduarum causa inuestigetur. c. V abbates monasteria monachorum et puellarum et xenodochia circumeant, corrigant, restaurent, hospitales quoque. In additam. II p. 160 repetuntur partim nonnullae huius imperatoris constitutiones, aut antecessorum, partim nouae adduntur. c. V: *ut unusquisque presbyter res, quas post diem consecrationis adquisierit, propriae ecclesiae relinquat.* c. XV: *ecclesiae uel quaelibet pia loca destructa iacentia praecipimus ex his, quae suscipere solent, reformata constitutione, proprio dispendio restaurentur, nec sufficiente uero necessaris a populo plebis auxiliantur, ut domus honorifice uideantur existere.* c. XVI: nemo die dominico audeat operationes mercationesque peragere, nisi in cibalibus rebus pro iterantibus. c. XXII: *de monasterio uel oratorio, quod a proprio domino soli aedificatum est, monere uolumus, domino constructori inuito non auferatur, liceatque illi presbitero, cui uoluerit, commendare.* c. XXX: *ut nemo praesumat alterius seruum ministrum ecclesiae constituere uel benedicere antequam a domino suo tradatur in manu pontificis in libertate integra persistendum omnibus diebus &c.*

Quantum episcopi circumeuntes exigere possint.

de festis obseruandis.

4.

Ecclesiae sub tutela Imp. permaneant.

5.

Presbyteri acquaestum suum ecclesiae relinquant

Ecclesiae reparentur.

Dies dominica sancte colatur.

Iura patronatus.

Seruus alienus ne inuito domino ministet ecclesiae constituatur.

bus &c. c. XL: *ut nullus canonica aut regulari inſtitutione conſtitutus aliquem conſecrari propter res adipiſcendas deinceps perſuadeat.*

Nec quisquam lucri cauſſa conſecretur.

§. CXVIIII.

Iura igitur ſacrorum antiquo more uindicauit Ludouicus; tametſi pontifices Romani in dies maiora auderent. Sergius II, inconſulto Imperatore conſecratus, Ludouicum a. 844 tum Italiae regem honorifica quidem pompa ſuſcepit; ſed noluit ei portas eccleſiae aperire, antequam, ſe animo maligno non aduenisſe, aſſeueraſſet; quocirca Francos urbe prohibuit. Ac quamuis Ludouicum Regem Langobardorum unxiſſet et coronaſſet et gladio regali ſubcinxiſſet; Lotharius uero hunc filium ſuum ſucceſſorem conſtitui uellet, atque adeo ſacramentum fidelitatis poſtularetur: Pontifex tamen id Lothario ſoli, non Ludouico, exhiberi conſenſit. At Lotharius effecit tandem, ut filius, quem a. 849 iam conſortem imperii ſibi iunxerat, ſe uiuente, a Leone IV P. imperator a. 850 ineunte m. Decembr. coronaretur. Mortuo Leone, Iohanna ſedem Apoſtolicam uſurpaſſe dicitur, hiſtoria anceps. Certum eſt, Benedictum III auctoritate Caeſaris ſucceſſiſſe. Nicolaus a. 858 praeſente, imo impellente Ludouico, conſecratus eſt, qui, teſte *Anaſtaſio*, Caeſarem *ſpecialem et ueluti cariſſimum deoſculans filium, immenſo circumdedit amore*; Imperator uero usque eo maieſtatis obliuiſcebatur, ut *frenum equi pontificis ſuis manibus apprehendens, pedeſtri more, quantum ſagittae ictus extenditur, traheret.* At Nicolaus poſthaec ſuperbia ita intumeſcebat, ut in epiſt. ad Carol. Caluum p. 325 T. III Concil. Gall. *Sirmond.* ſcribere haud dubitaret, non eſſe apoſtolicae ſedis auctoritate usquam maiorem, qua etiam in cauſſa diuortii Lotharii R. aduerſus epiſcopos Guntharium et Theutgaudum, aliosque, uſus eſt abunde, ſynodumque Metenſem reſcidit; §. CXII. hos uero epiſcopos dum reſtituere conatur Imperator, Romae grauiſſimos tumultus mouet. Cum Hadrianus II Nicolai ſucceſſor a. 867 eligeretur, legati Imperatoris moleſte tulerunt, quod ad electionem non uocati fuere; ſed Romanis non deerat excuſatio, qua legati acquieſcere poterant; et poſtquam Imperator ipſe ſibi probauerat electionem, Hadrianus conſecrabatur. Hic Ludouicum et Carolum reges in literis admonuit, ne

Caeſaris negotia cum Pontif. Rom. geſta.

2. Nicolai P. arrogantia

Hadrianus eligitur probante Imper.

inuaderent regna hereditaria Ludouici imp. quem *dilectissimum et spiritalem filium suum, piissimum et a Deo protectum Imperatorem dicit*, dum bellis Saracenorum uexaretur. Hadrianum excepit Iohannes VIII, qui Ludouicum Imp. iurisiurandi uinculo, quod Adalgiso praestiterat, absoluisse dicitur, (hoc tamen Hadriano potius tribuendum) et transactionem a Ludouico Germ. et Carolo caluo de Lotharii regno sancitam irritam fecit. Ad constituendos etiam episcopos multum ualuisse Imperatorem, quis neget? Testis est eius epistola ad Adonem Viennens. T. III Concil. Galliae Sirmondi p. 376, qua, rogante Lothario fratre, Bernario episcopatum Gratianopolitanum concessit. Quid? quod ex *Hugone Flauin.* p. 121 discimus, Adrianum P. literas misisse Galliarum episcopis, ut non alios ordinarent episcopos, nisi quibus Imperator episcopatum concederet, et quos ordinari mandaret; uenerabiles uero episcopos non consensisse. Et Anastasii continuator memoriae tradit, Imperatorem proscripsisse nonnullos episcopos, quos tamen deprecante Adriano ad urbem remisit. Ceterum maiorum premens uestigia uetera ecclesiarum iura muniuit, auxitque nouis immunitatibus. In tabulis ep. Volaterr. apud *Vghell.* T. I p. 1427 et 1428 memorat praecepta patris et proaui, et *cum omnibus intrinsecus et extrinsecus curtis et familiis diuersi sexus ac aetatis atque conditionis chartulariis, libellariis, saldionariciis et cunctis rebus - - in mundeburdum recipit.* In *Murator.* T. V antiq. p. 191 confirmat Canonicis ecclesiae Regiensis a Sigefredo episcopo huius ecclesiae donata. *Vghell.* T. II p. 249 episcopo Regiensi insulam iuris regni Italici, quae nominatur Suzzaria in comitatu Brixiensi, concedit. p. 97 ecclesiam Mutin. immunem praestat, ne *tam de datis regum, quam reginarum - - iudex publicus ad caussas audiendas uel fredae undique exigenda, seu mansiones &c.* quidpiam postulet. Ib. T. V p. 270 pro ep. Com. disponit, *ut eandem piscariam ab ipso loco ubi constructa est usque in lacum absque alicuius contrarietate aut infestatione - - teneat.* Ib. p. 39 dignitatem patriarchalem seu metropolitanensem Aquileiensi nouo robore munit, postquam *uir uener. et religiosus Theutimarus, Aquileiens. siue Foroiuliensis Patriarcha per Eurardum III comitem dilectumque compatrem imperatoris antiquas auctoritates* ostendisset. praeter morem longior historia praemittitur. In *Murat.* T. I antiq. p. 569 pro eccles. Cremon. traditionem approbat: *quod Rutcherus - - de hac luce discedens quandam curtem sue proprietatis - - ad*

3. Imperator constituit episcopos.

4. Roborat iura ecclesiarum. Volaterr.

Regiens. cui insulam quoque donat.

Mutin. immunitatem; Com. piscariam concedit.

5. Aquileiens. dignitas patriarchae confirmatur. Cremon. ecclesiae iura.

partem

partem eccleſie Cremonenſis obtuliſſet ac iure proprietario pro anime ſue remedio per regatores ſuos Guntheri uidel. Gyroldum atque Hillonem per conſcriptionis paginam tradidit et per fideles noſtros in noſtra praeſentia eandem traditionis paginam, quam predictus ille uaſſus noſter regatorque ipſius rei fecerat, undique roborari iuſſimus. Alia charta t. II p. 25 eidem epiſcopo Cremonenſi ius confirmat in portum Padi et in alia loca: *adinuenimus eundem portum ſub omni integritate eidem eccleſie pertinere et cuiuscumque loci uel gentis ripa palum figere, quandoque deuenerit in ſortem ſtare et riparies iuxta portum paſcere et debere reddere per unamquamque nauem decimum modium ſalis et paleſicura denarios quatuor. Venetici enim ſuum conſum, ſicut conſueti ſunt reddere debent. Tranſitus enim nauium debita exactione perſoluantur.* Ib. p. 951 inquirit per Theodoricum miſſum et conſiliarium, quid iuris epiſcopo Cremonenſi in naues Cremonenſium per Padum diſcurrentes tribui debeat, et ſententiam contra Cremonenſes pronunciat. Ib. p. 55 Rorigo epiſcopo Patauino uetera priuilegia et iura ſuffulcit et eccleſiam in tuitionem recipit. Ib. T. II p. 867 eccleſiae S. Laurentii de plebe Iuuenaltae iura aduerſus turbatores defendit, addens: *pro pleniſſima namque quietudine confirmamus eidem ſancto loco aqueductus tam ad diuiſa molendina, quamque ad nauigia deducenda, ſcil. ſiue in Delma ſiue in Olio atque etiam mercata ibidem deuenientia tam in montanis quamque in planicie, ut abhinc in futurum ſicuti antiquitus conſuetum fuit deducat, nullo contradicente aut in aliquam partem deducente, ſed tantummodo pars prefate eccleſie per hanc noſtram auctoritatem ordinet ac diſponat iuxta eiusdem loci utilitatem.* Epiſcopo Nouar. ib. t. I p. 925 concedit, *quidquid de praefatae eccleſiae rebus ius Fiſci exigere poterat i. e. annona, uinum, caſeum, pulli, ouа, caſtaneae, fructusque meſſis atque lentibus gignuntur pluratica, calcem, uenationes, uel ceterorum alia.* In *Baluz.* T. II Capit. p. 1469 iura eccl. Viennenſis roborat, atque interdicit, *ut nullus comes . . freda exquirat, aut francos uel ſeruos diſtringere audeat, neque etiam ad iudicia publica uenire compellat, ſed ſint ſub tuitione atque ordinatione et immunitate ſeu defenſione matris eccleſiae ſancti Mauritii ſuoque pontifici atque rectori.* p. 1471 reſtituit eidem eccleſiae partem uillae Fornis ac decernit, *ut Teudo eiusdem matris eccleſiae filius et presbyter, qui pro ſupra nuncupatis rebus magnum dedit ſtudium et laborem improbum ut priſtinae reſtituerentur poteſtati, Vboldus nepos eius clericus in id ipſum praefatam ſancti Nazarii eccleſiam cum omnibus rebus ſicut ſupra lecta et nota eſſe noſcuntur, omnibus diebus uitae illorum iure poſſideat uſuario et ſub ſua ordinent diſpoſitione abſque alicuius hominis contradictione.* In *Vghell.* T. I p. 798 charta iudicio cuidam inferta et epiſc. Lucenſi data exhibetur, cum his clauſulis: *quod ſi uenire aliquis contempſerit et iuſtitium facere neglexerit aut facta inquiſitione pro ueritate ſuper ſacramento*

praeſertim in portum Padi.

6. Patauinae eccl. priuilegia; S. Laurentii eccl. aquaeductus corroborantur.

Nouar. eccleſ. accipit emolumenta fiſci.

7. Viennenſ. eccleſiae exemtio.

Eidem reſtituuntur quaedam, reſeruato iure uſuario.

8. Lucan. eccleſ. tabulae. Refractarii ad iudicium uenire cogentur.

ſacramento dicere noluerit, bannum noſtrum in rebus illius per praedictos miſſos noſtros mittere iubemus absque ulla dilatione. quod ſi forteſſe omnes praedicti miſſi noſtri ad hanc iuſtitiam faciendam ſimul ſe coniungi non potuerint, tunc monemus atque praecipimus, ut cuicunque illorum praedictus epiſcopus Gherardus uel aduocatus ipſius hoc annunciauerit, uel hanc noſtram epiſtolam oſtenſerit per ſe absque ulla dilatione praefatae Lucanae eccleſiae epiſcopo ſiue eiusdem eccleſiae aduocatus rerum iuſtitiam et plenam inquiſitionem facere ſtudeat - - nullus ſucceſſorum eiusdem ſedis - - - commutationem de prefatis rebus faciendi habeat poteſtatem.

Irriti reddunturcontractus libellarii.

Aliam chartam ep. Lucenſ. uid. T. III *Murator.* antiq. p. 170: *qualiter pontifex S. Lucenſis eccleſiae rebus ipſis pertinentibus tam pro immunitatem, quamque etiam proprio lucro per libellos hac fiduciariis, aliisque conſcriptionibus, quibusdam hominibus dediſſet, unde nunc maximum damnum prefata patitur eccleſia, adque Rector et paſtor eiusdem eccleſiae noſtrum digniſſime non ualeat peragere ſeruitium - - - concedimus, omnes res ſue eccleſie recipere adque ſecundum ſuam utilitatem diſponere; omnes uero libellos, omnesque ſcriptiones inde factos irritos et uacuos eſſe ſtatuimus, ſimulque etiam cunctas ordinationes adnihilatas phore ſancimus ſiue clericis ſiue laicis ſiue etiam feminis, ut inde modo retineat ſecundum hoc noſtrum preceptum, irritum ſit &c.* Similiter et

9. Monaſteriorum iura tuetur Imp.

coenobia iuribus ſuis frui iuſſit. In Chron. Farf. ap. *du Cheſne* T. III p. 665 antiquas chartas firmat ac poteſtatem abbatem eligendi confirmat. p. 666: *praeſtarias, quas Petrus Aretinus epiſcopus cum Honorato abbate iniuſte fecit, iubet irritas eſſe absque poena ligatae ſolutionis.* apud *Murator.* T. II P. II p. 399 homines XX chartulatos, h. e. libertos ſiue libellarios ab expeditione militari immunes reddit. In Chron. Vulturn. apud *du Cheſne* c. l. p. 689 itidem iuribus uetuſtis robur addit. p. 690 iudicatum pro eod. monaſt. exſtat. Conferantur etiam, quae in Chron. Caſaur. ap. *Dacher.* T. II p. 931 ſq. offeruntur, ubi et hae appendiciae enumerantur *cum ſiluis, paſcuis, ſtalariis, cetinis,* (uiuariis grandiorum piſcium,) *calortis, riuis, rupinis &c.* Item ibidem: *conceſſimus etiam ut omnem compoſitionem de cartulatis atque libellariis de ipſo monaſterio ſibimet habeant et nullus exactor publicus hoc inquirere audeat, ſed in quacunque compoſitione ceciderint in ſua poteſtate hoc habeant, cuius cartulati eſſe uidentur.* In *Puricelli* mon. Ambroſ. p. 102 monaſterium

Mon. Farf. (praeſtarias irritas facit)

Mon. Vultur.

Caſaur.

cui compoſitiones cartulatorum uindicat.

sterium S. Ambrosii in tuitionem susscipit, *ut nullus sedis ipsius pontifex aut oeconomus - - nullas praestationes uel annuas donationes siue quaslibet angarias et superimpositas exactiones contra morem canonicum siue regularem constitutionem superimponere exigere audeat - at uero ipsorum commenditos, libellarios siue cartularios sine abbatis aut praepositi conscientia pignerare aut distringere nemini permittimus.* Chartae mon. Bobiens. ap. *Vghell.* T. IV p. 961 et Margarin. T. II c. 38 inserta est antiqua exemtionis formula: *ad causas iudiciario more audiendas uel feuda* (freda) *aut telonewm exigendum siue mansiones uel paratas faciendas aut parafredos uel fideiussores tollendos siue homines ipsius monasterii ingenuos, commendatos uel seruos distringendos aut ullas redibitiones &c. si quis uero hominum ipsius monasterii utilitatibus famulantium liber, comendatus siue seruus aliquid comiserit, unde fiscus noster quidpiam sperare possit, totum hoc parti ipsius sancti loci concedimus et ne a quoquam exigatur penitus interdicimus.* *Vghell.* T. V p. 718 mon. S. Zenonis Veron. permittit, *ut in regalibus tam siluis quam etiam in ceteris pascuis licentiam haberent pasti greges ouium suarum nec non porcorum, iumentorumque uel ceterorum animalium ad ipsum monasterium pertinentia - - et quidquid fiscus noster sperare poterat saepe fato coenobio concedimus.* In *Margarini* bullar. Casin. T. II c. 34 p. 28 sq. confirmat, Giselae sorori iura mon. Saluat. et S. Iuliae Brixiensis, eique illud cum aliis monasteriis, ex decreto patris, relinquit. c. 35 intercedente Gisla confirmat Amalbergam abbatissam dicti monasterii: *hos imperiales apices nostros fieri censuimus, per quos decreuimus ut prefata abbatissa iam dictum monasterium regendum habeat, quatenus institutio proposita nullatenus a tramite regulari deuiet, sed iuxta normam sanctitatis gubernet atque disponat - - si quando autem praefata abbatissa de hac luce discesserit, nostro praeueniente consensu et suffragante uoluntate per successiones temporum uicissim habeant inter se licentiam eligendi Abbatissam, quae secundum Deum et institutionem domini Benedicti atque iuxta constitutionem prioris regulariter eas gubernet et regat ut iuxta Dei uoluntatem ordinet.* c. 36 pro eod. monasterio: *ut quocumque iste Venuarius cum mercimoniis negotiando perrexerit, secure pergat, et nullus ei ripatico uel cispatico atque portatico uel toloneo et quippiam inquietudinis ingerat, sed liceat ei quocumque perrexerit absque ullius inquietudine uel contrarietate mercimonia deportare et uendere.* c. 39. fundos largitur in memoriam Gislae quotannis die obitus celebran-

10. Mon. S. Ambros. a praestationibus liberat. Bobiense a potestate iudiciaria.

Mon. S. Zenon. ius pascendi tribuitur.

11. Mon. S. Saluat. et S. Iul. permittit ius abbatiss. eligendi;

it. immunitatem a uectigal.

12. Idem monasterium Giselae filiae tradit sub certo modo.

celebrandam. const. 37 p. 30 idem monasterium cum appendicibus filiae suae, Giselae, diebus uitae suae possidendum regendumque dedit, quodsi uero ante matrem Angilbergam obiret, mater iure usufructuario ista teneret: *quia nos Dei miseratione tacti dilectam filiam nostram Gislam domino famulaturam deuouimus atque in coenobio domini saluatoris intra maenia ciuitatis Brixiae urbis constructum quod dicitur nouum, sub monastico habitu militandam obtulimus - - cetera quaeque ad praedictum monasterium pertinentia taliter, ut saepe dicta filia nostra Gisla diebus uitae suae sub integritate teneat ut supra, et si decesserit, mater eius abbatissa nobis dilecta Anselberga cuncta, quae supra dicta sunt firmiter obtinere usuque fructuario dominare possit - - quod si et ipsa diuina uocatione decesserit, cum omni integritate nostrae maneat potestati dominandum atque ordinandum.* In *Murator.* T. I antiq. p. 585

13. Mon. S. Mar. Theodot. donata confirmat.

chartam Abbatissae mon. S. Mariae Theodotae Ticinens. concessit, qua donationem cuiusdam terrae et muri iuxta monasterium confirmat. *Aimoinus* L. I c. 23 p. 480 testatur, Rotlandum, Arelatensem archiepiscopum, abbatiam S. Caesarii apud Ludouicum Imp. et Engilbergam non uacua manu adeptum esse. In *Gattulae* access. T. I p. 38 mon. Casin. priuilegia confirmantur ac possessiones, una cum famulis, seruis et ancillis cartulatis, praeferendariis, colonis et colonabus, aldionibus et aldiabus, castellis, ecclesiis, cappellis, cellis, terris, cultis et incultis, agris, campis, pratis, pascuis, siluis, uineis, salectis, cannetis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, molendinumque locis, montibus, alpibus, planiciebus, uallibus, paludibusque quaesitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus rebus, omnibusque pertinentiis - - - *ut iure ecclesiastico habeant, teneant, firmiterque possideant - - et si aliquis per falsas cartulas res ecclesiae alienare desiderans uel alienauit et liceat rectoribus iam dictae ecclesiae per sacramentum et testimonium bonorum hominum circumanencium se defendere iuste et legaliter illas res ecclesiam pertinere et sic easdem res ad ius et dominium ecclesiae redeant - - - nec non etiam a nobis addi confirmari placuit, ut ex omnibus rebus uel mancipiis ex ipso monasterio pertinentibus cartulatis uel offertis liberos atque seruos, ubi pars ipsi monasterii elegerint atque acclamauerint ministri uel exactoribus publicus per tres aut duos circamanentes atque consistentes ueraces homines, quos ipsius mona-*

Itemque priuilegia mon. Casin.

res eccles. iniuste alienatas reuocare liceat, ope testium uicinorum.

monaſterii monachi adclamauerint inquiſicio fiat, qualiter rei ueritas facilis inueſtigetur et monachi ipſius monaſterii citius ſuam ualeant iuſtitiam conſequi, ita ut poſt facta inquiſitione, rem, quem clamauerint praedictos ueraces homines iam dicto pertinere monaſterio liceat monachi quiete poſſidere et nulli licet monachis ſe praedicto monaſterio in palacio quorumcumque taliter reſpondere, ut ad ſacramentum compellantur. Si uero de ſeruis aut ancillis uel de quibuslibet rebus orta contentio fuerit, liceat monachis eiusdem monaſterii ipſos retinere quousque in noſtram ſeu deundeceſſorum noſtrorum praeſenciam ueniat et ibidem coram nobis poſiti deliberentur. Ib. p. 41 monaſterio eidem cellam concedit, roboratque. In *Murator.* T. V antiq. p. 279 monaſterio S. Michaelis in Viliana praeter aduocatum etiam tutores conſtituit: *quia Dructemirus palatii noſtri archicancellarius una cum Hittone dilecto Vaſſo noſtro, adientes excellentiam culminis noſtri innotuerunt, qualiter Selmo abbas congregationis S. Michaelis in Viliana, feciſſet quamdam cartam cum conſenſu fratrum ibi degentium, Petronaſio et Tadaſio Germanis, ut miſſi eorum exiſterent, ut ubicumque neceſſarium eis foret, amminiculum ferrent - - per quod memoratis germanis Petronaſio ſcil. ac Tadaſio, ſicut in carta a prefato abbate Selmone facta continetur, omnem miſſaticum de predicto conferimus monaſterio, ut noſtro mundeburdio et noſtra auctoritate ſub eorum maneat tuitione et electionis defenſione aſſiduo ritu religionis monaſtici ſtatuimus etiam, ut mox preſens abbas uita exceſſerit, monachi ibi degentes, una cum conſenſu memoratorum Petronaſii et Tadaſii ex ſe ipſis abbatem faciant, epiſcopusque ipſius ciuitatis i. e. Carentinae abſque ulla retardatione ipſum conſecret abbatem. Concedimus quoque aduocatum eis habere.* &c. *Mabill.* de R. D. p. 543 exhibet placitum de rebus cuiusdam Candoli mon. Caſaur. adiudicatis habitum, quod incipit: *In Dei nomine. notitia iudicati. Dum a praeclara poteſtate domni Ludouici Imp. nos Heribaldus comes ſacri palatii &c. ſignum † Heribaldi comitis ſacri palatii qui ibi fui et propter ignorantiam literarum ſignum ſanctae crucis feci.*

14. Mon. S. Michael. adiutores et aduocatus conſtituuntur.

15. Placitum pro mon. Caſaur. habitum.

§. CXX.

Status politici rationem habuit, quando non ſolum priorum Imperatorum ſanctiones firmas eſſe iuſſit, ſed et nouas edidit. Ita in *Baluz.* T. II Capit. p. 357 c. 2 comites et actores reipubli-

Conſtitutiones reipublicae cauſſa promulgatae.

cae admonentur, ut iuſtitiam recte adminiſtrent, pupillos et uiduas protegant, per loca ſolita reſtaurent palatia. c. 3 nemo fidelium beneficio ſuo priuetur, dum ne id ullo modo deprauet, ſed inſtauret. c. 4: *quislibet fidelium tam eundo quam redeundo gradiatur pacifice et ni generalis utilitas cum ſcaritis* (in ſcaras conſcriptis) *ueniat in ſtatutis, iuxta maneat. epiſcopus et comes prouideant, ne moleſtentur incolae. ſed neque indigne per ſolita loca tectum, focum, aquam et paleam hoſpitibus denegare aut aquam carius quam uicinis audeant uendere.* c. 5: unusquisque ſuorum hominum ſolicitudinem gerat, *ne ſolitam rapinam patrare praeſumant. Qua pro re ſi quis arctatus ſuum ſeniorem dimiſerit, penitus interdicimus ne recipiatur ab altero, quatenus niſi corrigi uoluerit, a noſtri regni penitus excludatur finibus.* c. 6. *Haec olim ſaepe inculcata, ſed ex parte neglecta, acriori ulciſci debuerant examine; quantulumcumque largimur ſpatium, quo quique neglecta emendare ualeant, deſtinaturi poſt modicum legatos ſtrenuos emendata inquirere. Qui uero negligens repertus fuerit, propriis honoribus noſtro priuabitur iudicio.* *Murator.* T. I P. II ſcript. p. 159 in additamento ad leges a. 855 Ticini promulgatas c. III: *totius populi querimonia generaliter audiatur et legaliter diffiniatur.* c. IV: *de ſtatu reipublicae inquirendum: ubi cum iter dictauerit, dominus Imperator recipi debeat per ſingula miniſteria, ubi ab eo directi legati, unde eis amminiſtrentur obſequia, unde parauereda, unde uel quae dona annualia, aut tributa publica exigi debeant, qui debeant palatia reſtaurare, qui pontes, ut non deſtruantur beneficia et deſtructa reſtaurentur, quae beneficia dominicus Gaſindius habuit, quis habeat illa, uel ubi coniaceant.* Apud *Baluz.* c. l. p. 357 proponitur *conſtitutio promotionis exercitus obſeruationis partibus Beneuenti ſub indict. XV.* c. 1: *Quicunque de mobilibus uuidrigid ſuum habere poteſt, pergat in hoſte. Qui uero medium uuidrigid habet, duo iuncti in unum qualitatem inſtruant ut bene ire poſſint. Pauperes uero perſonae ad cuſtodiam maritimam uel patriae pergant, ita uidelicet ut qui plusquam decem ſolidos habet de mobilibus, ad eandem cuſtodiam uadant; qui uero non plusquam decem ſolidos habet de mobilibus, nil ei requiratur. Si pater quoque unum filium habuerit et ipſe filius utilior patre eſt, inſtructus a patre pergat. - - Quodſi plures filios habuerit, utiliores omnes pergant; tantum unus remaneat, qui utilior fuerit - - comes in unoquoque comitatu unum relinquat, qui eumdem locum cuſtodiat et duos cum uxore ſua; epiſcopi ergo nullum laicum relinquant.*

Quae iter facientibus praeſtanda ſint.

de rapinis cohibendis.

2: Commoda Imperat. curae habeantur.

3: Qui in hoſtem pergere debeant.

quant. c. 2: *cuiuscumque proprietas tulta fuerit, uix a nobis promerebitur recuperationem.* c. 3: tnes missorum designantur; qui c. 4 *populum eiiciant et custodiam praeuideant et populum in castella residere faciant, etiam et cum pace. Nam si missus aliquis ausus fuerit praetermittere, qui nominibus remanserint, praesentaliter proprium tollant et eum foris eiiciant. et si inuentus fuerit ipse missus, proprium suum perdat. Et si comes aliquem excusatum aut bassallum suum, praeter quod superius diximus, dimiserit, honorem suum perdat. similiter eorum ministri, et si aliquem dimiserint et proprium et ministerium perdant.* c. 5: *quodsi comes aut Bassi nostri aliqua infirmitate remanserint aut aliquem excusatum retinuerint, aut Abbates uel Abbatissae si plenissime homines suos non direxerint, ipsi suos honores perdant et eorum bassalli et proprium et beneficium perdant.* c. 6: *si quoque episcopus absque manifesta infirmitate remanserit, pro tali negligentia ita emendetur ut in ipsa marcha resideat quousque alia uice exercitus illuc pergat, in quantum dominus largire dignatus fuerit.* c. 7: episcopus infirmitatem suam sacramento per missum suum meliorem, comes uero et bassi probent ipsi. c. 8: omnes hostilem apparatum secum deferant. c. 9: *uestimenta autem habeant ad annum unum, uictualia uero quousque nouum fructum ipsa patria habere poterit. Fragidis enim quicunque eundo et redeundo commotionem fecerit, uitae incurrat periculum.* c. 10: *et quia temporis congruentia imminet quadragesimale, in quo studenda sunt praecepta Dei, constituimus ut quicumque ecclesiam fregerit, adulteria et incendia fecerit uitae incurrat periculum. Quicumque caballum, bouem, friscingas, uestes, arma uel alia mobilia tollere ausus fuerit, triplici lege componat et liberum armiscara i. e. sella, ad suum dorsum ante nos a suis semotus bis dirigatur et usque ad nostram indulgentiam sustineatur; serui uero flagellentur et tundantur, et illorum domini, quae ipsi tulerunt, restituant. Quodsi clamor ad seniores uenerit et ipsi talia non emendauerint, tunc horum seniores ipsam compositionem faciant et eadem armiscara, quamdiu nobis placuerit, sufficere compellantur.* c. 11: *uicini nullatenus carius quam suis circa uicinis uendere praesumant.* c. 12: *qui uero homicidia indiscrete et praesumtiose fecerit, uitae incurrant periculum.* c. 13: *Iter enim erit nostrum per Rauennam et immediate mense Martii in Piscariam et omnis exercitus Italicus nobiscum. Tuscani autem cum populo qui de ultra ueniunt per Romam ueniant ad Pontem Curuum inde Capuam et per Beneuentum descendant nobis obuiam Luceria VIII Kal Aprilis.*

Ne quem missi dimittant.

Qui aliquem retinent, honores perdant.

Ne episcopus quidem remaneat, nisi infirmus deprehendatur.

De apparatu bellico.

Tempore quadragesimali peccata grauius puniantur.

Vbi et quando exercitus congregetur.

§. CXXI.

Pacis igitur bellique iura et artes perſpectas habuit Imperator atque magna cum laude exercuit. Omnium grauiſſimum bellum cum Seodan, Saracenorum rege, geſſit, qui in campo Neapolitano cuncta uaſtauit, diripuit, multosque optimatum in acie peremit. Ludouicus his in anguſtis rebus a fratre Lothario auxilia petiit; ſed Francorum exercitus peſte, dyſenteria, lienteria, ac morſibus aranearum prorſus fere exſtinguebatur. Plus opis tulit claſſis Graecorum. Cepit enim tandem Barim, quatuor annos obſeſſam, imo regem Seodan ipſum, et ingens barbarorum agmen trucidauit. Ceterum Baſilius Imp. iniquo animo ferebat, quod Ludouicus titulum Imperatoris uſurparet; hinc ex literis Hadriani P. Imperatoris nomen, quo Ludouicum ornauerat, abradi iuſſit, ac per Iohannem Patricium deinceps literas increpatorias ad Ludou. Imperatorem miſit, quibus uero hic oppoſuit epiſtolam apologeticam, quam in lucem protulit *Baron.* T. X Ann. p. 485 ſq. Inſcriptio haec eſt: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti Dei aeterni. Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus Romanorum dilectiſſimo ſpiritualique fratri noſtro Baſilio glorioſiſſimo ac puiſſimo aeque Imperatori nouae Romae.* Reſpondet, numquam terminos poſitos, aut formas, aut praecepta prolata, neminem appellandum Baſilea, niſi eum, cui in urbe Conſtantinopoli Imperii tenere gubernacula contigiſſet; plurimos tali nomine uocitatos diuerſis temporibus, et in diuerſis locis; patriarchas ſingulos hoc nomine eum appellare; ipſius patruos glorioſos reges absque inuidia Imperatorem eum uocare, non profecto ad aetatem, qua maiores ſint, attendentes, ſed ad unctionem et ſacrationem, qua per ſummi pontificis manus impoſitionem diuinitus eſt ad hoc culmen prouectus; ſe non ad nouam et recentiorem appellationem adſpirare, quam iam ab auo ſuo non uſurpante, ſed Dei nutu et eccleſiae iudicio ſummique pontificis per impoſitionem et unctionem manus obtinuit; principes Arabum reges non protoſymbolos, ut Baſilius ſcribit, dici; Imperatores Romanos etiam ex Hiſpanorum, Iſaurorum et Cazarorum gente effectos, easque nationes Francis nec religione nec uirtutibus clariores eſſe; non Francorum, ſed Romanorum ſe Imperatorem

Bella cum Saracenis geſta.

De Imperatoris titulo cum Baſilio contendit Ludouicus.

rem appellari, quia a Romanis hoc nomen et dignitatem assumsit, ope Pontificis Romani, qui iam in Carolum magnum imperium transtulit, eo quod Graeci istud deseruerint et haeretici facti sint; Basilium promisisse quidem, se Ludouico hanc appellationem concessurum, si coniugium inter ipsius filium et Ludouici filiam contractum fuerit; sed regerit Ludouicus, neque se, neque patres istum titulum per carnem et sanguinem possedisse; et dum Basilius illum Riga h. e. regem appellat, eum non posse non Basilea dicere. Tum defendit uirtutem Francorum et fugillat ignauiam Graecorum; paucitatem Francorum excusat, et quasdam querelas mouet; postremum rogat, ut classem ad Saracenos reprimendos et Siciliam recuperandam mittat. Mittit Ludouicus Autprandum fidelem et familiarem hominem suum, qui quae epistolae desint, uiua uoce referet; ne tamen octiduo diutius retardetur, petit. Sed his rebus inter utrumque Imperatorem simultas orta, quam Adalgisus Dux Beneuent. magis incendebat. Hic enim ad Graecos defecerat, et Imperatorem Beneuenti inclusum non ante dimittebat, quam iurando promisisset, se neque iniuriam sibi illatam uindicaturum, neque umquam Beneuentanam regionem cum exercitu repetiturum esse. Imperator quidem ab iniquo sacramenti uinculo liberabatur, et Adalgisus hostis reipublicae iudicabatur; sed hic Graecis adiutus obsequium semper denegauit, ac Beneuentum et Capua se Graecis submiserunt. Praeterea Normannorum Rex Hastingus Italiam inuasit, Lunaeque ciuitatem cepit, maiora sane meditatus, nisi repressisset eum Ludouicus. Ceterum imperatoria potestas, minuta uiribus, ordinum imperii auctoritatem multum augebat. Imperator quidem, mortuo patre, portionem regni Franciae petebat, sed frustra. Cum autem fratres decessissent, satis ampla locupletatus est hereditate. Quam ob rem ac praesertim ob Lotharingiae partem impetratam a. 872 ab Hadriano P. iterum coronatus est. Res iudiciaria, itemque personae, quibus Caesaris aula composita erat, cognoscuntur ex quibusdam placitis, ad nostra usque tempora seruatis. Exemplum suppeditat Mabill. R. D. p. 533: *Dum praestantissimus ac gloriosissimus domnus Imperator Hludouicus per Romaniam transiens fines adisset Spoletinos -- instituit fideles et optimates suos, uidelicet Witbodum uenerabilem episcopum, Adelbertum comi-*

3. Adalgisus D. Beneuent. a Ludouico desciscit.

4. Normannorum inuasio.

5. In placito quodam ministeriales Imper. appellantur.

comitem ſtabuli, quos ad diſtringendum in eodem placito praefecit; Hucpoldum comitem palatii, Hechideum Pincernam primum, Tracterimum ſacri palatii Archinotarium, Winigiſum Armigerum, Begeri nobilem optimatem et fratrem ſuum Ottonem, Bebonem conſiliarium, Reginarium Capellanum uel de reliquis quamplurimis palatii. Ibique in eorum praeſentia ueniens, Hildebertus Comes ad ſingulorum hominum iuſtitias reddendas, uel oppreſſiones quas fecerat emendandas; cui interpellatus eſt iam dictus Hucpoldus in cauſam domni Imperatoris, quod proprium de domno Imperatore ad ſalicam perſonam ad Adelbertum poteſtatiue traditum et inueſtitum, unde legibus domnus Imperator ueſtitus fuerat et Ildebertus detinebat malo ordine - - quia domnus Imperator coram fidelibus ſuis ei (Adelberto, qui res quasdam antea coram teſtibus Imperatori tradiderat) *easdem res penitus reddere noluit, ſed ipſe tantum poſtulauit, ut diebus uitae ſuae ei habere licuiſſet - - uiſum nobis fuit legaliter domno Imperatori ipſas res legibus pertinere et in nullam aliam poteſtatem eum potuiſſe transferre. Ideoque iudicauimus, ut easdem res cum omni integritate ad poteſtatem domni Imperatoris reueſtiſſet, ſicuti in noſtrorum praeſentia per idem praeceptum fecit. - - Quod denique ego Simpertus Notarius ex ſupraſcriptorum ammonitione et ex dictato Tractemiri Archicancellarii ſcripſi a. imp. d. eiusdem Auguſti Hludowici X menſe Martio ind. VIII. Drutkemirus Archinotarius interfui et ſubſcripſi. Signum ſupraſcripti manus Hechidei comitis et primi pincernae, qui ut ſupra in his interfuit. † Gregorius Dei pietate Dux interfuit. ſignum ſupraſcripti manus Begeri nobilis optimatis, qui ut ſupra in his interfuit. ſignum ſupraſcripti manus Bebonis conſiliarii, qui interfuit.*

Imperatori redduntur res ablatae.

6. Ib. p. 542 literae uenditionis priuatae quidem leguntur, ſed ſingularibus clauſulis munitae: *In nomine Domini Dei et ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus Deo propitio a. imp. eius XXII menſe Nouembri ind. V. Vobis domino meo Ludouico glorioſo Imperatori, ego Siſenandus ex genere Francorum, filius quondam Anaſtaſii et miſſus Supponis comitis. Manifeſta cauſa eſt accepiſſe, ſicuti et in praeſentia teſtium accepi a uobis per miſſum ueſtrum Adoaldum argentum libras decem, finitum pretium pro caſis et omnibus rebus illius iuris mei - - uendo, trado et mancipo, liberis quoque ab omni nexu publico, priuatone, nulli alii uenditis, donatis, alienatis, obnoxiatis uel traditis, niſi uobis. Et iuxta legem meam per cultellum et feſtucam notatum ſeu Guaſonem terrae uobis exinde ad ueſtram partem corporalem facio ueſtituram, ad ueſtram proprietatem habendum et me exinde foris expuli et abſafito feci faciendum ex in a praeſenti die, tam uos, quamque heredes ueſtri - - - ſi ego ipſe Siſenandus, quod abſit, aut ullus de heredibus ac proheredibus meis, ſeu qualibet oppoſita perſona contra hanc cartulam uenditionis meae ire, aut eam infringere conauerimus; inferamus uobis poenam, quae eſt multa auri optimi libra una et quod repetierimus uindicare non ualeamus - - Dixi et pergamena cum atramentario de terra eleuans Ariperto Notario domini Imperatoris tradidi et ſcribere rogaui, in qua ſubter confirmans,*

Traditio ſymbolica.

firmans, teſtibusque obtuli roborandam. lb. p. 544: *feminae alicuius nomine Gundi bona fiſco adiudicantur ob matrimonium initum poſt uelum ſuſceptum: dicebat ipſe Maius Aduocatus* (d. Imperatoris) *iſte Siſenandus habet uxorem Gundi, quae fuit ueſte et uelamine ſanctae Dei genitricis Mariae induta; et poſtea iſte Siſenandus eam ſibi in coniugio ſociauit et adhuc eam illicite habet, unde ſecundum legem perſona eius ſimul et ſubſtantia parti palatii pertinere debet. Vnde quaero a parte d. Imp. habere iuſtitiam. Reſpondit ipſe Siſenandus: uere ipſam Gundi ego uxorem habeo, eo quod mihi eam ad legitimum matrimonium tradidit Amalfredus filius eius cum mundualdo ſuo, et illud quod dicitur, quia ueſte religionis induta eſt poſt mortem luſtonis, qui fuit anterior uir eius, non eſt ueritas.* Poſtquam inquiſitio facta eſſet et teſtes idonei ad ſancta Dei Euangelia iuraſſent, *iudicauimus, ut iuxta legem et ſecundum dictam inquiſitionem ipſam Gundi et omnes redditus pertinere parti palatii, et ipſe Sizenandus daret guadiam de ſolidis ſexcentis et ipſe Amalfredus Mundualdus, qui in hac illicita coniunctione conſentiens fuit, et eam tradidit, daret guadiam de ſolidis CL.*

7. feminae alicuius uelatae matrimonium ineuntis bona fiſco addicuntur.

§. CXXII.

Ad priuatorum cauſſas ſpectant in primis Capitula V a. 854 edita ap. *Baluz.* T. II p. 349. c. 1 permittitur uiduis intra annum luctus uelum ſuſcipere, quia praeterito tempore multae intra idem ſpatium raptae ſunt. c. 2: *noſtrae maieſtati reclamauerunt patres noſtri uel noſtri ſuper eas ſuperfluas factas inquiſitiones. Ideo eis concedimus abhinc in futuram nullas alias ſuper eos fieri inquiſitiones niſi unde Karoli proaui et aui noſtri tempore factae fuerunt.* c. 3: *de liberis hominibus qui ſuper alterius res reſident et usque nunc a miniſtris reipublicae contra legem ad placita protrahebantur et ideo pignorabantur, conſtitutum eſt ut ſecundum legem patroni eorum eos ad placitum adducant.* c. 4: *de homicidio, unde lex pro ſimplicitate probationem trium teſtium quaerit et teſtes habere non potuerit, concedimus ut cum duodecim iuratoribus iuret, ab eadem ſimplicitate abſolutus proprium non amittat.* c. 5: *de chartis quae a quibusdam perſonis falſae appellantur conſtituimus, ut ſi Notarius ſuperfuerit et teſtes qui eam ueram et idoneam faciant et ſi teſtes mortui fuerint et Notarius ſuperfuerit cum duodecim iuratoribus ueram et idoneam eam faciat. Conceſſas denique petitiones ueſtras conſideraumus etiam ea quae ad nos in pridem peruenerunt, ad reſerandas malorum inſidiationes iisdem adiungere capitulis.* Murator. T. I P. II ſcript. p. 160 ſq. in Additam. II ad leges Ludou. II Imp. c. 11: *Vt omnimodis diligentiſſima examinatione ſecundum ſcripiam legem quam diutiſſime fieri poſſit, iuſto iudicio omnibus uſus iuramenti prohibeatur, ut Deo donante conſuetudo peſſima periurii a Chriſtiano populo auferatur.*

Leges priuatorum cauſſas reſpicientes. Viduis uelum intra annum luctus ſumere liceat. de inquiſitionibus more priſtino inſtituendis. de liberis hominibus ad placitum adducendis. de homicidio diluendo. de chartarum ueritate probanda.

2. Periuria obhibeantur

ne res litigiosa alienetur.

debitum in duplum crescat inficiando.

fideiussores in solidum tenentur.

auferatur. c. XVIII: *res litigiosa nullatenus potest dari, aut uenumdari, antequam elitigetur. Quicumque homo alteri debitor fuerit et ipsum debitum negare uoluerit et postea conuictus fuerit, ipsum debitum in duplum persoluat. similiter et ille homo, qui res uendiderit et exinde chartam fecerit si minus dederit, quam ipsa charta scriptum fuerit, in duplo ei, qui acceperit, restituat.* c. XLI: *si de una causa plures fideiussores dati fuerint, et unus ex ipsis fideiussoribus mortuus fuerit, ut proinde causam suam non perdat, sed pro eo, qui de illis fideiussoribus uiui sunt, soluant quod promisit.*

§. CXXIII.

Singulares impetrant fidelesmunificentiae codicillos, Suppo,

Iam tabulis etiam nonnulla, quae ad singulorum res pertinent, illustrabimus. Notemus chartam, qua Supponi res ad proprietatem suisque heredibus ac proheredibus in perpetuum habendas et possidendas concessit Imperator. *Murator.* T. I antiq. p. 569: *quatinus per nostrae largitionis praeceptum iure proprio concederemus Supponi strenuo uasso, dilectoque consiliario nostro quasdam cortes iuris regni nostri -- sicut hactenus ad partem regni nostri pertinuerunt per hoc nostrae donationis praeceptum ad proprietatem concedimus, suisque heredibus ac proheredibus in perpetuum habendas et possidendas &c.* De Suppone uid. *Murator.* c. l. p. 281; et p. 935 alios exhibet

Gumbertus,

codicillos Gumberto ministeriali indultos: *quatinus Gumberto illustri Vasso fidelique ministeriali nostro (Gastaldio) et post eum heredibus suis confirmaremus omnes res proprietatis suae tam eas, quae ante acceptum ministerium ipse Gumbertus hereditarias uel adquisitas habuit, quam eas, quas postea conquisiuit uel conquisiturus erat deinceps, ut pro eo quod ministerialis non erat, dampnosae in posterum non adscriberetur conditioni.*

Grippo,

Ib. Gripponem in mundeburdium cum opibus suis recipit. *qualiter Grippo de comitato Aretino quondam Luponi filius interuentu hac peticione ad nos egisti dilectoque fideli nostro petiit clementiam nostram, quatenus pro Dei omnipotentis amore animaeque nostrae mercedem eum cum uxore et filiis, cunctisque rebus mobilibus et immobilibus seu et facultatibus hac familiis utriusque sexu tam chartarum, libellarum, seu cuius titolum inscriptionis tam de paterna uel de materna, seu a quibusdam hominibus aquesitae iuste et legaliter uel in antea legibus aquistare potuerint, sub nostrum mundburd hac imperiale receperemus defensione; quod effeci-*

mus

mus &c. quamquam editor incertus eſt, ſitne hoc diploma Ludouico III tribuendum. deſideratur enim ſubſcriptio.

Anſpertus, diac. Mediol. T. II p. 793 documentum accipit, quo ipſi res quaedam iudicio euictae confirmantur: (Anſpertus) *quasdam res ſuper quemdam hominem nomine Anſprandum uicerat pro interfectionis ſcelere, quod in germanum ſuum exercuerat; ſuper quibus rebus etiam poſt adquiſitionem, noſtri genitoris ſerenitate preceptum adipiſci promeruit.* Anſpertus.

In *Margarini* T. H c. 33 iterum exemplum mundeburdii offertur, ubi Gisla deprecata eſt, *quatenus nos cuidam commendato ſuo Ermealdo nomine confirmaremus omnes res eius mobiles atque immobiles, quae iure proprietario de paterna maternaque hereditate ei aduenerunt uel quas poſtea commutando, concambiando, comparando uel quocunque iuſto legalique ingenio adquiſiuit, ſeu Deo donante adquirere poterit; homines quoque eius liberos uel ſeruos atque Aldiones eumque cum his omnibus in noſtro ſuſciperemus tuitionis mundeburdio. — Nihilominus etiam confirmamus illud concambium, quod cum Adelardo Vaſſo noſtro fecit de campo, qui dicitur Vitioatus atque Iudicatus, ſecundum quod in cartulis eorum continetur.* Ermealdus

Memorabile iudicatum de ui operarum praeſtitarum habet *Murator.* T. II antiq. p. 971, quo Audibertus Abbas monaſterii Veron. S. Mariae ad Organum coram miſſis Imperatoris aliquos ſeruos, hanc ſuam conditionem negantes, ſibi uindicat: *et in ipſe moderno tempore infra tregintam annos feciſtis hoperas pro condicione ad partem S Mariae, neſcio pro qua cauſa modo te ſuprais et ipſas hoperas minime facis. Ad eo reſpondebat Lupo: non eſt ueritas, quod ego aut parentes mei ad partem S. Marie hoperas pro condictione feciſſemus, niſi quod commendauimus nos Ariperto Abbati. — Et ipſi dixerunt: pro ideo non poſſimus, quia faciebamus operas ad radem et portabamus paſtas ad Veronam et alias ambaſſias, quas nobis mandabant da parte S. Marie — Nos quidem ſupraſcriptis Scauinis et auditores, dum taliter eos manifeſtantes audiſſemus, ſic iudicauimus, ut pars S. Marie ipſas res haberet.* 2. Serui monaſt. S. Mariae ad Organ. uindicantur.

§. CXXIIII.

Commissionespoenarum, exsecrationes.

Varia sanctione poenali muniuntur documenta, atque haud infrequentes imprecationes admiscentur, quae superiorum imperatorum chartis fere incognitae. Longior ea est, quam deprehendes apud *Vghell.* T. IV p. 337 in tabulis episc. Astens. datis, sed stilum Ludouici aliis quoque modis eludentibus: *si autem quilibet Archiepiscopus, princeps, Dux., marchio, comes, uicecomes aut cuiuslibet potestatis uir incola nostri regni cupiditate mordaci nostrum datum ullo modo infringere -- centum libras auri optimi componat -- et insuper excommunicationem et anathema, quam praescripti Archiepiscopi et episcopi una cum CLXXII bene religiosis, presbyteris, clericis, Abbatibus, monachis nostram ante praesentiam sanxerunt, scil. ut fiant dies eius pauci, et episcopatum eius accipiat alter, fiant filii eius orfani et uxor eius uidua, orationes eius non exaudiantur, nec propitietur ei Deus, in tristitia sit cum dolore usque in tempora notissima, morte iniquorum moriatur, cum Dathan et Abiran et Iuda traditore in inferno teneat, semper habeat, teneat et possideat. Qui autem corroborauerint, adiuuerint, habeant benedictionem a patre, filio et spiritu sancto et a beatissima Maria -- et omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, thronorum, dominationum, principatuum, potestatum, Cherubim, Seraphim et omnium beatorum spirituum. Qui legunt et audiunt affirmando dicant fiat, fiat.* Paullo tolerabilior est formula *Murator.* T. II antiq. p. 120: *si quis uero, quod non credimus, huic nostrae imperiali praeceptioni contraire, aut in aliquo molestari tentauerit, primitus Dei omnipotentis incurrat iram. Deinde sancimus, ut componere cogatur centum libras auri probatissimi ei, cui molestari non erubuit. Et haec nostra praesens conscriptio, sicuti constituimus, inuiolata permaneat. Vnicuique uero nostrorum successorum, qui per tempora fuerint, interdicimus et sub diuina inuocatione adiuramus et attestamur, ut nostrae deliberationis facta, ut a nobis edita sunt, ita firmata irrefragabiliter, sempiternaliterque permanere, si uero, quod non credimus, nostrum irruperint, sentiant in praesenti seueritatem aeterni iudicis et in futuro cum Iuda ueritatis proditore sempiternam luant combustionem.* Chron. Casaur. in *Dacher.* T. II p. 935 his fimiilia prodit: *si quis autem huius nostrae institutionis et quod magis est diuinae promulgationis sacrilegus contemtor et temerarius uiolator exstiterit, sciat se incursurum iram ipsius sanctae et indiuiduae trini-*

trinitatis atque in tremendo iuſti iudicis examine cauſſam nobiſcum dicturum ac per hoc cum Iuda proditore ab Apoſtolico agmine cum impiis ac ſacrilegis ſequeſtratus pars illius ſit in ſtagno ignis ardentis et ſulphuris. lb. p. 934 multa irrogatur: *ſi quis autem ex praeſulibus, ducibus, comitibus, Caſtaldionibus, ſculdaſionibus ſeu quibuslibet publicae partis officialibus nec non etiam diſcurrentibus miſſis noſtris -- immunitatis noſtrae mulctam h. e. poenam triginta librarum argenti ſacratiſſimo loco componere compellatur*; Itemque in *Vgbell.* T. I p. 1427: *ſciat ſe decem libras auri optimi compoſiturum.* lb. p. 1428: *imperialis praecepti temerarius uiolator XII pondera auri probatiſſimi eidem eccleſiae uel ipſius rectoribus compellatur et hoc quod auferre conatur, euindicare non ualeat; inſuper et immunitatis poenam XXX libr. argenti perſoluere ſaepedicto epiſcopo cogatur. ſimiliter uolumus, ut quicumque poſt hanc noſtram imperialem praeceptionem libellos, quos pro Dei omnipotentis amore, noſtraeque pariter animae remedio funditus exſtinximus, retinuerit et ipſos praeſentialiter iam ſaepedicto reuerendo Guagino epiſcopo non reddiderit, ut nec ei, nec ſuis ſucceſſoribus aliqua maneat contrarietatis ſubſpicio bannum pro ſe et immunitatem -- tanquam rebellis noſtrique praecepti transgreſſor componere cogatur.* lb. T. II p. 249: *auri puri lib. DXXX medietatem palatio noſtro et medietatem partem praedictae Regienſi eccleſiae inſuper et infamia publica notatus tamquam ſacrilegus habeatur ab omnibus.* lb. p. 528: *ut deinceps nullus Dux, marchio, epiſcopus, comes, uicecomes, Caſtaldio, ſculdaſius -- inquietare praeſumat.* Chron. Vulturn. in *du Cheſne* T. III p. 689: *ſciat ſe compoſiturum auri libras trecentas medietatem ſacro noſtro palatio et medietatem eidem uenerabili monaſterio.* *Murator.* T. I Antiq. p. 933: *aeterno iudicio condempnatus partem in futuro habeat cum principe tenebrarum infernale ignis aeterni et ſulphuris et in praeſenti -- centum libras auri obrizi componere compellatur medietatem imperiali camerae et medietatem ſupratoxatae Angilbergae.* p. 935: *decem millia mancoſorum aureorum multandum, medietatem camerae noſtrae et medietatem dicto Gumberto uel eius heredibus.* add. p. 570. *Gattul.* acceſſ. T. I p. 39: *ut nullus Dux, marchio, comes, uicecomes ſeu quilibet reipublicae exactor homines eiusdem eccleſiae iniuſte angariare uel flagellare ſeu res eccleſiae tollere aut illum diueſtire audeat.* p. 41: *ſi quis autem quod minime credimus de hoc per hanc noſtri praecepti paginam concedimus, aliquid ſiue in rebus ſiue in porto moleſtauerit aut minime praeſumſerit triginta*

libras argenti ad pars ipsius monasterii componat. Margarin. T. II c. 33: *si quis hoc nostrum uiolare praesumserit praeceptum, nouerit se compositurum duo milla mancusos auri, medietatem palatio nostro, medietatem uero prefato homini* (Ermaldo) *eiusque heredibus.* add. c. 36. In constit. 37 in hanc clausulam incidimus: *uniuique uero successorum nostrorum interdicimus et sub diuina uocatione contestamur, quatenus si ipsa* (Gisla) *uel iam dicta mater eius superuixerit nihil ex his, quae in hoc scripto continentur, illi minuere uel auferre moliatur. Quodsi fecerit optamus atque omnimodis imprecamur, ut huius rei rationem Deo uniuersorum iudici, rectorumque rectori et domino dominorum plenissime reddat.*

Preces imperantur.

§. CXXV.

In liberalitatis redhostimentum preces etiam pro se litari uoluit Imp. Notemus literas *Vghell.* T. VIII p. 44: *pro Dei et S Michaelis amore nostraeque dilectissimae coniugis Angilbergae ac prolis omnisque parentelae nostrae nec non pro nostri status imperii omniumque nostrorum sospitate ac prosperitate concessimus*, et postea: *pro nobis nostraque dilectissima coniuge -- missa canatur et die noctuque semper per singulas officiorum horas ter cum propria oratione dicatur Kyrie eleison et in matutinorum expletione Deus misereatur nostri ac horae tertiae Deus in adiutorium meum intende seu completorium de profundis, ubi aeternaliter decantentur.* Murator. t. II p. 56 antiq. *qualiter praesules eiusdem aecclaesiae cum Clero et omni populo sibi subiecto pro nobis atque stabilitate totius imperii nostri Domini misericordiam obnixius exorare delectet.* Ib. T. I p. 926: *pro incolumitate nostra siue etiam totius Imperii a Deo nobis collati et eius clementissima miseratione per immensum conseruandi una cum Clero et populo sibi subiecto iugiter domini misericordiam exorare delectet.*

Clausula subscriptionis et subsignationis.

§. CXXVI.

Clausula postrema annuli quidem meminit, haud minus tamen frequenter bullae siue bullarum. *Et ut haec nostra auctoritas firmiorem in Dei nomine obtineat uigorem de annulo nostro subter eam iussimus sigillari.* Vghell. T. I p. 1427, 798. *Et ut hoc auctoritatis nostrae pragmaticum firmissimum omni tempore uigorem obtineat et diligenter a posteris nostris cunctisque ministris reipublicae Italiae conseruetur, more nostro subter confirmauimus et de bulla nostra sigillari praecepimus.*

mus. Id. T. IV p. 961. *propriamanu eam firmauimus et bullis noſtris roborari pariter praecepimus.* Id. T. VIII p. 44. *Et ut hoc noſtrae ſublimitatis imperiale praeceptum inconuulſe retineatur -- roboratum ex bullis noſtris iuſſimus adſignare. Puricell.* mon. Ambr. p. 102. *Et ut haec noſtrae largitionis, confirmationis atque donationis, nec non etiam immunitatis atque defenſionis Auguſtalis auctoritas firmior ac ſtabilior habeatur et diligentius futuris temporibus obſeruetur manu propria ſubter inſignitam ex bulla noſtra eam iuſſimus annotari.* Chron. Caſaur. apud *Dacher.* T. II p. 931. *Manus noſtrae monogrammate auguſtaliter inſignitam ex bulla noſtra ſubter eam iuſſimus adnotari.* Murator. T. II antiq. p. 453 *annulo noſtro ſubter iuſſimus adnotari. Id.* t. II p. 794. *manu propria ſubter confirmauimus et anuli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus.* t. I p. 570. *Vt autem haec noſtra imperialis praeceptio per futura tempora firmiorem obtineat vigorem manus noſtra ſubter firmauimus et annulo noſtro ſigillari.* Gattul. acceſſ. T. I p. 39.

§. CXXVII.

Monogramme cum formula.

Formula Monogrammatis nulla perpetua. Legimus: *ſignum domini Hludouici ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.* Deeſt tamen modo nox domini, modo Imperatoris, modo Auguſti; interdum occurrit *glorioſiſſimi, piiſſimi Auguſti; Margarin.* T. II c. 34, 35. Interdum accedit: *ſignum manus Ludouici &c.* in Chron. *Caſaur. Vghell.* et *Murator.* Antiq. Quod ad ipſum attinet monogramma, idem, quod Ludouicus P. auus, adhibuit. Hinc *Baudis.* §. 13 iam quaedam emendauit; alia, quae *Panuinus* de princ. Rom. L. III p. 173 et *Strada* de Caeſar. p. 377 et *Vghell.* T. VIII p. 44 exhibuere, reiecit. *Murator.* T. I antiq. p. 569 et 933 etiam huius Imperatoris Monogrammata deſignauit. In *Gattul.* acceſſ. T. I p. 39 ſcribitur: *ſignum domini Ludouici Regis glorioſiſſimi*; ſed adiungitur monogramma Lotharii.

§. CXXVIII.

Cancellarii Druthemirus.

Prodeant nunc Cancellarii, quorum plures eodem tempore, quin et notarios ſolos nouis interdum formulis recognouiſſe perſpicimus. Primum nominemus *Druthemirum*, qui a notario

Lotharii haud alius uidetur. *du Cheſn.* hiſt. Cancell. p. 77 *Tractemirum* Archicancellarium fuiſſe ſtatuit, eique ſubdit notarios Simpertum et Druſtemium e *Chron. Caſaurienſi: quae denique ego Simpertus Notar. ex ſupra ſcripterum ammonitione et ex dictato Tractemiri Archicancellarii ſcripſi a. imperii domini eiusdem Aug. Ludouici decimo menſe Martio ind. VIII Druſtemius archinotar. interfui et ſubſcripſi.* A. 852 uel 853 tabulis quibusdam ſolus adeſt: *Druſtemirus ſacri palat. Archinot. rec. et Druſtemirus ſacri palat. Notar. rec.* Murator. antiq. T. II p. 867 et T. III p. 170. *Druſtemirus Archicancell. rec.* *Vghell.* T. V p. 716 et p. 39: *Druchſemirus Archicancell. rec.* His uſus eſt Notariis: A. 852 *Georg. ſubdiac. atque Notar. ad uic. Oryct.* (Druſtemiri) *rec. Id.* T. IV p. 583. Eod. a. *Raberius Notar. d. Imper. ad uic. Druſt. rec.* *Murator.* T. II Antiq. p. 25. a. 853: *Verimboldus Cancell. ad uic. Druſt. rec.* *Vghell.* T. V p. 270. a. 857: *Werimboldus Notar. rogatus ad uic. Druſtem.* *Murator.* T. II p. 793 et a. 856 *Margarin.* T. II c. 33. a. 855: *Rainus Notar. ad uic. Druſtem. rec. et ſcr.* *Murat.* c. l. p. 55. a. 856 *Plato Not. ad uic. Druſtem.* *Margarini* T. II c. 34, 35. *Murator.* T. V p. 281 antiq. a. 857: *Theodacrus Notar. ad uic. Druſtemiri rec.* *Vghell.* T. II p. 248. a. 861 (ſi notae non fallunt) *Pu - - Notar. ad uic. Druſtem. rec.* Murat. c. l. T. I p. 569. *Druſtemirus archinotarius.* *Margar.* T. II c. 37. *Druſtremirus ſubdiac. atque notar. ad uic. Egilmari rec.* a. XVII h. e. 867. *Gattul.* hiſt. Caſin. acc. T. I. p. 39. Poſthaec

2. Adalbertus. Druſtemirus tacetur. Iam a. 850 *Adalbertus Cancellarius ad uic. Remigii ſcripſ. et ſubſcr.* *Murat.* c. l. T. II p. 117. add. *Vghell.* T. IV p. 961. *Margarin.* T. II c. 37. a. 861. Solus *Adelbertus Cancell.* rec. a. XI. *Vghell.* T. II p. 97 et *Adelbertus Notar. iuſſu recogn. regis* a. 872 ib. p. 249. In *Baluz.* T. II Cap. p. 1469 Reganfre-

3. Reganfredus. dus Archiepiſcopus Viennenſis in charta a. 858 dicitur ſacri palatii Notariorum ſummus, eamque *Teudo Notar. ad uic. Reganfredi Archicancell. rec.* Ib. p. 1471 *Arnulf. Not. ad uic. Regamfredi Archicanc. rec.* a. 862 *ſanctiſſimus Cancellarius Arnulphus Archiepiſcopus et Notarius hoc deſcripſit.* *Vghell.* T. IV p. 337. a. 863. *Gangimus Notar.*

4. Gangimus; *iuſſu*

iussu imperiali rec. Murat. T. I antiq. p. 569. a. 870. *Ego Gauginus iussu piissimi Aug. d. Hlud. scr. et subscr.* Id. T. II p. 119. a. 871: *et ego Gauginus sacerdos atque Capellanus iussu ipsius serenissimi Augusti subscr.* Id. T. I p. 585. add. a. XXI ind. VIII *Vghell.* T. VIII p. 44. a. 874: *Gauginus ex iussu imperiali scr. et subscr.* Murator. c. l. T. II p. 453. a. 873 et 874: *Giselbertus presbyter et Notar. ex iussu imperiali scripsi et subscr.* aliī. Chron. Casaur. apud *Dacher.* T. II p. 931 sq. *Puricell.* monim. Ambros. p. 102. a. 874: *Adalgisus Diac. et Not. iussu imperatorio rec. et subscr.* Murat. T. I Antiq. p. 935. Eod. a. *Ego Elias diac. et Abbas iussu sereniss. Aug. dom. nostri Ludou. scr.* Vghell. T. I p. 1428. Eod. a. *Giselbertus presbyter et Notar. ex iussione domni Ludouici sereniss. Imp. Aug. scripsi.* Gattul. access. T. I p. 41.

§. CXXVIIII.

Sigillum huius Imperatoris depinximus ex Murator. T. I Antiq. p. 572 a. 863. Id. T. II p. 117 testatur, bullam appensam fuisse tabulis, quibus Imper. Angilbergae sponsae suae dotalitium constituit a. 850. Ib. p. 454 affirmat, in monasterio S. Sixti duo authentica alicuius chartae, a. 874 Imperatrici datae, seruari, quorum ex altero sigillum plumbeum pendet, in quo caput Ludouici laureatum, cum epigraphe: *Hludovvicus Imp. R.* et in auersa: *Cl. Aug. Dec. Imp.* h. e. clarissimus Augustus Decus Imperatorum siue imperii. uid. etiam Mabill. T. III Ann. Bened. p. 186. Apud *Vghell.* T. VI p. 1310 exstat alia charta pro monasterio S. Clementis Insulae Piscariae exarata, quae bullae plumbeae impressione sigillata dicitur, sed *Cangius* u. *bulla plumbea* has tabulas ab omni falsi suspicione immunes praestare non uult. In Chron. Casaur. apud *Dacher.* uenditores fundi cuiusdam a *clementissima regina* (Ludouici II uxore) *bullas de auro duas* accepisse perhibentur; uerum bullas istas pecuniae, non sigilli loco fuisse, re ipsa apparet. Sigilla.

§. CXXX.

§. CXXX.

Notae chronicae ad uarias epochas accommodatae.

De notis chronicis iam monuit *Mabill.* R. D. p. 205, in Italiae Sacrae T. V passim annos incarnationis accessisse; sed opera fortasse recentioris manus, tum quia in Chronico Casaurensi multa huius Imperat. occurrunt acta sine annis incarnationis, tum quia unum ipsius Ludouici diploma exstat in Italiae s. T. VI cum anno incarnationis, quod idem sine hac nota habetur in Chron. Casaur. apud *Dacher.* in spicil. Deinceps animaduertimus quatuor Ludouico epochas fuisse, quibus notae haud parum obscurantur. Prima decurrit ab a. 844, d. XV Iun. quo Rex Langobard. factus est; altera ab a. 849 siue ab imperii consortio; *Pagi* T. III crit. p. 676 id initum fuisse intra diem XIX m. Maii et diem tertium m. Octobris monstrat; tertia ab a. 850, altero die Decembris, quo a Leon. IV ungebatur; quarta denique ab a. 855, patris emortuali. *Pagi* T. III p. 591. His omnibus *Astesatus* anteponit epocham a. 840, ab aui obitu. Firmat eam tam per iam notata documenta, quam per instrumentum aliquod apud *Campum* p. 457: *In Christi nomine a. dom. Hlotharius Imperator Hludouici Rex eius filio anni regni eorum XXVII et VII mense Iun. ind. X*, quod incidit in a. 847. Alteram repetit ab a. 843 VIII saltem die Februar. eamque singulari dissertatione adiecta commentariolo Euangelistae Manelmi de obsidione Brixiae, atque iterum in epistola roborat atque defendit. Exhibebimus more nostro formulas, easque suis epochis restituere tentabimus.

A. 842. placitum a. dom. Luthar. Aug. XXII eiusque filii Ludou. II. XII Kal. April. ind. V. *Murat.* T. II antiq. p. 978.

A. 845. Iudicatum. a. domnor. nostr. Hlotar. inuictiss. Imper. a. XXV et d. Hlud. filii a. V sub die XXVI de mense Febr. ind. VIII. *Murat.* T. II antiq. p. 973.

A. 846. D. III Non. Octobr. a. Chr. pr. d. Hl. pii Imp. XXIII et Hlud. glorioss. Imper. in Italia III ind. XV (IX) *Campus* in hist. eccl. Placent. P. I p. 457. *Astesat.* ducit ab a. 823 et 843.

A. 848. D. m. Maio d. XX a. IV ind. XI. Act. in pal. reg. Aquisgr. *Lunig.* Cod. Ital. dipl. T. I p. 1515, charta suspecta.

A. 849.

A. 849. D. VI Id. Febr. a. Chr. prop. Imp. dom. Lotharii pii Imper. XXVI et Ludou. glorioſiſſ. Aug. in Italia VI. ind. XII in palat. reg. *Sigon.* de regno Ital. p. 302. *Aſſeſat.* hic utitur epochis a. 823 et 843.

A. 850. Indict. XIV (XIII) et Hlotharii atque Hludouici piiſſimorum Auguſtorum XXX atque I in urbe regia Ticino facta ſynodus. *Harduin.* Concil. T. V p. 25 ab a. 849. D. III Non. Oct. a. Chr. prop. imperii d. Hludovvici piiſſimi Auguſti II ind. XIV Act. Maringo curte regia in d. n. f. a. (uidentur anni ab a. 849 petiti) *Murator.* T. II antiq. p. 117.

A. 851 Beneuentum Saracenis eripit Ad a. 851 aut 852 placitum refert *Murator.* T. II antiq. p. 954: a. domnorum noſtrorum Hlothar. et Hludovvici Imper. XXXII et II ind. XV.

A. 852. D. IV Id. Ian. a. d. Lotharii ſereniſſ. Aug. in Ital. XXXII in Franc. XXII (XII) et Ludouici magni Imp. I ind. III. Actum Caſtriano uilla regia fel. in dom. (notae deprauatae) *Vghell.* T. IV p. 583. D. IV Kal. Febr. a. Chr. prop. imperii d. Hloth. pii Imp. XXXII et Hlud. glorioſiſſimi Auguſti in Ital. II ind. XV. Act. Sexpilas curte regia. (ab a. 850) *Murator.* T. II. antiq. p. 25. D. X Kal. Iun a. Loth. XXXII et Lud. II Ind. XIV. Act. Colon. pal. reg. *Vghell.* T. I p. 1427.

A. 853. D. VIII Kal. Mart. a. Loth. XXXIII et Lud. in Ital. III ind. XV. Act. Mantua palat. reg. *Murat.* T. II Antiq. p. 867 refert ad a. 852, ſed haud recte concordant numeri. D. VIIII Kal. Sept. a. Loth. XXXIII et Hlud. IV ind. X act. Curte Auriola. *Vghell.* T. V p. 718. D. V Non. Oct. a. Hloth. XXXIII et Hlud. III ind. I. Act. curte Turiola palat. reg. *Murat* c. I, T. III p. 170. ad a. 852.

A. 854. D. Non. Iun. a. Hloth. XXXV et Hlud. in Ital. V ind. II. Act. in Brixia ciuit. *Murat.* c. I. T. I p. 925. Capitula Ticini edita a. DCCCLIV, imperii d. Hlud. Imp. Aug. VI ind. IV. *Baluz.* T. II capit. p. 347.

A. 855. a. inc. dom. DCCCLV indict. III M. Febr. die mensis eiusdem quarto, cum dominus magnificentissimus Hludovvicus Augustus apud Ticinensem ciuitatem in Augustali aula resideret &c. *Baluz.* T. II Capit. p. 355. D. VI Id. Febr. a. Hloth. XXXVI et Hlud. in Ital. VI ind. III. Act. Mantuae pal. reg. *Murat.* c. l. T. II p. 55. Posthaec, mortuo patre, anni solius Ludouici numerantur.

A. 856. D. pridie Id. Mai. a. VII ind. IV et binae chartae D. XIV Kal. Iun. a. VII ind. IV act. Brixia ciuit. in monasterio nouo. ab a. 849. *Margarin.* Bullar. Casin. T. II, c. 33, 34, 35. D. Kal. Nou. a. X ind. V act. Papia ciuit. palat. reg. *Vghell.* t. V p. 39.

A. 857. D. III Id. Ian. a. imp. Hlud. sereniſſimi Aug. septimo, ind. V. Act. Mantua palat. reg. *Vghell.* T. II p. 248. *Murat.* T. V antiq. p. 193. D. III Non. April. a. VII ind. V. Act. Mantua ciuit. et palatio regio. *Murat.* T. V antiq. p. 281 ad a. 857. D. XII Kal. Iul. a. imp. d. Hlud. piiſſimi Aug. VIII ind. V. Act. - - - Ariola. *Murat.* T. II p. 793.

A. 858. Placitum: a. imp. domni n. Hludou. Imp. VIII, X Kal. April. ind. VI. *Murator.* T. III p. 1034. antiq. D. VIII Kal. Maii consecrationi Nicolai P. adfuit. D. Viennae ciuit. a. Deo prop. imperii IIII (ab a. 855) dom. nostri Hlud. sereniſſimi Aug. II scil. Kal. Nou. ind. VII. Act. Viennae urbi in Chr. n. f. a. *Baluz.* T. II Cap. p. 1469.

A. 859. D. Viennae urbi VII Kal. Nou. a. imp. V. *Baluz.* c. l. p. 1471. D. Kal. D. a. imp. VIII ind. VIII (male consentiunt notae) Act. Papiae ciuit. pal. reg. *Chron. Farf.* ap. *du Cheſne* T. III p. 665.

A. 861. D. IV Id. Ian. et Id. Ian. a. XI ind. IX. Act. Brixia ciuit. monast. nouo. *Margarin.* T. II c. 36, 37, ab a. 850. D. V Id.

V Id. Mart. a. imp. VIII ind. IX. Act. Mantua ciuit. et palat. reg. *Murat.* T. I antiq. p. 569. Actum Maringo palat. reg. i. d. n. f. D. Non. Octobr. a. Chr. prop. DCCCLXI imp. dom. Ludou. piiſſ. Aug. XI ind. IX. *Margarini* c. 38 ab a. 850. D. pridie Id. Ianuar. a. imp. XI ind. X. act. Brixia ciuit. Ib. c. 39 refertur ad a. 862.

A. 862. D. IIII Id. Iun. a. d. i. 862 d. Hlud. VII. act. Papiae fel. *Vghell.* T. IV p. 337. D. Kal. Nou. a. X ind. V. act. ib. *Id.* t. V p. 39. (obſcura.)

A. 863. D. III Non. April. a. X ind. XI. Act. Venuſiae. *Muratori.* c. l. Beneuenti agit Imper.

A. 864. Romam uenit. Rauennae Paſcha celebrat. Vrbae cum fratre Lothario colloquitur.

A. 865. D. IX Kal. Marc. a. Chr. prop. imp. d. Ludouici pii Imperatoris XVII ind. XIII. Act. ciuitate Beneuento in Dei nom. fel. amen. Ludouicus Dei gratia imp. Aug. *Gattul.* acceſſ. T. I p. 39, qui indict. XIII cum XV commutat. Nam poſt captam Capuam Beneuentum tendit Ludouicus. Placitum miſſorum Imper. anno Hlud. XVI menſe Mart. indict. XIII. *Murator.* T. V antiq. p. 277 ad a. 865. D. XIII Kal. Oct. a. XI. act. Parmae ciuit. *Vghell.* T. II. p. 97. Act. Maringo pal. reg. d. Non. Oct. a. 865 imp. XI ind. XIV. Ib. T. IV p. 961. *Murator.* T. III antiq. p. 80 notas has ita dedit: D. Non. Octobr. a. Chr. prop. imp. d. Hlud. piiſſ. Aug. XI ind. VIII. Act. Maringo i. e. a. 859. A. XV die de menſe Nouembr. ind. XIII. *Murator.* c. l. T. II p. 241, qui ducit ab a. 850, quo menſe Nouembr. adhuc decurrere potuit ind. XIII. Non enim, ut Pagius cenſet, eo ſaeculo noua indictio ubique in curſu eſſe incipiebat menſe Sept.

A. 866. D. III Id. Iun. a. imp. XVII ind. XIV et poſtquam cepit Capuam a. l. Act. Capua ciuit. *Chron. Vulturn.* ap. *du Cheſne* T. III p. 689.

A. 867. Act. ciuit. Beneuento, ubi ipſe Auguſtus praeerat a. imperii eius XVII menſe Mart. ind. XV. *Chron. Farf.* ap. *Murat.* T. II P. II p. 399 in not.

A. 869. D. a. d. i. DCCCLXIX ind. II a. d. Ludou. reg. regnantis XXIII. Act. Rauennae fel. *Vghell.* T. II p. 528. Aliena.

A. 870. a. Lud. Imp. XV, XV Kal. Ian. ind. III. *Vghell.* T. I p. 798. Act. Capuae ciuit.; IV Non. Iul. a. XXVIII ind. III; haec incidit in a. 870; a. XXVIII mendoſus eſt. Capuae a. 870 egiſſe potuit Imp. quamquam dubitet *Peregrinus* in hiſt. princip. Langob. p. 275 T. II rer. Ital. P. I.

A. 871. Acta Beneuenti d. XVIII Kal. Mai. a. XXII ind. IV. *Murat.* T. I antiq. p. 585. D. VI Id. Sept. a. i. d. DCCCLXXII a. imp. XXI ind. IV. Act. Mantuae. *Vghell.* T. II p. 249. a. XXII menſ. Nouembr. ind. V. *Mabillon.* R. D. p. 542.

A. 872. Act. a. XXIII et die menſe Ianuarii prima ind. V. Act. felic. in Balba. *Chron. Vulturn.* c. I. p. 690. D. V Kal. Iun. a. XXIII ind. V. Act. in ciuit. Roma palat. Imperatoris. *Chron. Farf.* ap. *du Cheſne* T. III p. 666.

A. 873. D. VII et pridie Kal. Iun. ind. VI. act. ciuitate Capua a. d. Hlud. ſereniſſ. Imp. Aug. XXIV. *Chron. Caſaur.* in *Dacher.* T. II p. 931, 932. D. pridie Id. Iun. ind. VI Act. ciuit. Capua a. XXIV. *Puricell.* monim. Ambroſ. p. 102. a. XXIV m. Dec. ind. VII. *Mabill.* R. D. p. 544.

A. 874. Act. prope urbem Rauennam ad S. Apollinarem. D. uero a. d. Hludouici Imp. Aug. XXIIII. menſe Marcio per ind. VII. Hlud. gratia Dei Imp. Aug. *Gattul.* acceſſ. T. I p. 41. D. III Kal. Mai. ind. VII. act. foris ciuitate Rauenna ad S. Apollinarem a. XXV. *Chr. Caſaur.* c. I. p. 932. D. Kal. Sept. ind. VIII. Act. Olonna in curte imperiali a. XXV. Ib. p. 934. D. VII Id. Oct. a. XXV

a. XXV ind. VIII. act. Holonna curte regia. *Murat.* T. I antiq. p. 935. D. IV Id. Oct. ind. VIII. act. Olonna curte imperiali a. XXV. Ib. p. 933. D. III Id. Oct. eod. a. et loco. *Chr. Caſaur.* c. l. p. 935. D. Id. Oct. ind. IX anno Imper. d. Ludou. XXXV. act. Olonna. *Aſteſat.* in epiſt. p. 22 e tabulario S. Sixti Placent. qui reſtituit ind. VIII et epocham ad a. 840 refert. D. Kal. Nou. Ib. in Chr. Caſ. Act. Cariano D. VI Id. Dec. a. XXV. ind. VIII. *Vghell.* T. I p. 1428.

A. 875. D. a. XXIV m. Mart. ind. VIII. *Gattola* acceſſ. P. I p. 41. Act. Beneuenti ciuit. D. IV Kal. Iun. a. XXI ind. VIII. *Vghell.* T. VIII p. 44. Mortuus eſt pridie Id. Auguſti in finibus Breſcianis.

Aſteſatus in fine epiſtolae p. 47 omnes Ludouici epochas, quas ſibi deprehendiſſe uiſus eſt, ita proponit: prima repetatur ab anno incerto Italicae donationis ab auo Ludouico obtentae. 2) ab a. 840. 3) ab a. 843., quo Imperator Ludouicus renunciatus eſt. 4) ab a. 844. 5) ab a. 849. 6) ab a. 850 a V uel VIII Octobris die. 7) ab a. 855. 8) ab a. 856 ex congreſſu ad Vrbam, oppidum Burgundiae, modo Franca Contea, Ludouicum inter Lotharium et Carolum fratres poſt Lotharii patris obitum inito. 9) ab a. 857 Caroli fratris obitu. 10) ab a. 866 a Capua Iunio menſe expugnata. 11) ab a. 869 VIII Id. Aug. quo frater Lotharius obiit. 12) ab eius in regem Franciae coronatione a pontifice Hadriano Romae celebrata.

§. CXXXI.

Chartam leuioris notae exhibet *Lunig.* T. I Cod. diplom. Ital. p. 1515, qua *dilecto ſuo equiti Othoni Eſtenſi* Comaclum dant Imperatores Hlotar. et Ludouicus. Initium ita habet: *In nomine domini Dei et ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hlotarius et Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti.* Finis: *Ego Hlotarius* Tabulae dubiae. Eſtenſ. Comaclum traditur.

miſericordia Dei Imperator ſubſcripſi. Ego Hludouicus Imperator ſubſcripſi. Datum menſe Maio die uigeſimo anno imperii regnorum quarto, indict. undecima. Actum in palatio regio Aquisgrani. Fabulas has iam diſcuſſit *Murator.* dans les droits de l' empire ſur l' etat eccleſiaſtique c. XV p. 167.

2. Coenob. S. Galli in tutelam ſuſcipitur.

Murator. T. V antiq. p. 961 priuilegium immunitatis et libertatis monaſterio S. Galli a Ludouico Imper. conceſſum tradit, ſed haeret, cui ex Ludouicis id tribuendum ſit. Incipit: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti Dei eterni. Ludouicus gratia Dei Imperator Aug. - - quia Salamanus dilectus uaſſus noſter, Abbas monaſterii S. Galli petiit clementiam noſtram, quatenus eamdem Abbatiam - - ſub noſtre emunitatis defenſione dignaremur ſuſcipere - - ſiquis autem hanc noſtram auctoritatem uiolare preſumpſerit, nouerit ſe pena dammandum ad partem predicte eccleſie immunitatem, quam ceteris eccleſiis conceſſam habemus h. e. triginta libris argenti - - Datum pridie Non. Mart. a. Chr. prop. imp. domni Ludouici ſereniſſimi Auguſti XI ind. XIV. Act. Mantua ciuitate palatio regio i. d. u. amen.* Stilus curiae Ludouici II huic diplomati ſat conuenit; ſed nullus Salamannus eo tempore coenobio praeerat, nec, quid iuris Ludouico II in idem fuerit, conſtat.

Cap. VI.

Cap. VI.

De diplomatibus Caroli Calui.

§. CXXXII.

PRecandi formulam perpetuam et eamdem, ante et poſt imperium ſuſceptum, retinuit Carolus: *In nomine ſanctae et individuae trinitatis*; quam et ſequentibus Imperatoribus tradidit. *Marten.* tamen T. I th. Anecd. p. 31 et 34; et T. I, V. M. p. 105, 111, 118 quasdam chartas incoat: *In nomine domini* (Dei) *et ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti*; ſed earum nonnullae et alia ſingularia habent. Duo diplomata, quorum alterum in *Chiflet.* hiſt. Trenorch. p. 190, alterum in appendice ad concilia Galliae Narbon. n. 1 exſtat, Carolo M. uindicantur; attamen auctor Caluus ex introitu cognoſcitur, cum praeſertim ea Audacher ad uicem Gozleni recognouerit. Auſpicia.

§. CXXXIII.

Alium in fronte diplomatis titulum ſibi tribuit Carolus Rex, alium Imperator. Conſueta formula Regis haec eſt: *Karolus gratia Dei uel Dei gratia Rex.* Deſerunt eam chartae apud *Marten.* T. I, M. V. p. 111: *Carolus diuina ordinante prouidentia Rex Francorum.* add. T. I th. Anecd. p. 31, 34; et p. 192 V. M. *Carolus Dei gratia Francorum Rex.* p. 118: *Carolus Francorum et Aquitanorum gratia Dei rex.* p. 166: *Carolus miſericordia Dei rex.* add *Baluz.* T. II Capit. p. 1460. Id. p. 1452: *Karolus diuina propitiante clementia Rex. Mir.* T. I p. 248: *Carolus diuina propitiante clementia Rex Francorum.* Cum Imperator factus eſſet, hunc ſcribendi morem ſumſit: *Karolus eiusdem Dei omnipotentis* Titulorum inſcriptio.

miſericordia Dei Imperator ſubſcripſi. Ego Hludouicus Imperator ſubſcripſi. Datum menſe Maio die uigeſimo anno imperii regnorum quarto, indict. undecima. Actum in palatio regio Aquisgrani. Fabulas has iam diſcuſſit *Murator.* dans les droits de l' empire ſur l' etat eccleſiaſtique c. XV p. 167.

2. Coenob. S. Galli in tutelam ſuſcipitur.

Murator. T. V antiq. p. 961 priuilegium immunitatis et libertatis monaſterio S. Galli a Ludouico Imper. conceſſum tradit, ſed haeret, cui ex Ludouicis id tribuendum ſit. Incipit: *In nomine domini noſtri IEſu Chriſti Dei eterni. Ludouicus gratia Dei Imperator Aug. - - quia Salamanus dilectus uaſſus noſter, Abbas monaſterii S. Galli petiit clementiam noſtram, quatenus eamdem Abbatiam - - ſub noſtre emunitatis defenſione dignaremur ſuſcipere - - ſiquis autem hanc noſtram auctoritatem uiolare preſumpſerit, nouerit ſe pena damnandum ad partem predicte eccleſie immunitatem, quam ceteris eccleſiis conceſſam habemus h. e. triginta libris argenti - - Datum pridie Non. Mart. a. Chr. prop. imp. domni Ludouici ſereniſſimi Auguſti XI ind. XIV. Act. Mantua ciuitate palatio regio i. d. m. amen.* Stilus curiae Ludouici II huic diplomati ſat conuenit; ſed nullus Salamannus eo tempore coenobio praeerat, nec, quid iuris Ludouico II in idem fuerit, conſtat.

Cap. VI.

Cap. VI.

De diplomatibus Caroli Calui.

§. CXXXII.

RRecandi formulam perpetuam et eamdem, ante et poſt imperium ſuſceptum, retinuit Carolus: *In nomine ſanctae et individuae trinitatis*; quam et ſequentibus Imperatoribus tradidit. *Marten.* tamen T. I th. Anecd. p. 31 et 34; et T. I, V. M. p. 105, 111, 118 quasdam chartas incoat: *In nomine domini* (Dei) *et ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti*; ſed earum nonnullae et alia ſingularia habent. Duo diplomata, quorum alterum in *Chiflet.* hiſt. Trenorch. p. 190, alterum in appendice ad concilia Galliae Narbon. n. 1 exſtat, Carolo M. uindicantur; attamen auctor Caluus ex introitu cognoſcitur, cum praeſertim ea Audacher ad uicem Gozleni recognouerit. Auſpicia.

§. CXXXIII.

Alium in fronte diplomatis titulum ſibi tribuit Carolus Rex, alium Imperator. Conſueta formula Regis haec eſt: *Karolus gratia Dei uel Dei gratia Rex.* Deſerunt eam chartae apud *Marten.* T. I, M. V. p. 111: *Carolus diuina ordinante prouidentia Rex Francorum.* add. T. I th. Anecd. p. 31, 34; et p. 192 V. M. *Carolus Dei gratia Francorum Rex.* p. 118: *Carolus Francorum et Aquitanorum gratia Dei rex.* p. 166: *Carolus miſericordia Dei rex.* add *Baluz.* T. II Capit. p. 1460. Id. p. 1452: *Karolus diuina propitiante clementia Rex. Mir.* T. I p. 248: *Carolus diuina propitiante clementia Rex Francorum.* Cum Imperator factus eſſet, hunc ſcribendi morem ſumſit: *Karolus eiusdem Dei omnipotentis* Titulorum inſcriptio.

tentis misericordia Imperator Augustus. Pro *misericordia* legitur *gratia*. *Marten.* c. l. p. 198. *Vghell.* T. IV p. 87. Chron. Farf. apud *du Chesne* p. 667. *Karolus misericordia Dei uel diuina Imp. Aug.* deprehenditur in *Mir.* T. I p. 32, 138, 249. *Annales Fuldens.* ad a. 869 tradunt, Carolum se Imperatorem et Augustum, quod duo regna possideret, appellari praecepisse, ad a. uero 876: *Imperatorem et Augustum omnium regum cis mare consistentium;* sed chartis haec obscura. Nec *magni* epitheton sibi arrogauit, quamquam ab aliis interdum eo ornaretur. *Mabill.* R. D. p. 554.

§. CXXXIIII.

Prooemia. In exordiis maiorum locos communes expressit Carolus: *Si sacerdotum petitionibus &c. si sacris locis &c. Quidquid uoto aut gratiarum actione Deo omnipotenti offerimus -- hoc nobis ad praesentem uitam felicius transigendam et ad futuram uberius capessendam consequentius fore nullo modo dubitamus. Mabill.* R. D. p. 404. *Quanto amplius nostrorum fidelium maximeque sacrorum pontificum Augustalis nostra largitas fauerit &c. Vghell.* T. IV p. 87. *Si igitur congruis et opportunis negotiis fidelium nostrorum cum sacris petitionibus pro commoditate rerum et exaltatione uel stabilitate regni seu et flagitationibus seruorum Dei aurem celsitudinis nostrae accommodare non differimus &c.* Mabill. c. l. p. 527. *Regalis, imperialis, celsitudinis mos est fideles regni sui donis honorare.* *Murator.* T. V antiq. p. 199: *Ad hoc nobis diuinam gratiam Imperii fastigium contulisse credimus, ut clementiae nostrae meritum cunctiformiter in his, quae pietatis sunt, adcumulemus.*

§. CXXXV.

Promulgatio. Vel sigillatim eos certiores facit, quorum interest: *omnibus episcopis, Abbatibus, ducibus, comitibus, uicariis, actionariis, centenariis uel cunctis fidelibus nostris et sanctae ecclesiae praesentibus scil. et futuris.* *Baluz.* t. II cap. p. 1452. *omnibus Christicolis pax et salus.* *Mir.* t. I p. 249; uel generatim omnes alloquitur: *Igitur notum sit, nouerint cuncti fideles; experientia, industria, unanimitas*, et similia.

§. CXXXVI.

§. CXXXVI.

Varias compellationes honorificas chartae ſuppeditant Caroli, qui titulos largius, quam ſuperiores principes profudit, pluresque deprecatores aliosque, quorum memoria feſtis annuis recoli debeat, recenſet. Sibi ipſe *ſerenitatis, praecellentiae, excellentiae, magnificentiae, manſuetudinis, ſublimitatis, altitudinis, celſitudinis, magnitudinis, munificentiae, maieſtatis, principatus &c.* elogia tribuit. In *Baluz.* T. II p. 818 de ſe in ſingulari numero loquitur, ſuaque fata nonnihil exponit: *quia in conflictu altercationis fraternae, quando me notiſſima concertatio agebat, ut uires reſiſtendi penes me reſtaurarentur in fratrem, Neuernenſem comitatum deueni apud Magniacum uicum, ubi corpus ſacratiſſimum beati Vincentii confeſſoris Chriſti memorabili ueneratione percolitur ibique munificum largitorem Deum in eius commemoratione adorans deprecatus ſum ut eius ſuffragiis munimen diuinae protectionis adipiſcerer, quatenus per ſuam exoptabilem interceſſionem tranquillae proſperitati reſtituerer. Quin uero ſub ſpe talis adſecutionis uotis me obligaui ibidem ac beneficia temporalia conferre eius miniſtris perſeueranter promiſi.* Diem natalem ſuum, aliaque rei genealogicae inſeruientia docet in *Baluz.* T. II Cap. p. 1492: *Eo ſiquidem pacto* (praeceptum ob mercedem coniugis reginae Richeldis fieri iuſſit) *ut diem depoſitionis patris noſtri praecellentiſſimi Imperatoris Ludouici, quod eſt XII Kal. Maii et matris noſtrae glorioſiſſimae Imperatricis Iuditb, quod eſt XIII Kal. Aprilis, diem quoque natiuitatis noſtrae Idibus Iunii, nec non et diem a Deo nobis conceſſae unctionis, qui poſt obitum in diem ipſum in celebrando transfundetur, natiuitatem praeterea amabiliſſimae coniugis noſtrae Richeldis Reginae Kalendis Auguſti et copulam ſecundum Dei uoluntatem noſtrae coniunctionis, inſuper et ortum prolis noſtrae, ſi a foecunda uirgine impetrando data fuerit, ſub continua orationum miſſarumque aſſiduitate cum omni clero celebret.* Menetrier. hiſt. de Lyon p. 33 ex charta a. 855 ſimilia affert: *eo etiam pacto ut in anniuerſario domini et patris noſtri excellentiſſimi imperatoris Hludouici et glorioſae dominae matris enim Imperatricis Iudith et ualde nobis amabilis coniugis Irmintrudis IV Non. Octob et in die natiuitatis noſtrae Idus Iunii et unctionis ſimiliter et in die natiuitatis Richildis dulciſſimae nobis coniugis et Auguſtae ſaltem etiam et in die coniunctionis noſtrae IV Id. Octobr. praeſens rector atque futurus fratribus eiusdem eccleſiae refe-*

Imperatoriae compellationes.

Varia ad rem genealogicam familiae Auguſtae pertinentia.

ctionem ipſis placabilem pro hoc praeſenti dono uel ceteris beneficiis quae eidem eccleſiae contulimus amabiliter exhibeat. Item in *Mabill.* R. D. in duabus chartis p. 537, et 538 legimus: *ob refectiones annales fratribus praeparandas - - uidel. ut in Idibus Iun. quando Deus nos naſci in mundo uoluit et octauo Id. Iun. quando ſanctus ſanctorum nos ungi in regem ſua dignatione diſpoſuit, ſed et octauo dec. Kal. Febr. quando me Rex regum fugatis atque contritis ante faciem diuinae potentiae nobiſcum agentis in regnum reſtituit, quae commemoratio poſt obitum noſtrum in depoſitionis diem, cum me dominus uiam uniuerſae carnis ingredi iuſſerit, conuertatur, nec non et in Id. Dec. quando Deus me dilectam coniugem Hirmentrudem uxoreo uinculo copulauit, uerum et quinto Kal. Oct. quando ipſa dilectiſſima nobis coniux nata fuit, quae commemoratio conuertatur in depoſitionis eius diem, quando diuina uocatione ab hac mortalitate migrauerit, refectiones praeparentur.* Accedit *Sammarth.* t. IV G. Chr. p. 267: *idem pontifex et ſucceſſores eius in die obitus genitoris noſtri Auguſti Hludouici, qui eſt 12 Cal. Iulii et in die obitus genitricis noſtrae Iudith Auguſtae, qui eſt 13 Cal. Maii et in die natiuitatis noſtrae, quae eſt Idibus Iunii et in die inunctionis noſtrae per miſericordiam Dei in regem, quae eſt 7 Idus Iunii et poſt uocationem noſtram ex hoc ſaeculo in die migrationis noſtrae uolumus agi ſuperius dictae ſanctae matris eccleſiae fratribus refectionis prandia pro tempore et rerum poſſibilitate parare non negligant.* Ib p. 269 dies natalis Caroli dicuntur Idus Maiae. *Marten.* T. I, V. M. p. 160: *ob eleemoſynam genitoris noſtri et eiusdem noſtrae genitricis ac noſtram ſeu dilectae uxoris proliſque noſtrae inſtituimus in die obitus ſui, quod euenit XIII Cal. Maiarum exinde ſimiliter plenariam refectionem ac VI Cal. Ianuar. i. e. tempore ac die quo domino annuente in regni faſtigio conſecrati et ordinati ſumus.* Patris ſaepius meminit *domini et ſereniſſimi Ludouici Aug. piae recordationis;* Apud *Mabill.* c. l. *ſanctae recordationis Auguſti ſeu genetricis noſtrae Iudith Imperatricis. Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 225 inſtr. *ob eleemoſynam domini et genitoris noſtri Ludouici piiſſimi Auguſti et inclytae genitricis noſtrae Iudith ac pro ſalute noſtra carisſimaeque coniugis et proliſ - - ob deprecationem Boſonis comitis cariſſimi noſtri pro eleemoſyna noſtra ac dulciſſimae coniugis filiae eiusdem Boſonis &c.* t VI p. 74: *domini et genitoris noſtri diuae memoriae Auguſti Hludouici.* Singularia, ſi ſana, apud *Bal.* c. l. p. 1449, quando Karolus auus orthodoxus et

2. Memoria celebratur patris ac matris.

et *Caeſar Auguſtus* appellatur. *Auus noſter bonae memoriae inuictiſſimus Auguſtus et aequiuocus, nec non et genitor noſter piiſſimus Imperator, germanusque Pepinus.* *Mabill.* R. D. p. 527. *auctoritates immunitatis Aui noſtri Caeſaris magni Caroli nec non Domini et genitoris noſtri beatae memoriae Ludouici piiſſimi Auguſti.* *Robert.* Gall. Chriſt. p. 204 epiſc. Hirmintrudis, prioris coniugis, creberrima mentio recurrit. In *Baluz.* c. l. p. 1464 confirmatur permutatio inter eamdem et Abbatem ſancti Mauri Foſſat. peractam: *quia dulciſſima nobis coniux noſtra Hirmintrudis regina ad noſtram accedens ſublimitatem &c.* et p. 1473 anniuerſarius eius celebretur, et *Mab.* T. III Ann. Bened. p. 120. *Bal.* c. l. p. 1475: *ad deprecationem ſ. ſuggeſtionem cariſſimae coniugis noſtrae Hirmindrudis.* *Marten.* p. 179: *quas res quondam tradideramus cuidam nomine Diſoni uaſallo dulciſſimae coniugis noſtrae Hirmendrudis et ipſe eas uendidit fiſcali noſtro Fulconi Abbati.* *Mabillon.* Ann. Bened. T. III app. p. 675: *hortatu ſalubri dilectae nobis coniugis Hirmindrudis.* Altera coniux legitur apud *Mir.* T. I p. 502: *ob dulciſſimae coniugis noſtrae Richildis Imperatricis Auguſtae gratiſſimae deprecationem.* 3. Coniugum; Lotharii filii memoria conſeruatur in *Mab.* R. D. p. 539 et T. III Ann. Bened. p. 120: *quia cariſſimus ualdeque amantiſſimus nobis filius noſter Lotharius S. Germani* (Autiſiodor.) *reuerentiſſimus Abbas ante ſui obitus terminum* (mortuus autem eſt a. 865) *noſtram ſuppliciter expetiit magnificentiam, ut pro animae eius abſolutione -- munificaremus.* 4. filiorum; Filio alteri Carolomanno Abbatiam S. Medardi et Amandi largitus eſt pater; ſed in patrem grauiora machinatus, dignitate ac denique oculis priuabatur et morti a. 876 ſuccumbebat. Occurrit in charta *Mart.* T. I, V. m. p. 180: *ad deprecationem cariſſimi nobis filii noſtri Karlomanni monaſterii S. Amandi egregii confeſſoris reuerendi Abbatis.* add. *Bal.* c. l. p. 1489. Filiam Ermentrudem monſtrat charta *Mir.* T. I p. 32: *per Ermentrudem filiam noſtram Abbatiſſam pateſactis decernimus.* *Marten.* c. l. p. 179: *pro commutatione quarundam rerum, quas Hirmingardi uenerabilis reginae uxoris fratris noſtri Hlotarii in proprium donauimus.* 5. propinquorum. *Mabill.* R. D. p. 531: *quia kariſſimus nobis et propinquus noſter Hludouvicus uenerabilis Abbas monaſterii S. Dionyſii et Protonotarius palatii noſtri* (p. 534) *nec non uir inluſter fidelis noſter Betto.* Ib. p. 540: *Gerardus beatiſſimi martyris Chriſti*

patronique noſtri domni Dionyſii cum ſocialitate generalitatis decanus pariter et ſacerdos. *Marten.* p. 195: *ut annuatim V Id. Ianuar. anniuerſarium cariſſimi nobis propinqui noſtri Ludouici reuerendi Abbatis unanimiter deuote celebrent.* Ib. p. 192: *ut idem Rodericus omnibus annis quamdiu res ipſas tenuerit ad miſſam* (feſtum) *S. Dionyſii in memoriam eiusdem Gozlini Abbatis in cibo et potu refectionem praeparet ſufficientem.* *Mabill.* ann. Bened. T. III p. 681 append. *libuit celſitudini noſtrae quemdam fidelem noſtrum et parentelae propinquitate coniunctum Chunradum nobiliſſimum comitem de quibusdam noſtrae proprietatis rebus et mancipiis honorare.* T. II p. 685: *honorabilem uirum auunculum quoque noſtrum Ruodulfum mon. Gemeticenſ. rectorem quasdam uillas ſecundum eorum electionem uſibus et ſtipendiis eorum deputaſſe.* T. III p. 201 mentio fit *Boſonis ducis et miſſi Italiae ſacrique palatii archiminiſtri;* item *inſignis ducis et miniſterialis Boſonis.* Primates eccleſiaſtici fulgent adhuc titulo *uenerabilium;* politici *illuſtrium.* In *Bal.* c. I. p. 1447 uocatur *religioſus uir* Domnulus Abbas. p. 1449: *honorabilis uir* Gundemarus epiſcopus. ib. p. 1444: *quam denique rationem de more regali fidelibus noſtris uenerabilibus h. e. Notoni Archiepiſcopo, nec non et Elmerado ſacri palatii noſtri comiti, Suniefrido etiam Marchioni.* In *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 267 eccleſiae Matiſcon. *auctore Deo Brenduicus reuerendus pontifex* praeſidere dicitur; p. 268 *religioſiſſimus praeſul* appellatur. *Besly.* hiſt. des Comt. de Poictou p. 175: *ad deprecationem chariſſimi nobis reuerendi ſacri palatii noſtri Archicapellani Pictauenſis eccleſiae pontificis Hebreini.* *Mabill.* Ann. Bened. T. III p. 668 append. *cariſſimus et ueneranter recolendus nobis Pardulus Lugdun. epiſcopus atque memorabilis rector monaſterii Deruenſis.* *Menetr.* hiſt. de Lyon p. 33: *Remigius Lugdun. eccleſiae uenerabilis et cariſſimus nobis archiepiſcopus.* p. 35: *ad deprecationem et ſalubrem ammonitionem cariſſimi ſatisque amantiſſimi Remigii Lugdunenſ. eccleſiae uenerabilis archiepiſcopi.* Item: *uir uenerabilis Altheus Auguſtodunenſis urbis pontifex.* in *Robert.* Gall. Chriſt. p. 203 epiſc. *Mab.* c. l. T. II p. 748 app. *benignus Deumque timens ac noſter fidelis et ualde amabilis Altmarus rector mon. Deruenſis.* p. 752: *uenerabilis uir et religioſus Abba Hecfredus.* Ib. T. III p. 677 app. *quia eodem die quo idem fidelis et cariſſimus nobis uaſallus noſter Wido obiit XII ſcil. Kal Iul. anniuerſarius domni et genitoris noſtri diuae memoriae Hludouuici dies depoſi-*

5. Honorifice appellantur epiſcopi, abbates,

depoſitionis eſſe dinoſcitur, uolumus, ut anniuerſarius praefati Widonis celebretur. *Mab.* R. D. p. 532: *religioſo ei monacho ſuggerente Meinardo, qui Archicapellanus matriculae erat.* *Mir.* T. I p. 26: *uir uenerabilis Nouiomenſium ſ. Tornacenſium eccleſiarum praeſul Reinbelmus nec non cariſſimus fidelis noſter Adelmus Comes.* *Marten.* T. I theſ. anecd. p. 41: *quendam fidelem noſtrum nomine Gameſindum ad deprecationem Hunfridi cariſſimi nobis comitis atque marchionis - - honorare.* *Id.* T. I, V. M. p. 120: *quendam fidelem noſtrum Odonem dilectum comitem atque miniſterialem noſtrum.* *Menetrier.* hiſt. de Lyon p. 35: *Odde illuſtris comes et noſtrae fidelitatis ſtrenuus exſecutor.* *Mabill.* r. d. p. 532: *complacuit clementiae noſtrae quemdam fidelem regni noſtri nomine Wenilonem de quibusdam rebus noſtrae proprietatis honorare.* *Marca* p. 787: *ad deprecationem dilecti nobis Marchionis noſtri Odalrici.* p. 791: *Augarius dilectus nobis comes.* *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. I inſtr. p. 56: *Bernardus Tholoſanus marchio et dilectiſſimus nobis fidelis.* *Id.* t. VI p. 311: *Apollonius comes noſter communis fidelis.* 7. comites, fideles.

§. CXXXVII.

Dicamus pauca de regni et imperii adminiſtratione, quantum ex conſtitutionibus Caroli intelligere poſſumus et ad inſtitutum noſtrum pertinet. Primum res eccleſiaſticas ſpectemus. In Capitulis Toloſae a. IV datis neceſſitati epiſcoporum Septimaniae et presbyterorum eis ſubiectorum conſuluit. c. I ne epiſcopi presbyteris exprobrent, quod ad regem prouocarint. c. II: *Vt unum modium frumenti et unum modium hordei, atque unum modium uini, cum menſura, quae publica et probata ac generalis ſeu legitima per ciuitatem et pagum atque uicinitatem habetur, epiſcopi a presbyteris accipiant, et friſchingam ſex ualentem denarios, aut pro his omnibus duos ſolidos in denariis exigant.* c. III quomodo exactio huius diſpenſae fieri debeat. c. IV, V et VI officium epiſcopi in circumeundo eccleſias; cuius gratia diſpenſam accipit. c. VII: ne *epiſcopi parochias presbyterorum propter inhoneſtum et periculoſum lucrum diuidant*; nec c. VIII *ſub occaſione quaſi auctoritatem habeant canonum his conſtitutis excellentiae noſtrae reſultent aut negligant*; nec c. IX ſynodos a presbyteris De iure at officio epiſcoporum.

byteris niſi duas et per tempora conſtituta exigant. *Baluz.* T. II p. 21; p. 1 in actis conuentus Colonienſis, praemiſſa praefatione de concordia ſtabilienda, c. I cauetur, ut eccleſiae Dei honorentur ſuaque teneant priuilegia. 2. Ib. p. 13 exhibentur *canones concilii in Verno palatio habiti, ubi praeſedit Ebroinus Pictauorum epiſcopus et Wendo Senonum Archiepiſcopus, nec non et Hludouvicus S. Dionyſii Abbas et Hincmarus poſt Remorum epiſcopus a. V dom. noſtri Karoli filii Hludouvici Imp. m. Dec. ind. VII.* c. I ſq. commendatur regi iuſtitiae cultus et eccleſiaſticae diſciplinae et monaſteriorum imminutae reparatio. c. VIII: epiſcopi ab expeditione militari immunes, homines ſuos fidelium cuidam regis committant. c. IX Remorum eccleſia reſtituatur, eique epiſcopus praeficiatur. c. X: ut Rex ordinationem Agii epiſcopi Aurelianenſis ratam eſſe iubeat. c. XI: *De praelatione reuerentiſſimi Drogonis definire aliud non audemus, niſi expectandum quam maximus cogi poteſt Galliae Germaniaeque conuentum, et in eo metropolitanorum reliquorumque antiſtitum inquirendum eſſe conſenſum, cui reſiſtere nec uolumus nec ualemus. Nobis tamen, ſi quid tale alicui committi poteſt, et non alia quam quae praetenditur latet cauſa, illi potiſſimum conuenire uidetur, qui et communione ſacerdotii nobis et excellentiae neſtrae propinquitatis priuilegio ſociatur.* uid. §. LXXXVIII, 4. c. XII: laici reſtituant bona eccleſiaſtica. 3. In ſynodo Beluacenſi a. DCCCXLV m. April. a. VI ind. VII itendidem iura, priuilegia, et immunitates eccleſiarum confirmantur. *Baluz.* c. l. p. 19. In concilio Meldenſi canones ſuperiorum ſynodorum confirmati, et alii LVI iis additi ſunt. Capitula in uilla Sparnaco edita a. 846 iterum ad rem eccleſiaſticam ex maxima parte pertinent. c. XXI: *ut precariae et commutationes tempore uiduatarum eccleſiarum factae ab his qui loca epiſcoporum occupauerant reſcindantur et cum auctoritate eccleſiaſtica uel ciuili fiant.* c. XXII: *precariae a nemine de rebus eccleſiaſticis fieri praeſumantur niſi quantum de qualitate conuenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus eccleſiae, in ſuo tantum qui dederit nomine, ſi res proprias et eccleſiaſticas uſufructuario tenere uoluerit -- praecepta autem regalia ſuper precariis eccleſiaſticis fieri nec ratio finit nec auctoritas quolibet modo permittit.* conf. c. 12 q. 2 c. 44. c. 10 q. 2 c. 4 et 5. c. XXIII: de praedationibus eccleſiarum cohibendis, c. XXVIII: de epiſcopis ad officium ſuum reuocandis. c. XXXVII: ne clerici arma ſumant. c. XL: ut hoſpitalia, praecipue Scotorum, reſtituantur.

Reſtituatur diſciplina eccleſiaſtica.

De Drogonis praelatione nihil definitur.

Quomodo precariae fieri debeant.

tur. c. XLIII: ut Simoniacae haereſis uitetur. c. XLVII: ut *nemo epiſcopo uiuente eccleſiam illius aut res ad eam pertinentes inuadere aut dominari praeſumat, neque ſub uoluntariae cleri ac populi electionis obtentu praeter uoluntatem epiſcopi quisquam quacunque ſaeculari poteſtate praeditus quaſi oeconomum conſtituat.* c. LVI: *ut nemo epiſcoporum quemlibet ſine certa et manifeſta peccati cauſa communione priuet eccleſiaſtica.* c. LIII de uita canonicorum. c. LVII: *ut monachi quibus monaſteriorum cura commiſſa non eſt, paſſim et ſine auctoritate palatium non adeant, nec in eo immorentur uel ubi et ubi diſcurrere ac peruagari acephali praeſumant.* c. LXIII: *qui nonas et decimas perſoluere et ſarta tecta eccleſiae reſtaurare negligunt, ab eccleſiaſtica communione ſeparentur. Quod ſi iterum iterauerint, poſt excommunicationis ſatisfactionem regia poteſtate compulſi iuxta legale et antiquum dictum, qui negligit cenſum, perdat agrum.* c. LXVII ſq. de rapta ſanctimonialium et alienarum ſponſarum. c. LXXII: *nemo quemlibet mortuum in eccleſia quaſi hereditario iure, niſi quem epiſcopus aut presbyter pro qualitate conuerſationis et uitae dignum duxerit, ſepelire praeſumat.* ne ſepulcra uiolentur - - - *ſi quando autem proximi uel heredes ſponte aliquid offerre eccleſiae noluerint in eleemoſyna defuncti accipere non uetamus. peti uero aut aliquid exigi omnimodo prohibemus.* A. 853 Rex ipſe praeerat ſynodo Sueſſionenſi, in qua quaedam ad eccleſias ſingulares Galliae pertinentia tractabantur; actione I confirmabatur depoſitio Ebbonis Remenſis epiſcopi; V act. *Pipinus conſilio reuerentiſſimorum pontificum et procerum attonſus et in habitu monachico ad monaſterium S. Medardi cuſtodiendus et ducendus deductus eſt;* inde duo monachi presbyteri eum abducere conati ſunt; ſed ob hoc crimen depoſiti. Act VI: *gloriosiſſimus dominus Rex Karolus coram ſacra Synodo quendam diaconum Remenſis eccleſiae nomine Ragamfridum impetiit, quod praecepta falſa regio nomine compilaſſet, ſicut ad eum quorundam ſuggeſtionibus et ueriſimilibus indiciis eſſet perlatum - - interdicebatur ei ne a parochia Remenſi quoquo modo praeſumſiſſet abſcedere, donec ſe ab illis, quae ei impingebantur, idoneum redderet uel competenter ſatisfacere procuraret. Juſſu glorioſi principis Karoli* VI Kal. Sept. a. 853 Vermeriae ſynodus conuocabatur, quae capitula ſynodi Sueſſion. firmabantur; tum Herimannus Niuernenſis epiſcopus, aduerſa ualetudine ſuperata, reſtituebatur; et *Chuonradus inclytus et nobiliſſimus uir* prohibebatur, ne res quasdam Monaſterii S. Dionyſii in precariam acciperet. A. 859 a Carolo in Concilio Tullenſi libellus proclamatorius proferebatur

ne epiſcopo inuito oeconomus conſtituatur.

de decimis perſoluendis.

ſepulcra hereditaria in eccleſiis uetantur.

4. Acta ſynodi Sueſſion.

5. Synodus Vermer.

6. Libellus proclamat. aduerſus Wenilonem.

ferebatur aduerſus Wenilonem, Senonenſem Archiepiſcopum, ex quo Regis poteſtas epiſcopos conſtituendi cognoſcitur. *Pithoeus* de ſcriptor. rer. Franc. p. 491. A. 869 *Bal.* p. 209 in capitulis ad Piſtas factis honor et iura eccleſiarum epiſcoporumque denuo firmantur, ac priora capitula in memoriam uocantur. Carolus Imperator factus a. 877 in Ticinenſi palatio capitula nonnulla promulgauit. c. I: *ut ſancta Romana eccleſia, ſicut eſt caput omnium eccleſiarum, ita ab omnibus honoretur et ueneretur.* c. II: *ut honor domno et ſpirituali patri noſtro Iohanni ſummo pontifici et uniuerſali Papae ab omnibus conſeruetur, et obedientia.* c. III: *in termino beatorum Petri et Pauli apoſtolorum principum nemo in eundo et redeundo uel ibi morando, aliquam uaſtationem facere praeſumat.* in ſequentibus de iuribus et officiis epiſcoporum agitur. c. XIV: praeſulis eccleſiae mortui facultates nullus inuadat; *ſed erogatariis et eleemoſynariis eccleſiaſticis, cum ipſius eccleſiae conſtituto oeconomo liberum ſit, canonico more iuſte rationabiliterque deputata ſucceſſori futuro reſeruare uel quibuscunque, ſicut expedit, pro eius ſpiritu diſtribuere;* ideo neglexit Imperator ius exuuiarum.

7. Capitula Piſtenſia

8. de eccleſia Romana honoranda.

ne hereditas eccleſiae praeſulis inuadatur.

§. CXXXVIII.

Si ſynodorum multitudinem conſideramus, quae Caroli auctoritate celebratae ſunt, fateamur, neceſſe eſt, eidem in regno ſuo res ſacras maiorum more cordi fuiſſe. conf. *Petr. de Marca* de C. S. et l. l. VI c. 28 de libertate conciliorum Gallicanorum ſub Carolo Caluo et quatenus deinceps a Nicolao I, P. R. admodum imminuta ſit. Sed cum ad imperii faſtigium Iohannis VIII P. ope muneribus redemta adſcendiſſet, iura in Italia paulo ſegnior perſecutus eſt, etſi *Eutropio* presbytero fides non adhibenda uideatur, quando Carolum ſe omni iure in Romam abdicaſſe, ac pontificis patrimonium terris et ciuitatibus auxiſſe tradit. *Pagi* T. III p. 704. Permiſit, ut pontifex Anſegiſum Archiepiſcopum Senonenſem primatem per Gallias et Germanias, qui Apoſtolica uice fungeretur, aliis epiſcopis, Hincmaro potiſſimum Archiepiſcopo Remenſi, refragantibus, atque hunc primatum reiicientibus, qui Pontifici Romano non niſi ſecundum Canones parere noluerunt, conſtitueret; cuius rei cauſſa cap. VII ap. *Bal.* T. II p. 248

Carolus Pontifici Rom. nimis indulget.

9. Anſegiſus uicarius P. per Gallias et Germanias conſtituitur.

p. 248 ſanciebat: *ſicut domnus Papa Iohannes ſanxit, conniuente et conſentiente et condecernente domno et glorioſiſſimo Imperatore ſemper Auguſto, Anſigiſum uenerabilem epiſcopum Senonum Archiepiſcopum ſuam uicem tenere et primatum ei Galliae et Germaniae contulit in euocanda ſynodo et definiendo canonice ſi quaelibet inſurrexerint neceſſaria et ut grauiora ad ipſius notitiam referat et nos unanimiter omni deuotione laudamus et ut ita ipſe primatum teneat Galliae et Germaniae decernimus et ſancimus.* uid. *P. de Marc.* de C. S. et I. l. IV c. 5 ſq. l. VI c. 29 §. 5 ſq. Iam Pontif. Benedictus Caroli Regis et epiſcoporum noxas aliquas increpuerat; hi uero a. 856 apud Bonoilum, in *Bal.* c. l. p. 78, culpam a ſe amouere ſtudent, et regem, ut pacta priora ſeruet, et ſtatum monaſteriorum peruerſum ac confuſum reſtituat, corrigatque, liberius hortantur. 3. epiſcoporum monita Carolo exhibita. Acerbius in Carolum inuectus eſt Hadrianus II P. a. 870, cum regnum Lotharingicum inuaderet; uid. epiſt. XXIII inter Hadrianeas apud *Baron.* et *Labbeum.* Carolus ad eumdem pontificem epiſtolam ſcripſit, qua calumnias ſibi obiectas diſcutit et de poteſtate regum et pontificis agit. 4. Acta Hadriani P. *Lunig.* ſpic. eccl. Th. I p. 129. *P. de Marc.* in C. S. et l. L. IV c. 12 de inuaſione iurisdictionis ſaecularis ſub Carolo Caluo a pontifice tentata, a Gallis tamen maſcule oppugnata. Quod ad epiſcopos attinet, de iuribus ſuis nihil quidem remittere cupiebat Carolus, ſed negandum non eſt, praeſules iam altius ſpiraſſe. Equidem eligebantur epiſcopi, ſed ita, ut facultas eligendi a Principe impetranda eſſet, immo Carolus ipſe, poſthabita electione, deſignabat epiſcopos. Epiſcopos Carolus conſtituit. Quae cuncta exemplis illuſtrat *Natal. Alex.* hiſt. eccleſ. ſaec. IX c. 4 p. 120 ſq. Si quisquam alius, hic princeps certe in aedes ſacras permulta beneficia contulit. Neque enim antiqua tantum roborauit, ſed et ea nouis auxit. Eccleſiarum firmat iura; easque in tutelam ſuſcipit; Ita in *Baluz.* T. II cap. p. 1449 confirmat auctoritatem, quam eccleſiae Gerundenſi *domnus et genitor Lodouicus piiſſimus Auguſtus* dederat, eamque ſub immunitatis ſuae tuitione ſuſceperat; Gerundenſ. ratas habet donationes aliorum, *una cum tertia parte paſcuarii, telonei, mercatorumque terrae marisque comitantium, quae ſunt dioceſis ipſius eccleſiae.* Ib. p. 1459 confirmat eccleſiae Pariſienſi quasdam uillas, quas Ynchadus epiſcopus fratribus per priuilegium epiſcoporum manibus roboratum neceſſitatibus Canonicorum conſtitue- Pariſienſ.

rat. Succeſſoribus augere eas liceat, non diſtrahere aut minue-
Aurelian. Tornacenſ. re. p. 1460 eiusmodi confirmatio etiam eccleſiae Aurelianenſi et
p. 57 eccl. Tornacenſi facta legitur. p. 1472 priuilegium epiſcopo-
Auguſtodun. rum atque Abbatum manibus roboratum eccl. Auguſtodunenſi
firmat Ionae epiſcopo, *qui iuxta morem aliarum urbium clauſtra canonicis conſtruere officinasque congruentiores et aptiores ad uſus eorum aedificare ſtuduit.* Huic eccleſiae Auguſtodun. exuſta inſtrumenta renouat eamque in mundeburdium recipit *in ſuis omnibus rebus, maneriis et mancipiis*, in duabus chartis, petentibus Altheo et Iona epiſcopis. *Robert.* Gall. Chriſt. p. 203 ſq. epiſcop. Eidem Ionae ep. largitur baſilicam S. Crucis negligentia rectorum euerſam, aſſenſu illuſtris comitis Iſembardi. *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. IV p. 49 inſtr. atque omnia iura et praedia eccleſiae Auguſtodun. con-
Lemouic. firmat. ib. p. 47. Lemouicenſem eccleſiam, petente Stodilone eius pontifice ſub tuitionis et immunitatis ſuae mundeburdium recipit. *Id.* t. II p. 166 inſtrum. In *Baluz.* c. l. p. 1457 ratam eſſe
6. Approbat permutationem inter ep. Pariſ. et Abb. Foſſat. iubet commutationem inter epiſcopum Pariſ. et Abbatem Foſſatenſem initam: *Dedit epiſcopus una cum conſenſu Canonicorum ſuorum concidem quae uocatur Vilcenna, habentem in Gyro perticas quingentas XXXVII. E contra dedit Abbas una cum conſenſu monachorum ſiluam habentem in gyro perticas quingentas XXXVII.* Ib. p. 1492 *eidem ec-*
Niuernenſ. eccl. inſtrumenta renouat; *cleſiae concedit Abbatiam S. Eligii.* In *Mabill.* R. D. p. 527 eccleſiae Niuernenſis inſtrumenta amiſſa renouat: *inſuper partim caſu partim incuria ſiue incendii raptu ſiue negligentiae incultu ſtrumenta chartarum, per quae res uel mancipia eidem ſanctae Dei eccleſiae collatae fuerant, ea tempeſtate perierunt in eadem urbe;* ubi et hanc notamus clauſulam: *ſi quae autem cauſae aduerſus ſupradictae eccleſiae fuerint ortae Canonicos a proprio diſtringantur epiſcopo, niſi forte criminalis fuerint actionis, de quibus eſt ratiocinandum proprio eorum aduocato.* Item-
(clauſula de cauſſis criminalibus.) item eccl. Rotomag. que p. 646 pro eccl. Rotomag. *cartarum inſtrumenta ſiue teſtamenta rerum eccleſiae ſuae pertinentium penitus incendiis deperiſſe et aſportatione ſiue abſumtione perditionis omnimodis conſumta fore -- praecellentiae noſtrae teſtamentum hoc praeceptionis fieri iuſſimus, quod alio nomine pancarta appellatur.* Ibid. p. 530 confirmat teſtamentum epiſcopi
Teſtamentum epiſc. Niuernenſ. confirmat. Niuernenſ. *Vnde etiam teſtamenti ſcriptum faciens propriaque manu roborans ſanctorum patrum epiſcoporum ſcil. regni noſtri pro utilitate ſanctae*

dae Dei eccleſiae octingenteſimo quadrageſimo nono anno incarnat. dom. noſtri I. Ch. et regni noſtri nono in die N. N. Nou. Pariſius conuenientium auctoritate ſtaduit confirmari. -- Quare attitudinis noſtrae ſcriptum hoc fieri iuſſimus. Suae ipſius liberalitatis documentum exhibuit in *Murator.* T. I antiq. p. 581; eccleſiae namque Aretinae ad luminaria concinnanda concedit monaſterium S. Angeli et fiſcum Aialta a. 875: *quae ſicut ea Berulfus imperialis uaſſus beneficiario ordine uiſus eſt habuiſſe --- cum uineis, campis, pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, cultis et incultis -- hereditario iure in perpetuum offero poſſidenda, ſimulque concedimus ei fiſcum noſtrum &c.* Ib. T. V p. 199 Iohanni ep. Aretino locum dat ad templum aedificandum: *dum Romam a ſummo pontifice Iohanne uocati proficiſceremur, nos Aretium deueniſſe et cur intra moenia ciuitatis more ceterarum domus Dei ſede pollens antiſtitis non emineret, perſpicacius inquiſiſſe. Et quamuis S. Donati martyris glorioſi reſponderetur et uideretur in hoc ſpecialiter locus electus, quod monimentis omnibus eiusdem eccleſiae pariter aſtipulatur, elegantius tamen nobis uiſum eſt, ut Aretium intra muros eccleſiae culmine fulgeat, clauſtrali munitione clericos contineat et decentibus habitationibus ſeſe diſtinguat.* In *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 4 inſtr. eccleſiam Narbon. petente Berario Archiepiſcopo tutela ſua dignam habet, eique confirmat *medietatem totius ciuitatis cum turribus et adiacentiis earum intrinſecus et extrinſecus cum omni integritate et de quocumque commercio, ex quo teloneus exigitur uel portaticus, ac de nauibus circa litora maris diſcurrentibus, nec non ſalinis, quidquid et comes ipſius ciuitatis exigit pro opportunitate eiusdem eccleſiae in omnibus medietatem;* p. 6 et ap. *Bal.* p. 1466 eidem eccleſiae Narbon. fundos aliquot ſuae proprietatis in ius ac poteſtatem eccleſiaſticam tradit. p. 1482 eccleſiae Vrgellenſi communit antiqua, et *adiicit aliam contiguam condaminam et hortum praefatae condaminae adhaerentem. Pagus Cerdanienſis, Libienſis, Bergitanenſis, Palarienſis quoque atque Ripacurcenſis, Geſtabienſis atque Cardoſenſis, Anabienſis ac Tirbienſis et locus ſanctae Deodatae cum finibus ſuis, ſemper ſubiaceant plerumque dictae ſanctae ſedi Vrgellenſis eccleſiae, neque ſit eis licitum ad alias uicinas eccleſias migrare. Praeterea concedimus eidem ſanctae ſedi ut ſicut aliae eccleſiae Septimaniae, ita quoque eadem et rectores eius ſemper habeant tertiam partem telonei de omnibus illius parochiae mercatis. ſimiliter etiam concedimus eidem eccleſiae ob remedium animae noſtrae ter-*

7. Donat eccleſiae Aretinae; Narbon. teloneum; pariter ac Vrgellenſi.

tiam partem telonei omnium negotiatorum per eandem parochiam tranſeuntium atque mercantium. p. 1484 eccleſiae Pariſienſi donat inſulam Sequanae,

Pariſienſi inſulam, uillam,

quae praeter nonam et decimam antea uſibus habebatur et dominio comitis ipſius ciuitatis et regionis et p. 1485 uillam eidem tradit Nintriacum. p. 1491 *eum aſſenſu et uoluntate fidelis noſtri Pariſiacae urbis Aeneae epiſcopi placuit nobis extra praedictam urbem de aerarii noſtri ſcate ſupra terram monaſterii S. Germani ſuburbio commorantis, quod a priſcis temporibus Antiſiodorenſis dicitur, ſubiectum etiam matri eccleſiae S. Mariae opportunum maiorem facere pontem. Poſt expletionem uero eiusdem pontis dignum iudicauimus ipſum pontem Aeneae praedicti epiſcopi ſucceſſorumque ſuorum poteſtati ſubiicere, qui ordinent abſque alicuius comitis ordinatione.* Iſaac Lingon.

pontem;

8. Diuion. concedit ius monetae,

epiſcopus eccleſiis S. Michaelis et S. Stephani Diuion. ius monetae acquiſiuit a. 874, *Perard.* p. 48, quod confirmatur in diplomate Caroli craſſi, qui ſe refert ad auctoritatem auunculi ſui, ſtatuentis, *ut de mercatis annalibus in ſupradictis locis medietas et de hebdomadibus integritas ſumma partibus eiusdem Lingonenſis atque Diuionenſis eccleſiae cederet &c.* *Robert.* Gall. Chriſt. p. 369 epiſc. In *Mir.* T. I p. 248 Stephano Cameracenſi epiſcopo in ciuitate Atrebat.

Itemque Cameracenſi et poteſtatem omnem legem.

omnem quam regia maieſtas habet poteſtatem ſcil. legalis iuſtitiae - - ſed et in eiusdem caſtri pago uilla, quae fertur Lambris ac teloncum &c. (Inde patere uolunt, eccleſiaſticis iam tum regalia conceſſa fuiſſe) *et ultra quantum arcus iacere poteſt undique ac teloneum (ſi quod ibidem forte debebitur) ſed et aduenas eo loci commorantes atque monetae officinam ſimili modo ut a modo et in perpetuum ſub immunitatis noſtrae tutela ac defenſione Deo dilectus et nobis fidelis iam dictus epiſcopus eiusque ſucceſſores - - poſſideant.* Pro canonicis Briuatenſ. petentibus Frotario Burdegalenſ. archiepiſcopo et Abbate S. Iuliani Briuatenſis comitatus, hoc largitionis praeceptum dedit, *ut ſupradicti monaſterii clauſtrum - - canonicis ibi conſiſtentibus maneat quietum.* Exponitur, quot perticarum uniuscuiusque canonici manſio eſſe debeat - - *Praeterea uolumus et decernimus, ut unusquisque*

9. Canonicis Briuatenſ. monaſter. aſſignat;

clericorum ſupra dictorum manſiones ſuas, quicumque clericorum eiusdem monaſterii uoluerit, dimittendi ſiue uendendi licentiam habeat abſque alicuius Abbatis contradictione in iuſta occaſione. *Sammarth.* Gall. Chr. t. II p. 129 inſtr. Ib. t. IV p. 267 eccleſiae Matiſconenſi caſtrum Tornotium donat,

eccleſi Matiscon. caſtrum.

ut praefatus epiſcopus et ſucceſſores eius ſine cuiuspiam contradictione aut minoratione, ſicut alias facultates praemiſſae ſedis, ita easdem res canonica adminiſtratione poſſideant, ordinent atque diſponant poſt illius uidelicet diſceſſum i. e. Radonis ſacerdotis, qui eam noſtra conceſſione beneficiario iure habere cognoſcitur.

Ad

Ad haec iniuſte ablata curauit reſtituenda Carolus. Exemplum ſiſtit *Sammarth.* c. l. p. 268, ubi canonicis Matiſconenſibus cellula S. Imterii redditur: *Raginaldus uaſallus ſcil. Warini cariſſimi quondam marchionis noſtri innotuit ſerenitati noſtrae quamuis mendaciter, quod quaedam cellula in pago Lugduneuſi ſita, quae uocatur S. Imterius ex noſtrae proprietatis fiſco iure attineret - - praeſcriptam cellulam praedicto Raginardo per noſtrae auctoritatis praeceptum largiti ſumus, quo ab huius praeſentis ſaeculi luce migrante frater ſuus Raculfus nomine eamdem cellulam cum omnibus ſibi pertinentibus ac ſi hereditario iure inuadendo praeſumpſit atque poſſedit - - iuſſimus iam fatum Raculfum regia auctoritate praemunitum in cauſſas palatii noſtri auctoritate deferri, per quam iam dictam cellulam ſibi ſuoque iuri aut uindicaret aut uere redderet. Is uero ubi cognouit nominatum fratrem ſuum non nobis, uti decuerat, iura eſſe ſuaſum, ſeque in hoc minus perſiſtere atque euindicare poſſe, in cauſas palatii noſtri uenire diſtulit &c.* Ablata reſtituuntur Matiscon. Canonicis.

Bal. c. l. p. 1473, ubi eccleſiae Auguſtodunenſi uilla per incuriam rectorum eccleſiae et maleuolorum hominum uiolentiam diſtracta redditur. ecclesiae Augustodun.

Widoni ep. Vallauenſi abbatiam Calmelii reſtituit in *Sammarth.* c. l. p. 221; et t. VI p. 311 Vallauensi.

Dacberto Agathenſi epiſcopo tertiam partem rerum ab anteceſſoribus ablatarum reddit: *pulueraticum, paſcuarium, piſcaticum tam maris quam aquae currentis, uolatiliaticum, ſalinaturum, thelonei mercatum, terciam partem in omnibus habendam.* Agathensi.

Goldaſti charta reſtitutionis T. I Conſtit. Imp. p. 191 eccleſiae Rhemenſi data non ſincera ſatis uidetur.

Menetrier hiſt. de Lyon p. 33 pro Archiepiſcopo Lugdun. tabulas reſtituentes depromit: *qualiter a praenominata eccleſia ſua uidel. S. Stephani dum per incuriam praedeceſſorum ſuorum quaedam uilla nomine mons aureus in pago Cabilon. ſita quamque et praeſentialiter Lambertus dilectus nobis miniſterialis iure beneficiario obtinuerat, iniuſte ſublata fuerit - - ut reſtituere-mus - - eo uidelicet modo et tenore, ut Lambertus fidelis noſter diebus uitae ſuae iam dictam eccleſiam S. Stephani propter ueſtituram ſingulis annis nonam et decimam ex ex perſoluens ipſum iure beneficiario et uſufructuario interim teneat &c.* Lugdun.

Eodem fauore proſecutus eſt monaſteria Carolus. Muniuit iura eorum uetera, indulſit immunitates, poteſtatem eligendi abbates, praedia, iura &c. *P. de Marca* de C. S. et I. L. III c. 16 de monaſteriis, ſynodorum Decretis et conſenſu regis inprimis Caroli C. uberius agit; acceſſit interdum Apoſtolica auctoritas. In *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 5 inſtr. mon. S. Polycarpi in tutelam ſuſcipit, abbatisque electionem concedit; petiit praeterea Abbas Centullus, *ut homines liberi commorantes infra terminos eiusdem monaſterii, quos praefixe-* 10. Monaſteriorum iura itendidem firmat, protectione ea amplectitur, donis auget; Mon. S. Polycarpi,

runt auctoritate domini ac genitoris noſtri Gauſelmus et Bernardus comites terras quas ex eremo traxerunt quiete poſſideant et congruum obſequium, ſicut homines ingenui, exinde eidem monaſterio exhibeant, ne eorum ingenuitas uel nobilitas uileſcat. Huiusmodi benignitatis documentum exhibet mon. Olociano

S. Aniani, S. Aniani ib. p. 74, illudque aliis ſubiicere aut in beneficium dare,

S. Gratae, uetat. Ap. *Baluz.* c. l. p. 1446 confirmat mon. S. Gratae chartam, qua pater eius Ludouicus id in Mundeburdum ſuſcepit, additque liberam eligendi Abbatis facultatem. Similem auctoritatem dedit mon. Arulenſi p. 1448, et mon. Craſſenſi p. 1451 his

Arulenſ. Craſſenſ. inſertis: *hi uero liberi homines qui in congruentia ſaepe fati monaſterii de ſua proprietate, terras et uineas aut molendina habent, concedimus, ut ad idem monaſterium ea uendant uel commutent et ipſa emtio uel commutatio pleniſſimam praeſenti noſtrae auctoritatis edicto in omnibus firmitatem habeat.* Item p. 1453 mon.

Foſſatenſ. liberat etiam e teloneo; Foſſatenſi, cum exemtione a teloneo ſoluendo; et p. 1461 mon.

Montis oliui a iudiciaria poteſt. montis oliui, conſuetis adiectis clauſulis: *ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria poteſtate - - ad cauſſas audiendas, aut freda exigenda, aut manſiones uel paratas faciendas aut fideiuſſores tollendos &c. Et quidquid de rebus praefati monaſterii fiſcus ſperare poteſt, totum nos pro aeterna remuneratione praefato monaſterio concedimus.* Porro p. 1462 mon. S. Hilarii et p. 1447

II. Immunitates aliorum monaſt. roborantur; S. Petri et p. 1480 mon. SS. Emeterii et Geneſii. Ib. p. 1452 et in *Mabill.* R. D. p. 545 confirmat mon. Cannenſi immunitatis chartam, a Carolo M. impetratam. p. 531, 534, 535 roborantur aliquot commutationes. add. *Sammarth.* Gall. Chr. t. VI p. 414 ſq. inſtr. Eadem p. 535 *Mab.* approbatur partitio monachorum S. Dionyſii, ueluti in anteceſſor. diplom. In *Marten.* T. I uet.

in primis S. Martin. Turon. mon. p. 106 firmat priuilegia mon. S. Martini Turon. item p. 111 et p. 134: *qualiter ſaeuiſſimi atque crudeliſſimi Turonis ſuperuenerint Normanni et lamentabili excidio concremauerint cum ceteris omnibus monaſterium praefati ſancti et ob hanc cauſſam cartarum inſtrumenta ex rebus praefatae eccleſiae pertinentibus; unde et praefatus grex noſtram ſummis niſibus petiit pietatem, ut per clementiam noſtrae relationis pancartam praenotatae eccleſiae cellas et uillas pertinentes denuo confirmare ſtuderemus.* iterum confirmat p. 164 ſub Hucberto *ut quandocumque noſter aut quorumlibet diuina diſpenſatione ſucceſſorum noſtrorum orationis cauſſa aut cuiuslibet alterius negotii gratia ad eumdem ſaepedictum ſanctum locum aduentus fuerit, nullum omnino telonium a miniſterialibus palatii uel a quolibet alio nullatenus requiratur aut exigatur de uino aut quibuslibet rebus clericorum uenditis pro eorum utilitatibus.* Ib. p. 173 mon. Sueſſion.

ſion. S. Criſpini donationem factam roborat, et in th. anecd. T. I p. 47 priuilegium Iohannis Pontif. confirmat pro S. Mart. Turon. lb. p. 110 mon. Prum. in tuitionem recipit. In *Petr. de Marca* Marca hiſp. p. 784 pro mon. S. Andr. Suredenſ. confirmat literas Ludouici patris. p. 785 mon. S. Clement. mundeburdo ſuo amplectitur; itemque p. 789 mon. Balneol. et p. 791 cellam S. Iuliani et S. Vincent. ubi addit *uillare quoddam nomine Reuidazer in eodem pago a quibusdam Gotis et Guaſconibus exartatum et de eremi ſolitudine ad culturam perductum.* In *Sammarth.* Gall. Chr. t. III p. 110 inſtr. Hilduino abbati Sithienſi fundos firmat ac diminutionem uetat, numerus LX monachorum ſeruetur et *praepoſitus ceteraque miniſteriales nequaquam fiant, niſi ex ipſis fratribus per electionem eorum et conſenſu abbatis.* Apud *Bal.* c. l. p. 1455 ut expleat patris uoluntatem, donat mon. Foſſatenſi uillam ad illum brogilum dictam. p. 1500 reſtituit mon. S. Germani Autiſiodor. in fiſcum redacta: *qualiter quidam noſter fidelis Adelbertus nomine alodium ſuum -- eidem coenobio liberalitatis munificentia per cartarum inſtrumenta contuliſſet, Abbas uero memorati coenobii et reliqui fratres ipſum alodium iure beneficiario et uſufructuario eidem Adelberto denuo conferre ſtuduerunt, ſed poſthaec ob illius negligentiam in fiſcum noſtrum decidit, et in ius ac dominationem noſtram legaliter deuenit. Et quia praefato coenobio non aliter legitime, poſtquam in fiſcum noſtrum deciderat, reddi poterat niſi per praeceptum noſtrae auctoritatis libuit ſerenitati noſtrae &c.* lb. T. II p. 818 reſtituit eccleſiae Magniac. ablata, additque: *nullius oneris cultum alii ibi exerceant, ſed ſub tutela praeſulis eiusdem loci ordinata conſiſtant, ubi anni orbita redeunte libram cerae in cenſum in feſtiuitate S. Cyrici publice perſoluant -- pro ſtudio laboris et conſtructionis quod eidem loco Adalardus presbyter impendit, licentiam conceſſimus, ut nullus ſe opponat ſucceſſor, qui iam dictae eccleſiae ſacerdos ſubrogetur poſt eius obitum, niſi quem in uita ſua ipſe elegerit et uice ſua miniſtrum conſtituerit, aut ex parentela progeniei ſuae aut quemlibet alium quem ad id peragendum idoneum prouiderit.* In *Mabill.* R. D. p. 538 uillam Scindelicias monachis Dionyſianis attribuit, ut annua feſta in ſuum honorem celebrent. Eisdem p. 540 permittit, ut *in uilla Cormeliarum tertia hebdomadae feria conuenientem absque ullius comitis mercatum participatione ſine uicecomitis aut iudicis introductione uel etiam cuius-*

Mon. Sithienſ. numerus monach. definitur. 12.

Mon. S. Germani reſtituit, quae in fiſcum redacta erant;

Magniac. eccl. ablata reddit.

(facultas ſucceſſorem eligendi.)

13. Pro mon. S. Dionyſ.

cuiuscumque rempublicam administrantis respectu agant. Ib. p. 539 concedit coenobio S. Germani uillam Bernaicum in pago Autisiodorensi cum illa omni integritate qua quondam Wacaldo fideli ad deprecationem Adalardi illustris comitis largitur et

immunitas mon. S. Theofredi uindicatur.

p. 546 immunitatem coenobii S. Theofredi confirmat, quamquam Guido Vallauensium episcopus falsis precibus impetrasset, (uid. h. §. n. 9) ut illi locus hic subderetur. *sed licet ipse*, inquit Imperator, *idem praeceptum habeat, nos tamen uolumus ut stabile non sit, sed ipsi monachi et omnes. ipsius monasterii res ad eos pertinentes in nostra ac successorum nostrorum immunitate consistant - - - - semper de propria congregatione eligant per nostram et successorum nostrorum licentiam Abbatem et etiam uolumus ut fratres eiusdem loci quamcumque uoluerint aduocatum eligendi licentiam habeant.* (conf. *Sammarth.* G. Chr. t. II instr. p. 258)

14. Monachis S. Mart. alumni sui relinquuntur.

In T. II Ann. Bened. app. p. 746 charta mon. S. Martin. conceditur, *ut quisquis ex fratribus eiusdem congregationis de colonis aut seruis S. Martini olim attributis aliquem nutrierit aut docuerit, ex quacumque sit uilla aut beneficio a nemine inde subtrahatur, sed cuius fuerit alumnus habeat licentiam si dignus fuerit ad sacerdotale onus prouehere sine aliqua alicuius insultatione.* Ib. T. III p. 669 mon. Aninsul. eximit

Mon. Aninsul. episcop. potestati eximit.

ab episcopi potestate: *Abbas obtulit relegendum priuilegium a sanctis patribus regni nostri coepiscopis una cum nostro assensu canonica auctoritate factum, ut eiusdem loci abba et successores eius pontifici propriae ciuitatis aliquanto dominio aut potestati non subiaceant, nisi sicut alia omnibus propriis ciuitatibus propriisque pontificibus secundum canonicam auctoritatem ad prouidendum pastorali cura commissa subiecta monasteria absoluta scil. dominationis eorum omni seruicio.* Charta ex tabular. Der-

de siluis concisis.

uens. in *Cang.* u. Concesia permittit siluas concisas exstirpari: *simul etiam quidquid memorati fratrum famuli de iam dictis siluarum concisis extirpare poterunt, totum in usus fratrum absque subtractione alicuius permaneat.* (concisae hic sunt siluae caeduae, alias impedimentum itineris ex arboribus congestis). Apud *Doublet.* p. 788

15. Mon. S. Dionys. bannum tradit;

mon. S. Dionys. bannum aliquem donat: *Itaque hanc precinctam Deo sanctoque eius Dionysio donamus cum omni uidelicet iudiciaria potestate h. e. bannum - - omnemque infracturam et si quae sunt aliae consuetudines legum, ubicumque infra totam praecinctam siue in agris siue in domibus siue in uiis publicis uel priuatis euenerint.* (infractura, delictum.) In *Marten.* T. I uet. mon. p. 118 monach. S. Mart.

S. Mart. Tur. uillam ad uestimenta parandа;

Turon.

Turon. ueſtimentis prouidetur: *ſicut ſimul ſecundum Deum Ingeramus dediſſe fratribus S. Martini Antoniacum uillam ad eorum Armelauſas - - decernimus ut praefata uilla - - deſeruiat fratribus S. Martini peculiaris patroni noſtri ad illorum annuatim ueſtimenta excepto menſuali atque agrario in uictu eorumdem iam dudum attributo; ſimiliterque in ordine congregationis CC ſint fratres uiceni ſingulis manſis ac per hoc deinde nullus aggregatur, quousque ad hunc numerum perueniat ordo congregationis.* Ib. p. 166 eidem mon. donat quemdam fiſci manſum, quem Bernardus, qui ob immanitatem ſui ſceleris latrocinando in regis irruit offenſam, quondam fuit uiſus poſſidere. p. 160 eidem mon. reſtituuntur abſtracta: *offerens nutibus noſtrae excellentiae, quomodo per priuilegia apoſtolica nec non et regalia - - uillas ſibi ad eorum ſtipendia deputatas habuerunt, ſed ob neglegentiam - - - ſaeuitiam paganorum maxima ex parte ſibi ſubſtractas - - deternentes una cum conſenſu omnium procerum regni noſtri tam eccleſiaſticorum uirorum quam et illuſtrium laicorum dignum fore duximus in hac parte eorum conſulere petitionibus ſalutaribus.* p. 181 pro mon. Vedaſtino *delegauit ad matriculam - - ut quidquid etiam ad medicinam opus fuerit ex praefatis uillis ſuppleatur - - ad neceſſaria uictus et potus has uillas delegauit - - cum camba I et duobus molendinis - - ad cameram - - reliqua uero omnia in uſus ueſtimentorum et calceamentorum et reliquarum neceſſitatum deputentur. Cum uero omne ex omnibus uillis fratrum uſibus deſeruientibus cum lana usque ad ſummam CCCC librarum ad cameram uenient. ſi quid uero ſuperfuerit ex lana non ex lino in ordinatione praepoſiti erit. nam linum omne uolumus ut ad cameram ueniat.* In theſ. anecd. T. I p. 30 appendicias enumerat: *cum molendinis, terris cultis uel incultis, uineis, gairicis, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarum decurſibus, exitibus et egreſſibus* (gairicae ſunt terrae incultae uel loca dumis obſita. *Cang.*) p. 34 pro ſcholis S. Mart. Turon. *quidem leuita quoddam proprium hereditatis ſuae iure adtractus ſui legaliter obtulerat Deo et S. Martino deprecatusque fuerat per ſeriem precariae beneficiolum ſumm, ex rebus eiusdem eccleſiae eo ſcil. tenore, ut utrasque res diebus uitae ſuae idem Amalricus, Milo, Milo, Guichardus habeant, eorumque ſucceſſor quicumque fuerit praeceptor in ſchola S Martini nec inibi de doctrina quorumcumque diſcentium meritum recompenſationis quaerant aut exigant, niſi quod ſponte oblatum ſit.* In T I, u. m. p. 210 chartam mon. S. Mart. Turon. concedit, qua uetat, ne quis eccleſias ad refugium canonicorum ob in-

eidem donat manſum fiſcalem, ablata reddit.

16. Mon. Vedaſt. uillas largitur ad medicinam, uictum &c.

Pro ſcholis S. Mart. Turon.

Ne canonic. S. Mart. uaſtentur refugia.

Mon. S. Philiberti impetrant uillas.

festationes paganorum conceſſas, uaſtet. In *Besly* hiſt. des Comtes de Poictou p. 170 Hildeboldus Abbas et monachi e monaſterio S. Philiberti, irruentibus Normannis ad Carolum confugiunt atque aliquas uillas obtinent - - *Nonae uero et decimae rerum earundem uillarum ſine aliqua negligentia rectoribus atque miniſtris eccleſiae, cuius iuris eſſe noſcuntur, noſtra etiam admonitione perſoluantur quotannis.*

17. Pontifex Rom. confirmat chartam mon. S. Vedaſti.

Apud *Marten.* c. l. p. 197 firmatur poſſeſſio uillae, quam S. Domnolus clericis S. Vincentii (h. e. monachis, qui ſaepius clerici dicuntur) tradidit et p. 198 mon. S. Vedaſti a Pontifice impetrat iur. confirmationem: *itaque uocatione domni Iohannis apoſtolici Romam properantes et uoto noſtro quod ex longo tempore cupiueramus ſatisfacientes poſt collatam a praefato patre noſtro ſummo pontifice et uniuerſali Papa Chriſto nobis propitio imperii dignitatem humiliter eidem ſummo pontifici ſupplicauimus, ut ſecundum praefatorum fratrum petitionem edictum tum noſtrum quamque epiſcoporum decreta Gallicanorum ſua auctoritate adſtipulari dignaretur.* p. 180 pro mon. Elnon. *ut ex rebus in pago Tornacenſi ſitis ueſtimentorum adminiculum ſumant et ex rebus in pago Laudunenſi ſitis uini ſufficientia ſibi praeparent ita ut praedictas uineas bene excolant et emeliorari faciant.*

mon. Elnon. ſuppeditat ueſtimenta, uinum &c.

Immunitas ab eulogiis indulgetur in *Sanjulian.* Tornut. p. 510 et *Sammarth.* Gall. Chr. t. IV p. 225 inſtr.: *exquirere - - aut manſionaticum aut paratum aut parafredum aut eulogias non praeſumant* (eulogiae hic notant munera coacta, quasuis penſitationes) *neque praeſumat harum quisquam ab eorum ſeruis, colonis ſeu francis ſuper eorum terram commanentibus exigere in publicis mercatis ſiue de fratrum negotiis &c.*

18. Abbatem Magniloc. aduerſus Aymarum ep. tuetur;

In *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. II p. 118 inſtr. immunitates Abbatiae Magnilocenſis aduerſus Aymarum epiſcopum Aruernenſem aſſerit: *Heiradus uenerabilis Abbas - - oſtendit praecepta tam genitoris noſtri quam et noſtrae authoritatis, in quibus continebatur qualiter idem locus ſub emunitate domni et genitoris noſtri et ſub noſtra per noſtrorum utrorumque praecepta conſiſtere debet. Nos denique eadem praeceptа diiudicari per Frotarium uenerabilem archiepiſcopum iubentes, inuenimus uera eſſe eorum praeceptorum authoritates et quod petiit libenter ei conceſſimus. Quapropter cognoſcentes quod Aymarus Aruernenſis epiſcopus non recte nec regulariter nobis ſuggeſſit, ſcilicet quando nos non utique recordantes quae ſuperius dicta ſunt de emunitate eiusdem loci deprecatus eſt, ut eumdem*

dem

dem locum ſibi per praeceptum dediſſemus, affirmans quod ipſe locus ad ſuum epiſcopatum ex antiquo pertinere deberet - - uolumus etiam ut fratres eiusdem loci quemcumque uoluerint aduocatum eligendi licentiam habeant et ob remunerationem etiam noſtri totum ei dimittimus. Ib. T. IV p. 3 inſtr. Rigberto Abbati S. Eugendi adiudicat cellam aliquam: *uenit ad noſtrae ſublimitatis excellentiam Richertus uenerabilis abbas ex monaſterio S. Eugendi Iurenſis in ciuitate Remis apud S. Remigium una cum abbate Dattone et comite Adalardo, quos antea direximus ad ſuum praefatum coenobium ad diſcernendas et inquirendas rationes, quas ipſe habebat et Gedeon archiepiſcopus Veſontionenſis de cella, in qua corpus S. Lupicini humatum iacet, humiliterque et adcline ſupplicando petiit cum ſuis monachis &c.*

Abbati S. Eugendi adiudicatur cella.

§. CXXXVIIII.

Intueamur politicam reipublicae adminiſtrationem. In conuentu Colon. apud *Baluz.* T. II c. II ſancitur, ut *honor regius et poteſtas regali dignitati competens exhibeatur*; c. III nemo honore priuetur, niſi iuſtitiae iudicio, nec c. IV quisquam regi aliquid contra iuſtitiae rationem ſuggerat; et c. V ſi quid ei ſubreptum fuerit, id corrigatur. c. VI pax Virdunenſis firmata uidetur: *ſi quis hoc foedus concordiae ſalubris, quod propter pacis caritatisque cuſtodiam iniuimus et chirographi uirtute ſubſcripſimus, rebelli atque animo pertinaci inruperit, Chriſtiana dilectione admoneatur &c.* Capitula in uilla Sparnaco a. 846 edita in *Bal.* c. l. p. 31 regi ſuadent, *ut fideles et ſtrenuos miſſos ex utroque ordine per ſingulos comitatus regni mittat, qui omnia diligenter inbreuient, quae tempore aui ac patris ſui uel in regio ſpecialiter ſeruitio uel in uaſallorum dominicorum beneficiis fuerunt.* Quid muneris miſſis incubuerit, docent capitula apud Sueſſionis ciuitatem data a. 853 c. l. p. 53. c. 1 *conuerſationem monachorum inquirant, et ubi neceſſe eſt corrigant, et ubi deſunt congruas officinas conſtruere iubeant - - inbreuient, quid eccleſiarum ſit, quid etiam Nortmannis per noſtram commendationem ſiue ſine noſtra commendatione datum ſit.* c. II et V deſcribant, quae monaſteria regis defenſioni tradita, quae res eccleſiaſticae in proprietatem uel alodem datae ſint; c. III qualis cenſus de capellis et Abbatiolis ex caſis Dei in beneficium datis exeat. c. VI uideant de nonis et decimis. c. VII *comi-*

Conſtitutiones ad ſtatum politicum ſpectantes.

2. de munere miſſorum. In mores monachorum inquirant; configuent res eccleſiarum.

de placitis habendis. *tibus praecipiant, ne malla uel placita in exitibus et in atriis ecclesiarum et presbyterorum mansionibus, neque in dominicis uel festiuis diebus tenere praesumant.* h. e. c. VIII ne teneant *a quarta feria ante initium quadragesimae, nec in ipsa quarta feria usque post octauas paschae, nisi de concordia et pacificatione discordantium; similiter a quarta feria ante natiuitatem domini usque post consecratos dies obseruent, nec non et in ieiuniis quatuor temporum et in rogationibus simili obseruatione eosdem feriatos dies uenerari omnimodis studeant.* c. IX: *si episcopus pro criminibus colonos flagellauerit; seniores uero eorum id indigne tulerint, et aliquam uindictam inde exercere uoluerint; bannum nostrum component, et simul cum excommunicatione ecclesiastica nostram harmiscaram durissimam sustinebunt.* c. X: *comites uel reipublicae ministri simul cum episcopo uniuscuiusque parochiae sint in ministeriis illorum* (missorum) *quando idem episcopus suam parochiam circumierit, cum episcopus eis notum fecerit.* c. XI *ne quis irrationabiliter petat, ut super beneficia ecclesiastica uel praestarias praecepta confirmationis nostrae fiant.* c. XII: *ne commutationes rerum uel mancipiorum quilibet praelatus sine licentia uel consensu nostro facere praesumat.* Eodem anno iterum capitula quaedam ad missos Rex direxit, populo denuncianda. Tractant de honore ecclesiarum, latronibus puniendis, c. III *de collectis quas theudisca linguae heriszuph appellat et de his qui immunitates infringunt &c.* c. IX: *de aduenis qui oppressione Nortmannorum uel Britannorum in partes istorum regnorum confugerunt, statuerunt seniores nostri, ut a nullo reipublicae ministro quamcumque uiolentiam uel oppressionem aut exactationem patiantur.* post c. XIII: *mandamus praeterea, ut si capitula domni aui et genitoris nostri scripta non habetis, mittatis ad palatium nostrum de more praedecessorum uestrorum missum uestrum et scriptorem cum pergamena, et ibi de nostro armario ipsa capitula accipiat atque conscribat.* Sequuntur formulae sacramentorum francorum hominum et centenariorum: *Ego ill. adsalituram, illud malum quod scach uocant uel teseeiam non faciam, nec ut alius faciat consentiam, et si sapuero, qui hoc faciat, non celabo.* Nominantur *missi et pagi per missaticos qualiter fuerunt tunc ordinati.* Episcopo uel abbati in singulis prouinciis duo pluresue comites additi sunt. Apud Attiniacum eadem fere capitula missis praescribebantur; uideant praeterea de maritima custodia, de uiis per aquas, pontibus, monetis et falsariis fabris. Adiungitur sacramentum fidelitatis regi praestandum: *Ego ill. Karolo Hludouuici*

ne aduenae opprimantur.

Capitula Ludou. P. et Caroli M. describantur ex archiuo regni.

Sacramenta francorum hominum et centenariorum,

fidelitatis.

dorvici et Iudithae filio ab ista die in ante fidelis ero secundum meum sauirum, sicut francus homo per rectum esse debet suo regi. si me Deus adiuuet et istae reliquiae. Recensentur eorum nomina, qui a. 854 V Non. Iul. in mallo Remis iurauerunt fidelitatem, aut quod eam iam iurassent, indicatur. A. 856 ad Francos et Aquitanos, qui ab eo desciuerant, per uarios missos capitula dedit, ut querelas eorum expenderent, eosque ad obsequium reducerent. *Bal.* c. l. p. 79 sq. et p. 87 in synodo Carisiaca nonnulla capitula de coercendis rapinis traduntur; et p. 95 missi iterum officii sui memores esse iubentur, in synodo Carisiaca a. 857 mens. Febr. Apud S. Quintinum Karolus et nepos eius Hlotharius adnuntiationes ad populum fecerunt, quibus foedus inter se intercessisse ostendunt, et consensum et auxilium fidelium desiderant, ac depraedationibus occurrunt. Vt de fide suorum certior fieret Carolus, a. 858 apud Carisiacum sacramentum ab iis postulauit, idemque ipse his uerbis praestitit: *Et ego, quantum sciero et rationabiliter potuero, domino adiuuante, unumquemque uestrum secundum suum ordinem et personam honorabo et saluabo et honoratum et saluatum absque ullo dolo ac damnatione uel deceptione conseruabo et unicuique competentem legem et iustitiam conseruabo. Et qui illam necesse habuerit et rationabiliter petierit, rationabilem misericordiam exhibebo, sicut fidelis Rex suos fideles per rectum honorare et saluare et unicuique competentem legem et iustitiam in unoquoque ordine conseruare et indigentibus et rationabiliter petentibus rationabilem misericordiam debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc quantum dimittit humana fragilitas, per studium aut maliuolentiam uel alicuius indebitum hortamentum deuiabo, quantum mihi Deus intellectum et possibilitatem donauerit. Et si per fragilitatem contra hoc mihi subreptum fuerit, cum hoc recognouero, uoluntarie illud emendare curabo.* En! capitulationis uestigia. A 859 Rex Carolus libellum proclamationis aduersus Wenilonem Archiepisc. Senonum, qui eum coronauerat, postea uero perfidus ad Hludouicum, Caroli fratrem, defecerat, porrexit, electis iudicibus quatuor Archiepiscopis. In Basilica S. Castoris ad Confluentes Carolus, Ludouicus et Lotharius conuenerunt pacem restituturi. Carolus populo annunciat, et consilium fidelium requirit. Sequuntur *nomina episcoporum et laicorum qui a. inc. dom. DCCCLX Non. Iun. in secretario basilicae S. Castoris consederunt cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem quam glo-*

4. Francos et Aquitanos ad obsequium reuocare laborat.

Sacramentum regis.

5.

Negotio pacis

rioſi reges noſtri Hludouvicus et Karolus atque Hlotharius inter ſe fecerunt VII Id. Iun. in eodem monaſterio et qui haec capitula ab omnibus conſeruanda acceptauerunt. Subiunguntur ſacramentum firmitatis Hludouici regis et capitula ab omnibus conſeruanda. Deinceps Hludovvicus rex annunciat lingua theodiſca, Karolus Romana, ex maxima tamen parte lingua theodiſca recapitulauit. Poſthaec dom. Hludovvicus ad d. Karolum fratrem ſuum lingua Romana dixit: *Nunc ſi nobis placet, ueſtrum uerbum habere nolo de illis hominibus, qui ad meam fidem uenerunt.* Et d. Karolus excelſiori uoce lingua Romana dixit: *Illis hominibus qui contra me ſic fecerunt ſicut ſcitis et ad meum fratrem uenerunt, propter Deum et propter illius amorem et pro illius gratia, totum perdono, quod contra me misfecerunt et illorum alodes de hereditate et de conquiſitu et quod de donatione noſtri ſenioris habuerunt, excepto illo quod de mea donatione uenit, illis concedo &c.* Poſtquam Confluentibus Karolus redierat, capitula per regnum ſuum denuntianda dedit, quibus paullo ante acta repetuntur. c. IV: *ut miſſi noſtri eis qui firmitatem fecerint alodes illorum quos de hereditate et de tali conquiſitu qui de noſtra donatione non uenit habuerunt et quos ſenior noſter domnus Imperator eis dedit, ſi praecepta illius oſtenderint, quantum in ipſis praeceptis inde continetur illis reddant.* c. VIII: *firmitas autem quam a praedictis hominibus miſſi noſtri debent recipere iſta eſt: de iſta die in ante Karoli, Hludovvici Imperatoris filii, regnum illi non forconſiliabo neque ouerribo, ſi me Deus adiuuet et iſtae ſanctae reliquiae.*

6. alodes fidelibus reddantur.

7. de moneta.

A. 861 apud *Bal.* p. 151 edictum Cariſiaci promulgatum eſt de re monetaria: *peruenit ad nos quia quod ad timorem incutiendum, ne aliquis bonum denarium i. e. merum et bene penſantem, reicere audeat, more praedeceſſorum noſtrorum commendauimus, aliqui miſſi ad hoc conſtitutum exequendum quasdam adinuentiones et in mallatione et in exactatione intramittunt. -- propterea neceſſarium duximus, ut commendationem noſtram ex hac ſcribere rogaremus, quae ex more in noſtro palatio apud Cancellarium retineatur et inde per miſſos noſtros dirigatur -- habeat miſſus reipublicae in ciuitatibus et in mercatis denarium ſic affectatum, ut deprehenſum in fronte denario calefacto ſaluis uenis taliter coquat ut ipſe homo et ceteri caſtigentur et homo non pereat et uidentibus ſignum caſtigationis oſtendat.*

8. In ſynodo Piſtenſi a. 862 longo ſermone de malis rempublicam lacerantibus, eorum cauſſis et remediis differitur. c. III: *ut usque ad miſſam S. Remigii i. e. Kal. Octobr.*

ſpatium

ſpatium habeant illi qui in iſtis temporibus iſtas depraedationes et alia malefacta criminaliter et publice fecerunt, ut inde et apud Deum et apud eos quibus male fecerunt ſe paciſcent. Inter Carolum et Lotharium noua ſimultas orta erat. Cauſſas exponit Carolus Hludouico fratri in *Bal.* c. l. p. 165. Lotharius nimirum Engeltrudem, Matfridi comitis filiam, quae maritum Boſonem deſeruit, regno ſuo recepit, neglecta Apoſtolici admonitione; cum Balduino comite, qui Iuditham uiduam, Karoli filiam, in uxorem rapuit, communicauerat; ac denique Theutberga dimiſſa, aliam uxorem illegitime duxerat. Sequuntur adnuntiationes, quas tres reges apud Sabonarias adnuntiare debuerunt. Hludouicus ſe ideo ueniſſe ait, ut mediator exſiſteret inter Karolum et Lotharium; cui Carolus amicitiam ſuam denuo offert. Lotharius promittit ſe ea obſeruaturum, quae patruus Hludouicus et epiſcopi qui cum eo inter ſe et patruum Carolum mediatores fuerunt nunciauerunt; et ad oſculum Caroli admittitur. Adnuntiationes regum.

Quoniam iſtas, quae praecedunt, adnuntiationes Hludouvicus et Hlotarius cum illorum ſequacibus, poſtquam coram omnibus, qui adfuerunt, trium regum conſiliariis fere ducentis, tam epiſcopis quam Abbatibus et laicis, relectas penitus reiecerunt, ne populo legerentur, ut cauſa Hlotharii penitus taceretur, hanc quae ſequitur adnuntiationem domnus Karolus iſtis ipſis uerbis iam neſperi adnuntiauit apud Sablonarias anno inc. dom. DCCCLXII ind. XI III Non. Nou. in ipſa caſa ubi relectae ſunt praecedentes adnuntiationes, in quam pauci alii intrauerunt quam qui antea fuerunt, quoniam fere plena de ipſis erant. Adnuntiatio Karoli. *Sicut ego uerbis et ſcriptis per fratrem meum et per epiſcopos nepoti meo mandaui, et illi de ſua parte mihi renuntiauerunt, ſic illi amicus eſſe et illum ſaluare uolo ſicut auunculus per rectum nepotem ſaluare debet, ſi ille, ſicut nepos per rectum auunculum ſaluare debet, me et meos ſaluauerit.* A. 864 comitia Piſtis VII Kal. Iul. habita ſunt, quibus edictum promulgabatur, leges maiorum quamplurimas repetens. Res praecipue monetaria ordinatur c. VIII ſq. *ut denarii ex omnibus monetis meri ac bene penſantes in omni regno noſtro non reiiciantur usque ad miſſam S. Martini.* c. X: *ut ab ipſa miſſa S. Martini per omne regnum noſtrum non niſi iſtius noſtrae nouae monetae meri et bene penſantes denarii accipiantur.* c. XI: *ut in denariis nouae noſtrae monetae ex una parte nomen noſtrum habeatur in gyro et in medio noſtri nominis monogramma, ex altera uero parte nomen ciui-* 9. Iſtetum de moneta.

tatis

satis et in medio crux habeatur. c. XXIII: *ut nullus deinceps in regno nostro mixturam auri uel argenti ad uendendum facere uel consentire praesumat, et nullus a missa S. Remigii i. e. a proximis Kal. Octobr. aurum uel argentum ad uendendum uel emendum nisi purificatum proferat.* c. XX: *iustus modius aequusque sextarius fiat, et mensuram secundum antiquam consuetudinem de palatio nostro accipiant.* c. XXIX: *coloni tam fiscales quam et ecclesiastici, qui sicut in polypticis continetur, et ipsi non denegant, carropera et manopera ex antiqua consuetudine debent, et margilam et alia carricare renuunt, quoniam antiquis temporibus forte margila non trahebatur; sine ulla differentia carricent.* c. XXX: *Quoniam in quibusdam locis coloni tam fiscales quam et de casis Dei suas hereditas i. e. mansa quae tenent, non solum suis paribus, sed et clericis canonicis ac uillanis presbyteris et aliis quibuscumque hominibus uendunt et tantummodo sellam retinent et hac occasione sic destructae fiunt uillae ut non solum census debitus inde non possit exigi, sed etiam, quae terrae de singulis mansis fuerunt, iam non possint agnosci; ut hoc nullo modo de cetero fiat.* c. XXXII: *ut confiniales et uicini comites in una die, si fieri potest, mallum non teneant, maxime post octauas Paschae, propter Francos homines et aduocatos, qui ad utraque malla non possunt occurrere* &c. et lectis his omnibus praecipitur, *ut quicunque istis temporibus castella et firmitates et haias sine nostro uerbo fecerunt, Kalendis Augusti omnes tales firmitates disfactas habeant.* A. 865 Tusiaco capitula quaedam in Burgundiam missa sunt, et Carolus et Hludouicus foedus Confluentinum renouarunt. *Bal.* p. 201. A. 868 Compendii eadem capitula missis praescripta repetuntur, quae a. 853 in synodo Suessionensi constituta sunt, in *Baluz.* p. 53. Eodem a. siue potius secundum *Ann. Bertin.* a. 867 Metis ap. S. Arnulfum pactiones inter Hludouicum et Carolum fiebant de regnis Hludouici Imp. et Lotharii regis diuidendis, quas iurando roborarunt, ac praeterea promiserunt: *mundeburdem autem et defensionem sanctae Romanae ecclesiae pariter conseruabimus, in hoc ut Romani pontifices nobis debitum honorem conferunt, sicut eorum antecessores nostris antecessoribus conseruauerunt.* A. 870 pactiones inter eosdem initae de regni Lotharii diuisione, quae etiam facta VI Id. Aug. in procaspide super fluuium Mosae. *Bal.* p. 221. Postea tamen Ludouicus Rex partem suam Ludouico Imp. artibus Ingelbergae Imperatricis cesserat, quae, ut Carolus idem faceret, tentarat; sed Carolus sibi apud Gundulfi uillam a Lotharingis denuo fidem iurari uoluit. *Bal.* p. 225. A. 873 Carisiaci Rex Carolus iterum in quibusdam capitulis pacem publicam stabiliuit. c. IV: *de illis hominibus, qui cum Carlo-*

de operis colonorum.

ne una die uicini comites malla teneant.

10. Variis pacta a fratribus regibus inita.

11. Pax publica stabilitur.

Carolomanno praeteritis annis tanta mala et tanta scelera in regno nostro fecerunt, sicut tunc et uerbis et scriptis praecepimus, ita comites et missi nostri exequantur in eos in quibus nostra iussio executa non est i. e. ut fidelitatem nobis promittant. c. VII: de maleficis et sortiariis puniendis. c. VIII: *demonstretur, qualiter de regia uestitura aui et patris nostri et nostra res et mancipia exierunt, quia plures inde per mendacium quaedam obtinuerunt, ita et de rebus quae in ecclesiarum uestitura fuerunt, unde quaestio fuerit, demonstretur qua auctoritate in proprietatem eas quisque obtineant.* A. 877 electio Karoli Imperatoris ab Italicis episcopis et ceteris confirmata in synodo Ticinensi, *Bal.* p. 237, quo in loco Imperator etiam nonnullas constitutiones edidit. c. V: ut imperialis honor ab omnibus fideliter obseruetur. c. XIII ut depraedationes cohibeantur. c. XV nemo infideles celet. Cum a. 877 Imperator in Italiam proficisceretur, quomodo se absente regnum administrari deberet, prouidit, et de quibusdam fideles suos respondere iussit. *Bal.* p. 259 c. I: de honore et cultu Dei et ecclesiarum. c. II: de monasterio Compendiensi conseruando. c. III: *ut eligantur, quorum speciali consilio in praesenti itinere utamur.* c. IV de securo reditu, et quomodo nos de filio nostro et de uobis securi esse possimus. c. V.: *ut ea quae per largitatis nostrae praecepta dilectae coniugi nostrae in proprium habere concessimus, filius noster ante nos confirmet.* c. VI: *de filiabus nostris, cum quo honore secundum Dei uoluntatem et quali saluamento aut adiutorio consistere debeant. Quod etiam paruulae nostrae filiae datum habemus, aut deinceps dederimus, cum quali securitate tenere possit. Et si Deus eam ad perfectam aetatem uenire donauerit, in matris suae sit potestate et a nullo contra ipsius uoluntatem uel marito tribuatur uel sacrum ei uelamen imponatur.* c. VII: *de ordinandis scaris, et si nepotes nostri aliquid mali machinari uoluerint, quomodo illis resistatur.* c. VIII: *si antequam redeamus, aliqui honores interim aperti fuerint; Resp. si Archiepiscopus defunctus fuerit, uicinus episcopus ipsius dioeceseos cum comite ipsam sedem praeuideat usque dum obitus ipsius Archiepiscopi ad uestram notitiam perueniat; si episcopus obierit, Archiepiscopus ipsi sedi uisitatorem deputet, qui una cum comite ipsam ecclesiam custodiat. si Abbas uel Abbatissa obierit, episcopus et comes monasterium custodiat.* c. IX: *si comes obierit, cuius filius nobiscum sit, filius noster cum ceteris fidelibus nostris ordines de his qui illi plus familiares et propinquiores fuerint, qui cum ministerialibus ipsius comitatus et episcopo ipsum comitatum praeuideat usque dum nobis renuntietur. si autem filium paruulum habuerit, isdem cum ministerialibus ipsius comitatus et episcopo in cuius parochia consistit eundem comitatum praeuideat donec ad nostram notitiam perueniat. si uero filium non habuerit, filius noster cum ceteris fidelibus nostris ordines qui cum ministerialibus ipsius comitatus et episcopo ipsum comitatum praeuideat*

de rebus, quae ex regia uestitura exierunt.

12. Constitutiones Caroli Imper.

de filiabus suis solicitus est.

disponit de honoribus apertis et

Comitatibus.

donec iussio nostra inde fiat. Et pro hoc nullus iraſcatur, ſi eundem comitatum alteri cui uobis placuerit dederimus, quam illi qui eum hactenus praeuidit. c. X: *ſi aliquis ex fidelibus noſtris poſt obitum noſtrum ſaeculo renunciare uoluerit et filium uel talem propinquum habuerit, qui reipublicae prodeſſe ualeat, ſuos honores, prout melius uoluerit, ei ualeat placitare. Et ſi in Alode ſuo quiete uiuere uoluerit, nullus ei aliquod impedimentum facere praeſumat, neque aliud aliquid ab eo requiratur, niſi ſolummodo ut ad patriae defenſionem pergat.* c. XII: *ſi obierimus eleemoſynarii noſtri de eleemoſyna noſtra decertent. et libri noſtri, qui in theſauro noſtro ſunt, inter S. Dionyſium et S. Mariam in Compendio et filium noſtrum diſpertiantur.* c. XV: *qualiter filius noſter in hoc regno remaneat, et qui debeant eſſe quorum auxilio utatur et uiciſſitudine cum eo ſint, nominantur.* c. XVII: *Adalardus comes palatii remaneat cum ſigillo; ſi defecerit uices gerant Gerardus ſiue Fredricus.* c. XXI: *ut nemo deſpiciat literas noſtra auctoritate aut filii noſtri nomine ſignatas uel eorum quos in hoc regno cum illo dimittimus, neque inobediens ſit quae ſibi mandata fuerint.* c. XXXI: *de cappis et aliis negotiatoribus, uidelicet ut Iudaei dent decimam et negotiatores Chriſtiani undecimam.* c. XXXII: *In quibus ex noſtris palatiis filius noſter, ſi neceſſitas non fuerit, morari uel in quibus foreſtibus uenationem exercere non debeat.* c. XXXIII: *Vt Adelelmus de foreſtibus diligenter ſciat quod porci et feramina in unaquaque a filio noſtro caciata fuerint.*

Mortis cauſa nonnihil diſponit.

Comiti palatii figillum creditur.

§. CXXXX.

Fata Calui noſtri e Ludouici P. Lotharii et Ludouici II Imp. rebus geſtis ſatis perſpici poſſunt. Cum Lotharius, proelio licet uictus, nouas res moliretur, fratres Carolus et Ludouicus Argentorati a. 842 conueniebant et, teſte *Nithardo* p. 472, foedus inter ſe populosque ſuos lingua Teudiſca et Romana ſanciebant, ac iureiurando firmabant hoc modo: ſacramentum Lodhuvvici. *Pro Deo amur et pro Chriſtian poblo et noſtro commun ſaluament diſt di in avant, in quant Deus ſavir et podir me dunat, ſi ſalvarai io ciſt meon fradre Karlo et in adjudha et in cadhuna coſa ſi com om per dreit ſon fradre ſaluar diſt, in o quid il mi altre ſi fazet. Et ab Ludher nul plaid numquam prindrai qui meon vol ciſt meon fradre Karle in damno ſit.* Quod cum Lodhuvvicus expleſſet, Karolus teudiſca lingua ſic haec

Foedus Argentoratenſe, eiusque ſacramenti formula.

haec eadem uerba teſtatus eſt. Sacramentum Karoli. *In Godes minna, ind durh tes Chriſtianes folches ind unſer bedhero gealtniſſi, fon theſemo dage frammordes ſo fram ſo mir Got gewwizei indi madh furgiſet, ſo hald ih teſan minan bruodher - - ſo ſo man mit rehtu ſinan bruoder ſcal, inthi ut hazermig ſoſo maduo. Indi mit Lutherem inno theinni thing ne gegango, zhe minan uuillon imo ce ſcadhen uverben.* Sacramentum autem quod utrorumque populus quique propria lingua teſtatus eſt, Romana lingua ſic habet: ſacramentum populi: *ſi Lodhuuigs ſacrament que ſon fradre Karlo iurat conſeruat et Karlus meos ſendra de ſuo part non loſtanit, ſi io returnar non lint pois, ne io ne veuls cui eo returnar int pois in nulla aiudha contra Lodhuuig nun li iuer.* Teudiſca autem lingua. *Oba Karl thea eid, then er ſinemo bruodher Ludewwige geſuor, geleiſtit, ind Ludhuuwig min herro then er imo geſuor, forbrihchit, ob ih inanes aruvenden ne mag, nob ih, nob thero thein hes iruvenden mag, imo ce folluſti vvidhar Karle ne vvirdhit.* Harum formularum explicationem dedit *Freher.* in Kulpiſ. ſcript. rer. German. §. IX p. 113, (ubi docet quoque, qua potiſſimum lingua priſci Francorum reges uſi ſint,) et in *Boecleri* notit. imp. a. 1692. Interpretatus eas eſt etiam *Bodin.* L. V de republ. c. 6. Cum Ludouicus et Carolus Argentorati commorarentur, ludos equeſtres, teſte *Nithardo*, agi iubebant; hinc torneamenta nonnullis iam hac aetate uſu recepta fuiſſe uidentur. *Georg. Schubart.* de ludis equeſtr. c. 7. *du Freſne* diſſ. VI ſur l' hiſtoire de S. Louis par de Ioinville p. 166. A. 843 pacto diuiſionis Virdunenſi regna occidentalia obtinuit Carolus, eiusque mentionem facit in charta *Mabill.* Act. S. Bened. ſaec. IV P. II fol. 251 mon. Corbionenſi data: *deinde uero poſt pacem atque paterni imperii diuiſionem cum fratribus noſtris Chlotario ſcil. et Ludouico Regibus miſerante domino celebratam, congregari iuſſimus Galliarum populos, qui in partem noſtram uenerant in territorio Aurelianenſi in loco qui Germiniacus dicitur cum ſacris pontificibus et regni noſtri principibus, ut communi tractatu ea, quae in quibuslibet ordinibus eccleſiae minus utiliter conſtare uidebantur, ob iniuriam negligentium aut propter ciuilis belli transactam uiolentiam iuuante Chriſto in melius reformemus;* mortuo uero Hlothario iuniore Rege in regno eius a. 869 ind. II, V Id. Sept. coronatus eſt. Acta huius coronationis quaedam et capitula

Ludi equeſtres celebrantur.

2. Pactum Virdunenſe.

3. Carolus acquirit regnum Lotharii.

tula prodit *Baluz.* T. II p. 215 et 301 sq. ubi etiam consecratio seu coronatio Ludouici filii eius et reginarum Iudith filiae et Hermintrudis coniugis exhibetur. Bello iura sua defendere cogebatur aduersus Britones, donec pace cum Salomone, Duce, inita, eum Regem Britonum nuncupasset. Grauius inquietabatur a Normannis, quos, ut a se amoueret, ingens tributum subditis imperabat. *Bal.* c. l. p. 257. Saraceni itentidem Italiam inuadebant, ac pontifex etiam hac mente Carolum ad imperii fastigium euexisse uidetur, ut eos reprimeret, sed spes fefellit. Nam ipse Carolus a Carolomanno, cui imperatoris dignitatem praeripuerat, ad incitas propemodum redactus, antequam in barbaros quidquam machinari posset, moriebatur. Ludouicus, Carolomanni frater, Rex ab Aquitanis constituebatur, et quamuis ei hanc dignitatem retinere non licuerit, Carolo tamen Imperatori multum negotii faceſſebat. A Pippino, Pippini regis Aquitaniae filio, eidem etiam plures moleſtiae illatae sunt, quas quidem ipsi monachum induere iusso condonauit, sed cum Pippinus ad prauam mentem rediret, ex procerum regni sententia capitis damnatus, postea uero arctiori custodiae mandatus est. Socium eius Bernhardum, Septimaniae ducem, ex superioribus notum, iam antea tamquam maiestatis reum sententia capitalis uita priuauerat. Inter alios proceres caput effert Boso, cuius sororem Richildem Carolus secundis nuptiis duxit, ipsumque ideo summis auxit honoribus, et Archiministrum constituit. Carolo uero rebus humanis erepto, is Rex Prouinciae ungebatur.

4. Bella cum Britonibus, Normannis, Saracenis,

Carolomanno.

5. Turbae Aquitanicae.

§. CXXXXI.

Tabulae quibusdam singulatim conceſſae; Herimanno,

De rebus singulorum iam nonnulla passim monuimus, hic chartas aliquas singulares subiecturi. In *Mabill.* R. D. p. 526 Herimanno Ludouici Abb. S. Dionysii Vasallo his formulis donat res iuris sui Carolus a. II: *concedimus fideli nostro Herimanno ad proprium quasdam res iuris nostri sitas in pago Parisiacense in uilla quae dicitur Buxidello mansum unum cum omni integritate uel cum omnibus appendiciis -- de nostro iure in ius ac potestatem illius solemni donatione transferimus, ita uidelicet, ut quicquid ab hodierna die et tempore exinde*

pro

pro ſua utilitate atque commoditate iure proprietario facere decreuerit, liberam et firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem faciendi quidquid noluerit, tam donandi, quam uendendi, nec non etiam heredibus relinquendi. lb. p. 528 a. III rem fiſci largitur: *fideli noſtro nomine Gaiſino quasdam res proprietatis noſtrae, quae ſitae noſcuntur fore in pago Wilchiſſino fiſcum noſtrum, quae uocatur Cormilias, cum omnibus rebus ad ſe pertinentibus, quem Reginaldus comes in beneficio per noſtram largitatem habebat -- ſupra taxatum fiſcum largiendo firmamus ea uidelicet conditione, ut quemadmodum de reliquis rebus ſuis proprietatibus -- liberam et firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem faciendi quicquid uoluerit.* Gallino, Eod. a. apud *Marcam* p. 778 in Sicfridum, fidelem ſuum itidem munificus eſt. In *Bal.* T. II Capit. p. 1440 a. IV Attoni fideli ſuo chartam largitionis dedit: *quasdam res iuris noſtri ſitas in comitatu Baiocaſinſe, in pagello qui dicitur Ot lingua Saxonia i. e. uillam nomine Heidram cum omnibus ſuis integritatibus et mancipiis utriusque ſexus, quam Gundacher comes auo noſtro Karolo Imperatore per ſuam epiſtolam confirmauit habere &c.* cum clauſula liberae diſpoſitionis. Sicfrido, Attoni, p. 1444 pro quibusdam Hiſpanis praeceptum diuulgat: *quas ſi quidem apriſiones praefatorum Hiſpanorum progenitores per licentiam ſeu conceſſionem aui noſtri Karoli ac poſt obitum illius genitoris noſtri Auguſti Ludouici ex deſerti ſqualore habitabiles frugumque uberes proprio labore fecerunt.* Hiſpanis, p. 1445 Theodtfredo filio Iohannis confirmat uillam Fontes, quemadmodum eam Karolus M. et Ludou. P. Iohanni conceſſerant. *Condono tibi quid pater tuus aut Wilimirus uunculus tuus aut homines illorum in uilla Fonteioncoſa habuerunt per apriſione cultum.* Theodtfredo, A. V in *Marten.* V. M. T. I p. 109 Nithado ſe liberalem praeſtitit; Hincmaro presbytero in *Mab.* c. l. p. 528: *uenerabili uiro Hincmaro presbytero largitatis noſtrae munificentia quasdam res proprietatis noſtrae ſitas in pago Pinciacinſe in proprium concedimus -- quas Hildegaudus una cum uxore ſua diuae memoriae domno ac auo noſtro Karolo Imperatore tradiderat, et nos hereditaria ſucceſſione hactenus retinuimus.* Hincmaro, Apud *Marc.* p. 782 praeceptum pro Adefoſo datum legitur a. VII; in *Marten.* c. l. p. 119 a. X pro Adalmanno, qui *proprium quiddam hereditatis ſuae legaliter obtulit, deprecatusque fuit per ſeriem precariae quandam uillulam nomine Coloniam;* item pro Odone *dilecto comite et miniſteriali p.* 120, et p. 128 a. XII pro Wichar- Adefoſo, Adalmanno, Odoni,

do ſacerdote: *S. Columbae cellam -- per omnia tempora vitae ſuae habendam concedimus -- in noſtra fidelitate perſiſtens beneficiario iure poſſideat -- duas libras argenti perſoluere non negligat.* In *Marca* p 786 a. XIII pro Teuthmundo auctoritatem ſimilem Sicfridi tabulis concinnauit. *Mab.* c. l. p. 532 donationem Weniloni factam profert a. XV, et *Marca* p. 787 Sumnoldo et Riculfo: *quia ad deprecationem dilecti nobis Marchionis noſtri Odalrici concedimus ad proprium quibusdam fidelibus noſtris i. e. Sumnoldo et Riculfo Gotis res quasdam noſtrae proprietatis quas ipſi hactenus per aprifionis ius habuiſſe cognoſcuntur.* A. XX apud *Marten.* th. Anecd. T. I p. 41 Gameſindo beneficium in proprium dedit. In *Bal.* c. l. p. 1475 in Adalgiſum res proprietatis ſuae transfert a. XXI et p. 1488 a. XXIX in Dodonem, Otgerii Vaſſum. p. 1500 a. XXXVII Olibam comitem donis auget: *quae res ſitae ſunt in Gotia i. e. omnes alodes quae fuerunt olim infideli noſtro Etilo Berani et ob illius infidelitatem in ius et dominationem noſtram legaliter deuenerunt -- eas delegamus -- et omnia cartarum inſtrumenta ex eisdem alodis dudum facta ſeu quaslibet firmitatum conſcriptiones per hoc noſtrae ſerenitatis praeceptum irrita facimus atque euacuando annullamus -- ſimiliter omnes alodes qui fuerunt Fredario et uxori ſuae Deuſianae, qui ſunt in Carcaſenſe, qui fuit infidelis noſter. ſimiliter omnes alodes Hoſtoliti et fratum ſuorum, qui alodes ſunt in Carcaſenſe, infidelium noſtrorum.* In *Mabill.* Ann. Bened. T. III p. 680 Cunradum comitem propinquum rebus proprietatis ſuae et mancipiis honorat. E tabulario Ademarenſi in *Cang.* gloſſ. u. exartes haec recenſentur: *quia ueniens cariſſimus auunculus noſter Ruodolfus comes humiliter petit magnificentiam noſtram, quatenus ſanctis fratribus ſub monaſtico ordine in cellula quae Deruum uocatur, conferremus ſtirpes uel, ut uulgo dicitur, exartes quosdam quos ex rebus Tricaſſinenſis comitatus ipſi proprio labore de heremo ad agriculturam perduxiſſe noſcuntur.*

Teuthmundo, Weniloni, Sumnoldo et Riculfo, Gameſindo, Adalgiſo, Dodoni; Olibae, et Cunrado et Ruodolfo comitibus.

§. CXXXXII.

§. CXXXXII.

De bonarum literarum cultu.

Quanto Carolus bonarum artium ſtudia ardore foouerit, enarrat *Hericus* in praefatione ad libros de uita S. Germani: *Illud uel maxime tibi aeternam parat memoriam, quod famatiſſimi aui tui Caroli ſtudium erga immortales diſciplinas non modo ex aequo repraeſentas, uerum etiam incomparabili feruore tranſcendis. Id tibi ſingulare ſtudium effeciſti, ut ſicubi terrarum magiſtri floierent artium, quarum principalem operam philoſophia pollicetur, hos ad publicam eruditionem undecunque tua celſitudo conduceret, comitas attraheret, dapſilitas prouocaret.* add. *Launoius* de ſcholis celebrioribus a Carolo M. et poſt Carolum inſtauratis. c. XII. Ex *Lupi* abbatis Ferrienſis epiſtolis ad Carolum caluum ſcriptis rei tum publicae tum literariae facies aliquantum cognoſcitur. In epiſtola XCIII ſe Imperatorum geſta literis conſignaſſe perhibet: *Imperatorum geſta breuiſſime comprehenſa ueſtrae maieſtati offerenda curaui, ut facile in eis ſuſpiciatis, quae uobis uel imitanda ſint uel cauenda. Maxime autem Traianum et Theodoſium ſuggero contemplandos: quia ex eorum actibus multa utiliſſime poteritis ad imitandum aſſumere. Ita diutiſſime regnetis, ut ſemper Deus regnet in uobis.* Epiſtola XCI docet, Lupum Prumiam filium Guagonis, nepotem ſuum, propter Germanicae linguae nanciſcendam ſcientiam, miſiſſe, quae perneceſſaria habebatur. Varia antiquitatis capita pictura illuſtrat, quae codici inſigni ſacrae ſcripturae a monachis Turonenſibus Carolo oblato acceſſit. Repraeſentatur ea a *Baluz.* t. II Cap. p. 1276 atque ex eodem ab *Eccardo* rer. Franc. orient. t. II p. 409, ubi explicatio additur.

§. CXXXXIII.

Interdicta, ne praeceptа uiolentur.

Accedunt uaria inhibitionum, imprecationum, mulctarum munimenta. *Marten.* T. I, u. m. p. 105: *Vnde monemus omnes obnixe ſupplici uoce, qui nobis in regno a Deo commiſſo ſucceſſuri ſunt, ſicut illorum ſtatuta a ſuis ſucceſſoribus conſeruari uelint, ita in omnibus hanc noſtri praecepti inſtitutionem immutabiliter perpetuis temporibus conſeruare ſtudeant.* p. 111 et 164: *ſi quis autem in tantam perrumpere audaciam auſus fuerit, ut huius praecepti noſtri uiolator exſiſtat, quemadmodum in praecepto domni genitoris noſtri continetur, non ſolum in offenſam noſtram lapſurum, uerum etiam DC ſolidorum auri ad purum excocti ſe nouerit poena mulctandum, ex qua duas partes rectores memorati monaſterii, tertiam*

tertiam uero ius fisci recipiat, dignum namque iustumque est, ut tot piorum regum decessorum nostrorum nostrique praecepti uiolator huiusmodi subeat paenam, ut a se tantae temeritatis merito argui cognoscat, et ceteris ne id agere quolibet ausu pertentet, timorem incutiat, ut nullus scil. beneficia regalia locis Deo dicatis ueneranter exhibita temerare conetur. p. 118: *supplicauimus per S. trinitatem omniumque sanctorum praemia omnibus, qui per diuersa tempora in regno nobis a Deo commisso sunt futuri sicut sua instituta uoluerint esse perpetuo inuiolata a suis successoribus, ita hoc meum conseruare studeant.* p. 197: *praecipientes regia potestate per sanctae trinitatis inuiolabile nomen atque examen tremendi iudicis et angelorum et sanctorum omnium reuerentiam coniurantes, ut nemo episcoporum successorum, quod nostro roboratum est edicto, subtrahere uel minuere audeat, uel ad suos usus eas retorquere uel alicui quiddam exinde in beneficium tribuat.* (add. *Mab.* R. D. p. 538) p. 198: *quod si quis apostolicae sedis decretum contemnere, nostri quoque edicti cessionem paruipendere atque contrauenire uel facere conatus fuerit, nulli dubium, quin illa damnatione multabitur, quam spiritu sancto credimus propalatam.* *Dacher.* T. III p. 346: *si quis - - ueluti contra salutem imperialis gloriae ac coniugis filiorumque et omnium fidelium nostrorum sed et totius imperii nobis a domino collati agens, augustali auctoritate atque praecepto quasi inimicus Dominorum et reip. ab omni arceatur munere publico - - sed et filios et successores nostros hoc eodem edicto contestamur, quatenus illi omnibus qui hoc mansuetudinis nostrae praeceptum infringere tentauerint, resistant.* *Vghell.* T. IV p. 87: *duodecim libras auri obrizi componere cogatur.*

§. CXXXXIIII.

Precationes exposcuntur.

Iam supra §. CXXXVI obseruauimus, Carolum munera sua certo modo saepius erogasse, ut scil. pro eius salute preces ad Deum funderentur, eiusque et aliorum memoria festis diebus celebraretur. Adhibuit frequenter antiquam formulam: *ut pro nobis, et coniuge proleque nostra - - exorare ualeant, delectent.* *Marten.* thes. anecd. T. I p. 42: *ut pro absolutione peccaminum praefati genitoris et genitricis nostrae, nostrorumque coniugis et prolis totiusque regni nostri statu Dei misericordiam iugiter exorent et quotidie unaquaque septem*

ptem horarum canonicarum secundum consuetudinem expleta unum septem psal orum poenitentialium ordinabiliter cum tribus capitulis et collecta nostris futurisque temporibus decantent.

§. CXXXXV.

In ultima clausula maiorum morem secutus est, quando se manu propria subscripsisse et anulo signasse ait. *Et ut haec auctoritas obtineat uigorem, manu propria subter eam firmauimus et de anulo nostro sigillari, uel anuli nostri impressione signari, adsignari, insigniri, subsigillari, iussimus.* Multis enim modis uerba uariantur: *Quam denique serenitatis nostrae auctoritatem ut pleniorem semper in Dei nomine obtineat firmitatem more regio manu propria subterfirmauimus et de anulo nostro sigillari iussimus.* *Baluz.* T. II Cap. p. 1455. *Vt autem nostri haec edicti constitutio aeternis inuiolata temporibus maneat, manus nostrae subscriptione roborauimus et anuli nostri aurei appensione subtersigillari iussimus.* *Mart.* T. I p. 198, V. M. - - *anuli nostri impressione subter sigillari ac decorari iussimus, manuque propria nostra affirmare curauimus.* *Bal.* c. l. p. 1491. *de bulla nostra insigniri iussimus et manu propria eam subter firmauimus.* Ib. p. 1493. *Mart.* c. l. p. 134, 160. *bullarum nostrarum impressionibus insigniri iussimus.* *Mab.* R. D. p. 404. *bullis nostris iussimus insigniri.* *Doublet.* p. 807. *Chiflet.* hist. Trenorch. p. 216.

Clausula, qua subscriptio et anulus innuitur.

§. CXXXXVI.

Monogramma hac formula sui fere semper simili: *signum Karoli gloriosissimi regis* uel *Imperatoris Augusti* includitur; *semper Augusti* in *Perard.* monim. Burgund. p. 160; *Karoli clarissimi regis* in *Sammarth.* Gall. Chr. t. VI p. 76 instr. occurrit. Nominis characterem eadem plane ratione, qua Carolus M. finxit Carolus nepos. Monogrammata quaedam informia iam indicauit *Baudis.* §. X ex *Strada* de Caesar. p. 380, *Coquillio* hist. de Niuernois p. 42, *Munster.* Cosmogr. L. III c. 19 §. 5, *Bucelini* Gallo-

Monogramma, cum formula.

Digitized by Google

Flandria L. II p. 341, *Cangii* Gloſſar. u. monogr. Litera K inflexo modo figuratur apud *Murator.* T. I antiq. p. 581.

§. CXXXXVII.

Cancellarii Hludouicus et Gauzlinus.

Duos Cancellarios principes deprehendimus. Alter eſt Hludouicus, Caroli M. nepos ex Rotrude, uel, ſi quis credat *du Cheſn.* hiſt. Cancellar. p. 79, filius ex concubina Ludouici P. frater Blichildis, Bernardi comitis Pictauienſ. uxoris, Abbas S. Dionyſii, qui ab inito regno ad a. XXVII usque recognouit; Alter Gauzlinus, frater Hludouici, ex abbate epiſcopus Pariſinus, inde ad Caroli obitum ſubſcripſit. Ludouici uices cum multis Notariis communicatae ſunt. *Ionas not.* ad uic. Hlud. iam a. I regni Caroli recognouit. *Mabill.* R. D. p. 527. Dicitur diaconus in *Baluz.* T. II Cap. p. 1451, 1445, 1448 et alias. Apparet adhuc a. X apud *Marten.* V. M. T. I p. 120. a. II *Folcalcus diaconus* recogn. *du Cheſn.* c. l. p. 84. *Aeneas Notarius* itidem ſub initiis regni uices Archicancellarii ſuſtinuit; et continuauit ad a. ſaltem XV. *Mabill.* T. III ann. Bened. p. 668. *Deomarium, Deotmarum, notarium* reperimus a. IV apud *Baluz.* c. l. p. 1444, 1447, 1440; et *Bartholomaeum Notarium* ab a. V, *Marten.* c. l. p. 105 ſq. ad a. XV. *Baluz.* c. l. p. 1464. a. IV *Rotfridus Cancell. ſcripſi et ſubſcripſi. du Cheſn.* p. 84. *Meginarius Notar. ad uic. Hlud.* recognouit a. V. *Baluz.* p. 1453. Eodem anno *Lucas Notar. ad uic. Ludou. Archicancell. rec. du Cheſn.* p. 82, et *Ragenfred. Not. ad uic. Ludou. abb. rec.* Ib. *Aſcharius presbyter ad uic. Hlud. recognou.* in *Sammarth.* G. Chr. t. VI inſtr. p. 6 ad a 844; et a. VIIII: *Tendo cancellarius ad uicem Hludou. archicanc. rec.* ib. p. 313. A. VII nobis prodit *Gislebertus Notarius* in *Mabill.* T. II Ann. Bened. p. 752, et recurrit frequens; conſpicitur adhuc a. XVII apud *Baluz.* c. l. p. 1466, immo a. XXII. Ib. p. 1491, et eod. anno *Gilbertus* in *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 267 inſtr. A. VII incidimus etiam in *Lomardum Notarium* apud *Marcam* de Marca hiſp. p. 782. *Sigebert.*

bert. Not. ad uic. Ludou. rec. du Cheſne p. 83. *Guillermus prior ad uic. Lud. recognouit* a. XV. *Mir.* T. III p. 9. *Guillielmus Not. Bal.* p. 1480. a. XXI. *Ildricus diac. ad uic. Ludou. reſcr. du Cheſn.* p. 84. *Folcbricus diaconus a. XIX et XX. Baluz.* p. 1472 ſq. *Henricus diaconus* a. XX. *Marten.* T. I th. anecd. p. 41. Eod. a. *Adalſarius Not. rec. du Cheſn.* p. 84. a. XXII *Hildeboldus notar. ad uic. Hludouici rec. Sammarth.* t. IV G. Chr. p. 269. A. XXI *Gauzlenus Notarius*, poſtea ſummus Cancellarius, uices gerere coepit, quantum nobis obſeruare licuit. *Bal.* p. 1480. In *Mabill.* R. D. p. 534 *Gauzlen. regiae dignitatis Cancellarius* uocatur, add. p. 541. *Elifredus* apud *Mab.* c. l. p. 535 et *Lifridus diaconus* in *Marten.* V. M. T. I p. 164 a. XXII ad uic. Lud. recognouere. *Hildeboldus regiae dignitatis Notarius* occurrit a. XXII, apud *Marten.* c. l. p. 160. Chartis ſatis familiaris. Idem a. XXIII in *Mabill.* R. D. p. 539. a. XXII *Conchar. Not.* ſubſcr. *du Cheſn.* p. 84. *Hrodmundus Notar.* ad uic. cancellarii rec. a. XXII. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 4 inſtrum. a. XXIII *Soslenus Not. ad uic. Ludou. du Cheſn.* c. l. eod. a. *Adalgar. Not. ad uic. Gausleni regiae dignitatis Cancellarii rec. Id.* p. 87. iterum a. XXIV, ib. *Vldeboldus* in *Marca* c. l. p. 791 a. XXVI, et Cancellarius a. XXVIII. *Bal.* p. 1485. Siſtitur *Ildeboldus* adhuc ſub Gauzleno a. XXX. *Mir.* T. I p. 341. *Vaualemum reg. dignitate Cancellarium* ad uic. Ludou. recognoſcentem appellat *Marten.* c. l. p. 166, a. XXII. Ludouicus V Id. Ianuar. a. XXVII ſiue a. 867 moritur. Gauzlinus Abbas, quem et Goslinum ſcribunt, ſolus recognouit et ſubſcripſit a. XXXVI. *Mart.* c. l. p. 198. appellatur *Archicancellarius* in *Mab.* T. III Ann. B. p. 681 n. 25. Partes uero ſuas, praeter Hildeboldum, quem diximus, plurибus notariis detulit. *Manſio diac. ad uic. Goslen. rec.* a. XXVII. *du Cheſn.* p. 88. *Mancio Diac. ad uic. Gosleni rec. et ſcr.* a. XXVIII *Besly* hiſt. des Comt. de Poictou p. 131. uid. paullo poſt a. XXIX. *Hrotcarius Not. ad uic. Gosleni rec.* a. XXVIII *Mart.* p. 180. *Adalgarius Not. ad u. Gausleni rec.* a. XXVIII. *Id.* p. 181. Saepius hic

documentis adeſt, ad a. praecipue XXXV. *Mab.* R. D. p. 541, forſan *Adaletarium* Notarium, qui a. XXXVIII *Mir.* T. I p. 138 legitur, ab eo haud diuerſum putes. *Leotgarius Not.* uicario nomine recognouit a. XXVIII. *Mart.* th. Anecd. T. I p. 42. A. XXIX *Atogarius Not.* *Marca* p. 792. *Frotgar. Not.* *Mab.* T. III Ann. B. p. 155. *Trogius Not.* *Marca* p. 793. *Almo Id.* p. 794. *Almo ad uic. Ilgilgerio* (hic archicancellarius ſuſpectus uidetur) *Bal.* p. 1488. *Mancio indignus Leuita ad uic. Ganzleni rec. et ſubſcr.* *Mab.* R. D. p. 541. *Ciffredus ad uic. Gaucilini relegit.* *du Cheſn.* p. 88. A. XXXII et XXXIIII *Gammo Not. ad uic. Gozleni rec.* *Mart.* V. M. T. I p. 195, 197. *Garin. Not. ad uic. Gosleni rec.* a. XXXIV *du Cheſn.* c. l. *Adalgrinus Not. ad uic. Gosleni rec.* Ib. a. XXXV. a. IIIImp. *Hebroardus ad uic. Gosleni Archicapell. rec.* *du Cheſn.* p. 89. Ab a. XXXVI ad Caroli mortem usque ſolus fere *Audacher Notar.* Ganzlini uices in ſe ſuſcepit, multis loquentibus tabulis. Ceterum iam *Mallincrot.* p. 239 has dedit ſubſcriptiones, ex *Mir.* notit. eccl. c. 37 a. 863 et T. I oper. p. 249: *Gozelinus regiae dignitatis Notar. ad uic. Heriuei Archiepiſcopi* (Rhemenſis) *ſummique Cancellarii;* et ex *Suuertii* T. I rer. Belg. p. 372. *Hagano Notar. ad uic. Rogerii archiepiſcopi ſummique Cancellarii rec. D. a. dom. 873, 17 Kal. Iul. ind. undec.* Archicancellariis adnumerat quoque *Ingelrvinum*, Pariſienſem epiſcopum; et *Ebbonem* archiepiſcopum Rhemenſem; *Ebbo presbyter recognouit* a. XXXV. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 225.

§. CXXXXVIII.

Sigilla et bullae.

Inter ſigilla huius Imperatoris exhibemus primum bullam auream chartae baſilicae S. Mart. Turon. appenſam, quam prodit *Mabill.* c. XI ſuppl. R. D. p. 48. Inſcriptio partis anticae paullum detrita eſt; in poſtica legitur. † *Renouacio* † *regni Enco.* Charta, cui acceſſit, data VIII Kal. Maii ind. X a. XXII regn. Karolo glorioſ. rege. Act. Turonis ciuitate. Adiungimus aureae n. 2 bullam plumbeam ex *Baluz.* T. II Cap. p. 1284. *Exſtat in biblio-*

bibliotheca regia, inquit Baluzius, *uetus bulla plumbea, in cuius recta parte, ut heic uides expressus est uultus Karoli Regis, in auersa uero monogramma eiusdem principis. Difficile est pronuntiare cuius Karoli sit haec bulla. Attamen ego in ea sum sententia, ut existimem intelligi debere de Caluo.* Amplectitur hanc sententiam *Heinecc.* de sigillis p. 88, tum quia *Petrus Sanutianus* in Tornutio p. 510 allegat sigillum Calui aureum, in quo etiam Caroli protome et monogramma repraesentatur, tum quia nec cum Caroli magni, nec Crassi sigillis congruit. Et quamuis *Mabill.* R. D. p. 142 eam ideo suspectam habeat, quod e nulla fissura appareat, illam appensam fuisse; sigilli tamen sinceri ectypon nihilominus esse potuit. Circa effigiem legitur hic uersus: † *Gloria sit XPO regi uictoria Carlo.* In altera parte: IHV (IEsu) *nata* Dī *Carolum defende potenter.* In *Montfaucon.* monumens de la monarchie Françoise T. I plan XXI n. 9 exhibetur bulla, suppeditante Dom. *Blanchinio* in curia Romana antistite, in qua eaedem inscriptiones oculis occurrunt ita tamen, ut monogrammati adscriptum sit: *gloria sit Christo* &c. et uultui: IHV *nate Di* &c. praeterea Caroli caput corona, exigua quidem, ornatur, quapropter grandiore forma partes illius delineari curauit Blanchinius, qui Caroli magni bullam esse putat. uid. n. 3. *Baluz.* c. l. p. 1305 ex archiuo S. Dionysii sigillum cereum depinxit, quod effigiem laureatam sistit, cum epigraphe: † *Karolus misericordia Di Imperator Aug.* uid. n. 4. *Mabillon.* p. 407 R. D. sigillum priori haud dissimile in aere delineauit, nisi quod sit Karoli regis, cum uerbis: † *Karolus gratia Di Rex.* n. 5. Ib. p. 409 sigillum aliud Imperatoris Caroli ex diplomate Dionysiano depromtum rudi tamen Minerua pictum oculis subiicitur, si modo a Baluziano diuersum sit; eamdem enim habet inscriptionem: † *Karolus misericordia Di imperator aug.* n. 6. *Mabill.* haec annotat: *Caroli effigies in sigillo, quod unicum Caroli Imperatoris reperimus, multum dissimilis est ab eiusdem figura regia. Sed si quid erratum est,* (praegrandem scil. nasum refert) *id imputandum primo caelatori, qui exemplar non bene expressit. Neque uero diuersa Romani cuiusque Imperatoris*

toris numismata, tametsi a peritis artificibus expressa, ex aequo sibi respondent, ut aduertere licet in numismatibus familiarum Byzantinarum apud eruditissimum Cangium. Id. p. 404 tradit insigne illud documentum, de quo c. I §. XI locuti sumus. Huic olim appensa erat bulla aurea, de qua cum lis mota esset aliquando, eiusmodi sententia pronuntiata est, qualis habetur in primo regesto parlamenti Parisiensis fol. 185 inter Aresta pentecostes a. MCCLXXI referenda hoc loco: *quoddam priuilegium monasterii Compendiensis, bulla aurea Caroli Calui Franciae Regis signatum, arestatum fuerat, tamquam de falsitate suspectum, per curiam, eo quod filo, cui bulla ipsa appendebatur, poni poterat bulla et de eo remoueri. postmodum considerato, quod hoc plus proueniebat ex antiquitate priuilegii ipsius, quam ex aliqua falsitate, praecepit dominus Rex priuilegium ipsum reddi abbati et conuentui dicti loci.* Postea furto sublata est haec bulla, quam decem uel octo ducatorum fuisse aiunt. Haec *Mabill.* c. l. In Ann. Bened. T. III p. 205 addit: *Carolo tribuitur renouatio imperii Romae et Franc. sic enim legebatur in auersa parte bullae eius aureae, quae olim appendebat imperiali eius diplomati pro constitutione ecclesiae Compendiensis: Vnde suspicari licet, bullas istas plumbeas, in quibus renouatio imperii Romani Carolo Imper. tribuitur, Caluo assignandas esse aut certe Crasso, qualis est ea, quam in supplem. L. de R. D. cum aliis exhibuimus.* Monasterio Dionysiano et Trenorchiensi itidem chartas auro bullatas concessit, testibus Sugerio abbate apud *Doublet.* p. 873, *Chiflet.* p. 510.

§. CXXXXVIIII.

Temporum notae et loci.

Tres epochas Caroli tabulae docent. Prima a XX Iunii a. DCCCXXXX quo Ludouicus P. mortuus est, petitur; altera a IX Sept. a. DCCCLXVIIII, cum in regno Lotharii succesſit; tertia a Natalibus domini a. DCCCLXXV, quo imperium suscepit. Videamus formulas ipsas:

A. I. D. mens. Oct. a. I. *Baluz.* t. II cap. p. 1439. D. II Id. Ianuar. a. I ind. IV regnante Karolo glorioſiſſ. rege. Act. Bituricas ciuit. *Mabill.* r. d. p. 527. Pridie Kal. April. Carolus Rex Sequanam transiens Fontanellam accesſit. Fragm. Chron. Fon-

Fontanell. in *du Cheſn.* t. II p. 841. Prid. Non. April. cum fratribus colloquutus eſt.

A. II. D. Kal. Sept. a. II ind. IIII. act. Corbanaco pal. *du Bois* hiſt. eccl. Pariſ. t. I p. 389. D. VII Kal. Oct. a. III (II) ind. IIII act. Bertiniaca uilla. *Mabill.* t. II Ann. Bened. p. 625. D. VIII Id. Nou. a. II ind. II. act. mon. S. Dionyſ. *Id.* r. d. p. 526; in notis, ut indictionem, quae IIII eſſe debebat, tueatur, epocham ab a. 838, quo diuiſio imperii facta, ducit. d. XVIIII Kal. Ian. Cariſiaci Ermentrudem uxorem ducit. Natalem domini Auguſtae Veromandiorum celebrat. a. DCCCXLII XVI Kal. Mart. conuentus agitur apud Argentoratum. *Baluz.* t. II p. 39.

A. III. D. VIIII Kal. Ianuar. a. III ind. V. *Hiſt. de Langued.* t. I preuv. p. 77. D. Id. Ian. a. III ind. VI. act. Valentianis reg. pal. *Perard.* p. 143. D. X Kal. Febr. ind. VI a. III. Act. Atranato monaſt. S. Vedaſti. *Marca* hiſp. p. 778. D. XII Kal. Mart. a. III ind. V. Act. Vernimptas uilla. *Mabill.* r. d. p. 528. D. VII Kal. Mart. ind. VI a. III. Act. Turon. in mon. S. Martin. *du Cheſn.* hiſt. Cancell. p. 81. Act. Turonis in mon. S. Mart. VI Kal. Mart. ind. VI a. III. *Marten.* theſ. anecd. t. I p. 31. Forte ad a. IV ſpectat. Act. VIII Id. Mart. a. III ind. V. *Mabill.* t. II A. B. p. 643 n. 72. Act. Ambianis a. III. *Id.* c. l. p. 632.

A. IIII. Capitulare in uilla Colonia prope Cenomanum edit. *Baluz.* t. II cap. p. 1. D. VII Kal. Iul. a. IV ind. VII. act. in mon. S. Sarturnini. *Baluz.* c. l. p. 1448. *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 475 inſtr. (forſan ſcribendus a. V). D. III Non. Iul. ind. VI a. IIII. Act. Attinico palat. *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. IIII inſtr. p. 46. *Robert.* Gall. Chriſt. p. 204 epiſc. D. III Kal. Sept. ind. VI a. IV. Act. Cariſ. pal. *du cheſn.* hiſt. Canc. p. 81. D. II Id. Oct. ind. VII a. IIII. Act. Cariſiaco uilla ſ. Saluatoris. *Mabill.* A. B. t. II p. 643 et act. SS. ord. Bened. ſaec. IV P. II p. 251. D. III Id. Nou. ind. VI a. IIII. act. in tentoriis prope Redonis ciuit. *du cheſn.* c. l. p. 84. D. Id. Nou. ind. VI a. IV. Act. in tentoriis

toriis prope Redonis ciuit. *Baluz.* c. l. p. 1440. D. IV Kal. Ian. ind. VI a. IIII. act. Turonis in mon. S. Mart. *Mabill.* A. B. c. l. append. p. 746. D. III et II Kal. Maii ind. VI a. IIII. Act. Ferrucias uilla. *Hist. de Lang.* c. l. p. 77 et 78. D. V id. Mali ind. VII a. IV. act. in mon. S. Saturn. prope Tolosam. *Baluz.* c. l. p. 1447. D. III et II Id. Maii. act. ib. *Hist. de Lang.* c. l. p. 79. D. XIV Kal. Iun. ind. VII a. IIII in mon. S. Saturn. dum obsideretur Tolosa. *Baluz.* c. l. p. 1444. *Caseneuu.* francalleu de Langued. p. 301. D. XIII Kal. Iun. ind. VII a. IIII. Act ib. *Id.* c. l. p. 1451. D. XII Kal. Iun. ind. VI a. IIII. (nisi annus superior opportunior uideatur) Act. Compend. pal. Chron. Centul. apud *Dacher.* spicil. p. 314. Capitulare Tolosae conditur a. IIII ind. VI mens. Iun. *Baluz.* t. II p. 21. D. Non. Iun. a. IV ind. VII. act. ib. *Id.* p. 1445. *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 76 instr. D. V Id. Iun. a. IV ind. VII. Act. ib. *Id.* p. 1446. D. III Id. Iun. ind. VII a. IV. Act. ib. *Id.* p. 25 et 1449. D. prid. Id. Iun. ind. VI a. IIII. act. ib. *Hist. de Lang.* c. l. p. 80. *Diago* histor. de los antiguos Condes de Barcelona l. II c. 4 p. 58. *Rousset.* suppl. au corps dipl. t. I P. I p. 21. D. XII Kal. Iul. ind. VI a. IV act. ib. c. l. *Sammarth.* G. Chr. t. VI instr. p. 4.

A. V. D. II Id. Aug. a. V ind. VI. Act. in pago Aruernico in uilla Mariscarias. *Mabill.* R. D. p. 528. D. V Kal. Oct. a. V ind. VII. Act. Compend. pal. reg. Chron. Centul. apud *Dacher.* p. 315. Mens. Oct. tres fratres reges Theodonisuillae conuentum agunt. D. V Id. Dec. a. V ind. VII. Act. in mon. S. Dionys. *Baluz.* c. l. p. 1453. mens. Decembr. concilium Vern. a. V habetur. *Id.* p. 14. D. Non. Ianuar. a V ind. VII. Act. Turonis in mon. S. Mart. *Marten.* t. I uet. scr. et mon. p. 105 et t. I thes. anecd. p. 33. D. XII Kal. Febr. a. V ind. VII. *du chesn.* histor. Canc. p. 82. D. XIV Kal. Maii a. V ind. VIII. Act. Beluaco ciuit. *Marten.* c. l. uet. mon. p. 109. Mense April. Beluaci synodus habetur. *Baluz.* p. 19. D. III Non. Maii ind. VIII a. V. act. in Com-

Compend. pal. reg. *Mabill.* t. II A. B p. 748. XV Kal. Iul. a. DCCCXLV Meldis conuentus congregatur.

A. VI. D. II Id. Aug. a. VI ind. VIII. act. Mediana uilla. *Marten.* c. I. p. 110. D. Kal. Oct. a. VI ind. VIII. Act. in pago Andegauensi in uilla - - *Vdalr.* Babenberg. Cod. p. 42. D. VI Id. Oct. ind. VIII a. VI. Act. in uilla Rauſiaco. *Baluz.* c. I. p. 1455. Act. Redonis ciuitate XIV Kal. Nou. a. VI ind. VIII. *Chflet.* hiſt. Trenorch. p. 200. D. VI Kal. Ianuar. a. VI ind. VIII. Act. in mon. S. Martini. *Marten.* c. I. p. 111. D. III Kal. Febr. a. VI ind. VIII. Act. Nouiomouilla. *Mabill.* t. II A. B. p. 659. D. pridie Id. Febr. ind. VIII a. VI. *Id.* p. 666. D. V Kal. Mart. a. VI ind. VIII. *du cheſne* c. I. p. 81. D. II Kal. Iun. a. VI ind. VIIII. act. Syluiario pal. reg. *Calmet.* hiſt. Lorr. t. I preuv. p. 304. Menſ. Iun. Sparnaci capitula eduntur. *Baluz.* p. 30.

A. VII. Menſ. Febr. tres fratres reges Marſnae foedus ſanciunt. D. X Kal. April. a. VII ind. X. Act. Elnone mon. S. Amandi. *Mabill.* t. II A. B. p. 752 append. D. XIII Kal. Maii a. VII ind. VIIII. Act. Compend. *du cheſne* hiſt. Cancell. p. 81. D. VI Kal. Iun. a. VII. Act. Attiniaco pal. *Marca* hiſp. p. 782.

A. VIII. Carolus Rex cum Francis Aquitaniam ingreditur. Chron. Fontanell. apud *du Cheſn.* D. prid. Id. Iul. a. VIII ind. X. Act. Bonoilo. *Mabill.* c. I. p. 749. Act. Bonogeſilo legit *Sammarth.* G. Chr. t. II p. 328 inſtr. D. prid. Non. Aug. ind. X a. VIII. *du cheſn.* hiſt. Cancell. p. 82. D. IV Non. Sept. ind. X a. VIII. Act. in mon. S. Quintini. *Vdalr.* Bab. p. 41. D. Non. Dec. a. VIII ind. XI. act. Compend. pal. *Mabill.* c. I. p. 676. Menſe Ianuar. Lotharius et Carolus ad Peronam palatium conueniunt. D. VII Kal. Mart. a. VIII ind. X. Act. in mon. S. Martin. *Mabill.* c. I. p. 748. D XI Kal. Mai. a. VIII ind. X. Act. Cariſiaco pal. *du Cheſn.* c. I. p. 81. D. VI Non. Maii a. VIII ind. X. act. in Compend. reg. pal. *Baluz.* p. 1457.

A. VIIII. Synodus Carisiacensis habita. D. III Id. Aug. ind. V (XI) a. IX. Act. apud Carisiac. palat. *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 313 instr. *Hist. Occitan.* t. I p. 94 prob. D. VII Kal. Mart. ind. XII a. VIIII. Act. Carif. pal. reg. *Mabill.* c. l. p. 754. D. III Id. Mart. ind. XII a. VIIII. act. ib. *Marten.* c. l. p. 116. D. Kal. Maii ind. XII a. VIIII. act. ib. *Id.* p. 118. D menf. Iun. VI Id. a. VIIII. Act. in loco qui dicitur uetus Pictauis. *Mabill.* c. l. p. 685. Menf. Iun. Carnuti ſynodus habenda indicitur.

A. X. D. XI Kal. Iul. a. X. act. Auſeni uilla. *Marten.* c. l. p. 119. D. VII Kal. Iul. a. X ind. XII. act. Oſeniuilla. Analect. mon. Flauin. ap. *Labb.* t. I MS. p. 271. D. V Id. Oct. a. X ind. XII. Act. Narbona ciuit. *Marten.* c. l. p. 120. Menf. Nouembr. Pariſ. concilium celebratur. D. VII Kal. Dec. a. X ind. XII. *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. II inſtrum. p. 166. menf. Dec. Carolus Biturigas uenit. D. VIIII, VII et VI Kal. Iun. ind. XIII. a. X. Act. in Vermeria pal. reg. *Mabill.* r. d. p. 530, t. III ann. Bened. p. 2. *Frodoard.* hiſt. Rem. l. 3 c. 4. *Marten.* th. anecd. t. I p. 35. Vermeriae menſe Iunio placitum habuit.

A. XI. D. V Non. Iul. ind. XIV a. XI in loco qui dicitur Lithnus. *du Cheſn.* c. l. p. 82 et p. 83 eod. die in loco qui dicitur Lirinus. D. VII Id. Aug. XI ind. XIII. act. Vidiarias (Vedrarias) uilla. *Id.* p. 82. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 47. D. XVIII Kal. Sept. a. XI ind. XIII (XIIII). Act. uilla Cambriſiaco. *Id.* p. 83. *Besly* hiſt. de Comt. de Poict. p. 175. D. IV Kal. Ianuar. ind. XV a. XII. act. in mon. S. Dionyſ. *Id.* p. 82. D. XIV Kal. Mart. a XI ind. XIII. act. Turon. in mon. S. Mart. *Marten.* t. I th. anecd. p. 38. D. XIII Kal. Maii ind. XIII a. XI. act. in Silnaico pal. reg. *Baluz.* c. l. p. 1459.

A. XII. D. VIII Id. Nou. ind. XV a. XII. act. Turon. in mon. S. Mart. *Marten.* t. I uet. monim. t. I p. 128. D. III Id. Febr. ind. XIV a. XII. act. in uilla Briona. *Baluz.* c. l. p. 1460.

A. XIII.

A. XIII. D. VIII Id. Sept. ind. XIV a. XIII. *du Cheſn.* c. l. p. 82. D. XVI Kal. Febr. ind. XV a. XIII. Act. Cariſiaco pal. reg. *Marca* hiſp. p. 786. Synodus Sueſſion. a. DCCCLIII a. XIII regni Karoli ind. I, X Kal. Maii coepta. *Baluz.* c. l. p. 49.

A. XIIII. Synodus Vermeriae habita menſe Aug. D. IV Non. Aug. ind. I a. XIIII. *du Cheſn.* p. 82. *Baluz.* c. l. p. 57. VI Kal. Sept. Cariſiaci ſynodus celebratur. Menſe Nouembr. capitula apud Valentianas et Siluacum data. Ib. p. 61, 63. D. XIV Kal. Febr. ind. III a. XIV. Act. in Aurelian. ciuit. *Besly* hiſt. de Comt. de Poictou p. 171. *Chiflet.* hiſt. Trenorch. p. 207. D. XII Kal. April. a. XIV ind. I. act. Cariſiac. pal. reg. *Mabill.* t. III ann. B. p. 665. D. VII Kal. Maii ind. III a. XIV. Act. Attiniaci, *du cheſn.* p. 83. D XII Calend. Iun. ind. I (II) a. XIV. Act. in ciuitate Aruernorum. *Sammarth.* t. IV G. Chr. p. 267 inſtr. Capitula apud Attiniacum menſ. Iun. a. DCCCLIV edita. *Baluz.* p. 69.

A. XV. V Non. Iul. in mallo Remis Carolo fidelitas iuratur. *Baluz.* p. 71. Adnuntiatio Lotharii et Caroli apud Leudicam. Ib. D. Non. Iul. a. XV ind. I. Act. Condida. *Marca* p. 787. D. VIII Kal. Aug. ind. II a. XV. Act. Vermeriae pal. reg. *Mir.* t. III p. 9. D. VII Kal. Aug. a. XV ind. I. act. Biturices ciuitate. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 49 inſtr. D. III Kal. Aug. a. XV ind. II. act. Germiniaco pal. *Baluz.* p. 1461. D. III Id. Aug. ind. III a. XV. act in uilla Bonogili. *Mabill.* c. l. p. 668. D. XI Kal. Sept. a XV ind. II. act. Turonis ciuit. *Marten.* uet. mon. t. I p. 134. D. XVII Kal. Ian. a. XV ind. III. Act. Verno pal. reg. *Baluz.* p. 1464. D. IV Kal. Mart. a. XV ind. III. Act. Pariſius palat. reg. *Mabill.* c. I. p. 48.

A. XVI. D. IV Kal. Iul. ind. III a. XVI act. Attiniaco. et act. ad illum Caſnum a. XVI ind. III. *Mabill.* c. l. p. 48. D. VIII Kal. Sept. a. XVI. ind. I. act. Bonoilo uilla. Ib. c. I. p. 669. D. II Kal.

Mart. ind. III a. XVI. Act. in Germiniaco pal. reg. **Chron. Centul.** apud *Dacher.* t. II p. 316. D. XVI Kal. Iul. ind. III a. XVI apud Pontionis palat. *Mabill.* c. l. p. 47.

A. XVII. Capitula d. Non. Iul. a. DCCCLVI Carisiac. pal. *Baluz.* p. 79. Tendit ad pal. Basiu. D. IIII Id. Iul. et V Non. Oct. ind. II a. XVII. act. Vermeriae pal. reg. *Mabill.* r. d. p. 532 propter indict. epocham ab a. 838 repetit. Mens. Aug. episcopi regi apud Bonoilum dant consilium. *Baluz.* p. 77. Capitula synodi Carisiac. mens. Febr. a. DCCCLVII. Ib. p. 95. D. XV Kal. Mart. ind. IIII a. XVII. act. Carisiaco pal. Ib. p. 1466. *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 6 instr. Capitula apud S. Quintin. Kal. Mart. Ib. p. 97.

A. XVIII. D. XIV Kal. Octob. ind. V a. XVIII. act. Carisiaco pal. reg. *Marten.* c. l. p. 179. Carisiaci sacramenta fidelitatis praestantur a. DCCCLVIII a. XVIII ind. VI. d. XII Kal. April. *Baluz.* p. 99.

A. XVIIII. D. XIII Kal. Ian. a. XVIIII ind. VI. act. Magniaco. *Baluz.* p. 818. D. IV Id. Ian. ind. IV a. XVIIII. act. Cella Bobini. *Mabill.* t. III ann. B. p. 57. D. VII Id. Maii ind. IV a. XIX. act. Pontione pal. ib. p. 58. Synodus Metens. a. 859 ind. VII. V Kal. Iun. *Baluz.* p. 121; et Tullens. ib. p. 129. Libellus proclamationis Karoli regis aduersus Wenilonem archiep. Senonum ind. VII, XVIII Kal. Iul. ib. p. 133. D. XVIII Kal. Iul. a. XIX ind. VII. act. Tussiaco uilla. ib. p. 1472. *Sammarth.* t. IV p. 54, 56 instr.

A. XX. D. pridie Kal. Iul. ind. VIII a. XX. act. Attiniac. pal. *Marten.* t. I thes. anecd. p. 41. D. III Id. Oct. ind. VII a. XX. act. Tussiacouilla supra Mosam. *Baluz.* p. 1473. *Sammarth.* c. l. p. 57. Ad Confluentes pax sancitur VII Id. Iun. a. 860. Ib. p. 137.

A. XXI. D. IV Non. Aug. ind. VIIII a. XXI act. Kala monast. *Mabill.* r. d. p. 541 et c. l. p. 91. D. X Kal. Sept. ind. VIII a. XXI. act.

act. Carisiac. pal. Id. r. d. c. l. D. XIII Kal. Dec. ind. VIII a. XXI. act. in Pontione palat. reg. *Baluz.* p. 1480. D. XI Kal. Dec. ind. VII a. XXI. *du Chesn.* p. 85. D. VIII Id. Dec. ind. IX a. XXI. act. Attiniac. ib. D. III Id. Dec. a. XXI. act. Adriniaco publ. pal. *Baluz.* p. 1475. D. pridie Non. Mart. ind. VIIII a. XXI. act. Verno pal. *Mabill.* r. d. p. 534. D. Id. April. a. XXI. act. Siluanectis. *Id.* c. l. ann. Bened.

A. XXII. D. Kal. Iul. a. XXII. *du Chesn.* p. 84. *du Bois* hist. eccl. Paris. t. I p. 491. D. prid. Id. Iul. ind. III a. XXII. act. pal. Compend. in suburbio. *Baluz.* p. 1491. D. XI Kal. Octobr. a. XXII. act. Remis ciuit. apud S. Remigium. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 3 instr. D. pridie Non. Decembr. ind. VIII a. XXII. act. prope Belnam castrum in uilla. Ib. p. 269. D. prid. Kal. Febr. ind. X a. XXII. act. ad Insulas super Matronam in expeditione hostili. *Mab.* r. d. p. 535. D. XII Kal. Maii ind. VIII a. XXII. act. Compend. *du Chesn.* p. 83. D. IX et VIII Kal. Maii ind. X a. XXII. act. Turonis ciuit. *Marten.* uet. mon. t. I p. 160. *Mabill.* r. d. supplem. p. 47. D. VI Kal. Maii ind. X a. XXII. act. Turonis urbe metropoli. *Marten.* c. l. p. 164. D. VI (IV apud *du Chesne* p. 85) Id. Maii ind. X a. XXII. act. Curtae Odonis uilla super amnem Liberitum (*du Chesn.* Ligericum) Ib. p. 166.

A. XXIII. Synodus Pistensis a. DCCCLXII a. XXIII ind. X. *Baluz.* p. 153. D. XIII Kal. Oct. ind. X a. XXIII. act. Compend. pal. reg. *Mabill.* r. d. p. 535 et 538. D. VII Kal. Nou. ind. XI a. XXIII. act. Pontigone pal. reg. *Id.* t. III ann. B. p. 675. Adnuntiatio Caroli apud Sabonarias a. DCCCLXII ind. XI, III Non. Nou. *Baluz.* p. 172. Carisiaci natalem Domini celebrat. D. XVI Kal. Febr. ind. IX a. XXIII. act. Siluanect. *du Chesn.* p. 84. D. Id. Mart. ind. XI a. XXIII in Compend. palat. *Mabillou.* r. d. p. 541.

A. XXIIII. D. XIIII Kal. Aug. ind. X a. XXIIII. *du cheſn.* p. 87. D. XII Kal. Oct. ind. XI a. XXIIII. act. mon. S. Amandi. *Marten.* c. l. p. 167. Act. Vermerigia pal. D. II Non. Nou. a. XXIV. *Mab.* c. l. p. 646. Ibi ſynodo habita, Autiſſiodorum proficiſcitur. Prope Niuernum Natalem Domini agit. D. IV Kal. Febr. ind. XII a. XXIV. act. Compend. *du Cheſne* p. 83. D. Id. Maii ind. XII a. XXIV. act. Compend. pal. *Mabill.* ann. B. c. l. p. 108. D. XI Kal. Iun. ind. XI, a. XXIV. *Mir.* t. I p. 248.

A. XXV. Edictum Piſtenſe a. DCCCLXIV a. XXV. ind. XII, VII Kal. Iul. *Bal.* p. 173. D. VII Kal. Aug. ind. XII. a. XXV. act. mon. S. Medardi. *Marten.* c. l. p. 173. D. V Id. Oct. ind. XII a. XXV. act. apud Pettingehem uillam. *Mir.* t. I p. 26. D. XIV Kal. Nou. a. XXV ind. XIII. act. Cariſiaco pal. *Mabill.* ann. B. c. l. p. 127. D IV Kal. Nou. ind. XIII a. XXV. *du cheſn.* p. 87. Celebritatem natiuitatis domini Cariſiaci obſeruat. Cum fratre Ludouico in uilla Tuſciae colloquitur. Adnunciatio a. 865 XI Kal. Mart. *Baluz.* p. 201. Paſcha Siluiaci cultu proſequitur. D. XIII Kal. Iul. ind. XIII a. XXV. act. Vermerias. *Mabill.* c. l.

A. XXVI. D. X Kal. Febr. ind. XIIII a. XXVI. act. Siluanectis urbe. *Mabill.* r. d. p. 539. D. VIIII Kal. Mart. ind. XIV a. XXVI. act. Cariſiac. pal. *Marca* p. 789. D. VIII Kal. Marc. ind. XIV a. XXVI. act. Kariſiac. pal. ib. p. 791.

A. XXVII. Menſ. Aug. Synodus Sueſſion. habetur. Rex Attiniacum uenit. Compendii natalem domini agit. V Id. Ian. Ludouicus abbas mon. S. Dionyſii Cancellar. obiit. Paſchali ſolennitati in mon. S. Dionyſii uacat. Metas iter facit Carolus. D. X Kal. Maii ind. XV a. XXVII. act. Compend. *Baluz.* p. 1484. D. XII Kal. Iun. a. XXVII. *du Cheſn.* p. 88.

A. XXVIII.

A. XXVIII. Capitula Compendii edita a. XXVIII ind. XV. *Baluz.* p. 203. D. XIV Kal. Sept. ind. XV a. XXVIII. *du Chesn.* p. 87. D. IV Kal. Sept. ind. XV a. XXVIII, act. in Ruffiaco uilla. *Mabill.* t. III ann. B. p. 135. D. XV Kal. Nou. ind. I a. XXVIII. act. Autreiuilla pal. reg. *Marten.* uet. mon. p. 180. D. III Kal. Nou. ind. I a. XXVII (XXVIII) act. ib. *Id.* p. 181. Literae synodicae concilii Trecens. act. IV Non. Nou. a. 867 ind. I a. XXVI. *Mabill.* r. d. p. 539. D. Id. Nou. a. XXVIII, a. 867 ind. I ordinationis suae a. VIIII. *Mabill.* c. l. ann. p. 146. D. VII Id. Dec. ind. I a. XXVIII. act. Carisiac. *Chron.* Centul. apud *Dacher.* t. II p. 319. D. VI Kal. Ian. ind. I a. XXVIII. act. in mon. S. Germani Autisiodor. *Marten.* t. I thes. anecd. p. 42. D. VII Id. Ianuar. ind. I a. XXVIII. act. in Bello Pauliaco. *Mabill.* c. l. p. 142. D. III Kal. Febr. ind. I a. XXVIII. act. Conedauico super Ligerim. *Marten.* c. l. p. 43, in uet. script. et monim. p. 210 ad a. XXIX refertur. D. XV Kal. April. ind. I a. XXVIII. act. Siluanectis *Baluz.* p. 1485. D. VI Kal. April. ind. I a. XXVIII. act. ib. *Chron. Centul.* c. l. D. IV Kal. Iun. ind. I a. XXVIII. act. Carisiac. Ib. p. 320.

A. XXVIIII. Pactiones Metis initae a. 868 ind. I a. XXIX. *Baluz.* p. 207. D. Non. Febr. a. XXIX. act. Coenob. Fossat. *Besly* hist. des Comtes de Poict. p. 171. *Bois* hist. eccl. Paris. t. I p. 450. Hoc enim die rex translationi corporis S. Mauri aderat. *Act. S.* t. I mens. Ianuar. p. 1060. D. VII Kal. Mart. ind. II a. XXVIIII. act. in monast. S. Dionys. *Marc.* p. 792, 793. chartae binae; itemque in *Mabill.* c. l. p. 155. D. II Kal. Mart. ind. II a. XXIX. act. in mon. S. Dionys. *Marc.* p. 794. *Baluz.* p. 1488. D. IV Id. April. ind. II a. XXIX. act. ib. *Mabill.* r. d. p. 541. D. XIII Kal. Maii ind. II. act. ib. *Id.* c. l. ann. p. 155.

A. XXX.

A. XXX. D. IV Kal. Iul. ind. II a. XXX. act. apud Salas Basiu. *Mabill.* c. l. p. 677. D. XII Kal. Aug. ind. II a. XXX. act. apud Pistas uillam. *Id.* c. l. p. 157. Capitula Pistens. a. 869 a. XXX ind. II. *Baluz.* p. 209. IV Id. Aug. moritur Lotharius Rex, quando Carolus Siluanectis commoratur. Attiniacum pergit. V Id. Sept. Metis rex Lotharingiae coronatur. *Baluz.* p. 215. D. V Id. Sept. ind. II a. XXX et I in successione regni Clotarii. Act. Metis ciuit. *Id.* p. 1489. D. XVIII Kal. Febr. ind. III a. XXX. act. Aquisgr. palat. *Chron. Centul.* apud *Dacher.* t. II p. 321. Pactio Aquisgr. a. 870 ind. III prid. Non. Mart. a. XXXII. *Baluz.* p. 221. D. Id. April. ind. III a. XXX. act. Compend. pal. reg. *Mir.* t. I p. 341. D. XI Kal. Iul. ind. III a. XXX. act. Morianis (Moria mannis ualle. *Sammarth.* t. I. Gall. Christ. instr. p. 56.) ualle (forte XV Kal. Iul. aut a. XXXI scribendus) *Mabill.* c. l. p. 162.

A. XXXI. Diuisio regni Lotharii a. 870, regni XXXIII ind. III, VI (V) Id. Aug. in Procaspide super fluuium Mosam. *Baluz.* p. 221. Monast. S. Dionysii Carolus adit. D. IV Id. Maii ind. IV a. VI (XXXI) act. Siluago pal. *Id.* p. 1492.

A. XXXII. D. XII Kal. Aug. a. XXXII. *Mab.* t. III ann. p. 173. Mense Aug. Synodus Duciacens. congregatur. D. Non. Aug. act. Doziaco pal. regis. *Dacher.* t. III p. 350. *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 477 instr. D. XI Kal. Oct. ind. IV a. XXXII, in Causiaco pal. *Mabil.* c. l. p. 172 mendum in mense inesse putat, quia hae literae Synodicas Duziacensis concilii praecesserint. D III Kal. Nou. ind. IV a. XXXII. *Dacher.* c. l. Compendii natalitia domini festa celebrat. D. II Non. Febr. ind. IV a XXXII. act. in mon. S. Vedasti. *Marten.* uet. mon. t. I p. 192. D. III Id. April. ind. IV a. XXXII. act. in mon. S. Dionys *Mabill.* c. l. p. 174. *Marca* p. 795. D. pridie Id. et. Id. April. a. XXXII. *Mabill.* c. l. p. 170. *Marten.* c. l. p. 195. D. XII Kal. Maii ind. V a.

V a. XXXII in ſucceſſ. Hloth. III. act. mon. S. Dionyſ. *Mabill.* c. l. p. 175. *du Bois* hiſt. eccl. Pariſ. t. I p. 470.

A. XXXIII. Capitulare apud Gundulfiuillam a. 872 ind. V, V Id. Sept. *Baluz.* p. 225. Apud Cariſiacum a. XXXIII ind. V, *Id.* p. 227.

A. XXXIIII. D. XII Kal. Sept. ind. II a. XXXIIII. act. Pontiliaco pal. reg. *Perard.* p. 48. Pontion. pal. ſcribit *du Cheſn.* c. l. p. 88. D. IV Id. Oct. ind. VI a. XXXIIII in ſucceſſ. Clotar. regni. a. IV. act. in Cenomannis ciuit. *Marten.* uet. mon. t. I p. 197. D. Id. Febr. ind. VI a. XXXIIII. *du Cheſne* c. l. D. VI Id. Mart. ind. VII a. XXXIV in ſucceſſ. Loth. a. V. act. Compend. in palat. reg. *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. II inſtr. 129.

A. XXXV. Capitular. Attiniac. a. 874 Kal. Iul. *Baluz.* p. 233. D. XVI Kal. Dec. ind. IX a. XXXV. *du cheſne* c. l. D. XIV Kal. April. ind. VIII a. XXXV in ſucceſſ. Loth. VI act. in mon. S. Dionyſ. *Mabill.* c. l. ann. p. 187. *Sammarth.* G. Chr. t. IV p. 226. D. Kal. April. ind. VIII a. XXXV in ſucceſſ. Lothar. VI. act. ib. *Id.* r. d. p. 541.

A. XXXVI. Carolus in Italiam properat et Natalibus domini fit Imperator. D. VII Kal. Ian. a. XXXVI regni dom. Caroli in Francia et in ſucceſſ. Loth. VI et imperii eius I. Act. in S. Petro ind. IX. *Chron. Farf.* apud *du Cheſn.* p. 667. Eodem menſe Papiae comitia habet, ubi menſ. Febr. rex Langob. agnoſcitur *Baluz.* p. 237. D. IV Kal. Mart. a. XXXVI iuxta Papiam. *Vghell.* t. IV p. 87. D. Kal. Mart. a. XXXVI in Francia imperii a. I. Act. Vercellis ciuit. *Murat.* t. V antiq. p. 199. D. XVI Kal. Iun. ind. VIIII a. XXXVI regni et imperii a. I. Act. Baſiu pal. noſtr. *Chiflet.* in hiſt. Trenorch. p. 190, qui chartam perperam Carolo M. tribuit. D. III Kal. Iun. ind. VIII, a. I imp. regni noſtri XXXVI Act. Compendio reg. pal. *Marten.* c. l. p. 198. D. Kal. Iun. ind. VIII a. XXXIII imp. I. Act. Pontigono pal. *Mabill.* c. l. p. 192.

Digitized by Google

p. 192. Ad annum ſequentem has rectius retuleris: D. III Id. Iul. ind. VIII a. XXXVI et in ſucceſſ. Loth. a. VI imper. I. Act. Pontioni pal. imperial. *Iuſtel.* hiſt. Geneal. de Turene preuv. p. 10. *Sammarth.* Gall. Chriſt. t. II inſtr. p. 4. D. III Kal. Oct. ind. VIIII a. XXXVI in ſucceſſ. Hloth. V, et ſucceſſ. Hlud. I. Act. Papia ciuit. *Murator.* t. I antiq. p. 581.

A. XXXVII. Synodus Pontigon. menſ. Iul. celebratur. *Baluz.* p. 245. D. XVII Kal. Aug. ind. VIIII a. XXXVII in ſucceſſ. Loth. VI imp. I. Act. Pont. pal. imp. *Bal.* p. 1499. D. II Non. Sept. ind. VIIII a. XXXVII in ſucc. VII imp. I. Act. Cariſiac. pal. *Mabill.* Ann. c. l. p. 680. Carolus cum exercitu Coloniam proficiſcitur, et VIII Id. Oct. a Ludou. II R. Germ. reprimitur. D. VIII Kal. Nou. ind. X a. XXXVII imp. I. act. Elidione uilla. *Id.* c. I p. 681. *Sammarth.* G. Chr. t. VI p. 418 inſtr. Vinzinniaci natalem domini agit. D. VIII Id. Ian. ind. X a. XXXVII in ſucceſſ. VII a. imp. II. act. Cariſiac. pal. imp. *Id.* c. l. p. 201. D. VII Kal. Mart. a. XXXVII, imp. II. Act. Compend. reg. mon. *Robert.* Gall. Chriſt. p. 204 epiſc. D. IV Kal. April. ind. X a. XXXVII imp. II in ſucceſſ. VIII. act. Compend. pal. imp. *Id.* p. 193. D. III Non. Maii ind. X, a. XXXVII in ſucc. VII imp. II. Act. ib. *Id.* r. d. p. 404. Capitula Cariſiac. a. 877 a. XXXVII imp. II, XVIII Kal. Iul. ind. X. *Bal.* p. 259. D. XII Kal. Iul. a. XXXVII imp. II act. in Compend. pal. imperiali d. XIIII poſt mortem Hilduini abbatis. *du Cheſn.* hiſt. Geneal. de Guines p. 5. *Sammarth.* Gall. Chr. t. III p. 110 inſtr.

A XXXVIII. D. VII Id. Iul. ind. X a. XXXVIII imp. II, in ſucc. VIII. Act. Pontion. *Mir.* t. I p. 502. D. V Id Iul. act. ib. *Id.* p. 138 (*Buzelin.* Gallo-Flandr. p. 340.) Eod. die act. Cariſiac. pal. *Id.* p. 38. D. IV Id. Iul. a. XXXVIII. Act. Pontione. *Mabill.* c. l. ann. p. 681. D. XII Kal. Aug ind. X a. XXXVIII. *du Cheſne* hiſt. Chanc. p. 88. D. Kal. Aug. ind. I a. XXXVIII, in

in succ. VIII, imp. II. Act. Monasteriolo. *Marten.* t. I thes. anecd. p. 47. *Mabillon.* r. id. p. 546. Dat. Kal. Aug. ind. X a. XXXVIII et imp. II. *Sammarth.* Gall. Christ. t. II p. 259. instrum. Act. a. 877 Id. Aug. ind. X a. XXXVIII imp. II. Pandiaco pal. reg. *Mir.* c. l. p. 249. D. V Id. Sept. ind. X a. XXXVIII imp. II. Act. Vercellis ciuit. *Mabill.* c. l. ann. p. 204. Carolus II Non. Oct. moritur.

§. CL.

Singulare quidpiam adhuc in chartis Caroli animaduertitur. Nimirum post notas Chronologicas, interdum et ante easdem, nominantur saepius Ambasciadores h. e. ii, quibus deprecatoribus et adiutoribus charta data fuit. Apud *Mir.* T. I p. 502 ante notas chronicas: *domina Richildis* (Regina) *ambasciauit.* *Baluz.* T. II Cap. 1466: *Huldolricus inclitus marchio hoc ambasciauit.* p. 1500: *Frotarius ambasciauit.* *Mab.* R. D. p. 546: *per manus Frotarii Archiepiscopi Ambaciatoris.* In eiusdem Ann. Bened. T. III p. 680: *Hildoinus Abba et Richardus comes ambasciauerunt.* *Doublet.* p. 807: *Franco praepositus ambasciauit.* *Mabill.* R. D. p. 205. Ambasciadores.

§. CLI.

Multa Caroli Calui praecepta intercidisse, quis dubitet? multa typos mutilasse, quis nesciat? Annales recordantur diplomata; fragmenta passim deprehendimus. Tabularum commemorationes et fragmenta.

Albericus Monach. trium fontium ad a. 877 p. 206 enarrat: *Cum Carolus Caluus attulisset a Roma B. Papae Cornelii corpus in Imperatorem de nouo creatus, uenit apud uillam suam Pontigonem, quae tunc erat fiscus regius et ibidem cum corpore sancti quieuit, et cum uellet recedere, non potuit corpus sanctum moueri, donec eidem S. Cornelio daret Rex in pago Depteto i. e. Pertois siluam de Hur*, &c. Donat Carolus S. Cornelio siluam.

Mabill. saec. IV P. I, A. S. p. 530 in translat. S. Filiberti Abbat. *Nortmannorum siquidem quatuor continuis annis in Ligere fluuio hieman-* 2. S. Filiberto uillas.

hiemantium, subitaneos non ualentes sustinere occursus, praedictus pater noster Hilbodus Abbas regem adiit Carolum atque ab eo partem aliquarum in pago Pictauo meruit obtinere uillarum &c. p. 533: *-- Carolum saepedictum regem adiit Francorum, a quo solita clementia locum superius nominatum Trenorchium scil. cum suis appendiciis beato Filiberto dari popoſcit et impetrauit. Quid moror in multis? redit et sacra pignora secum tollens cum regalibus traditionum munimentis.*

5. Stradense. coenobium protegit.

In Act. SS. T. II m. Ianuar. p. 101 in miraculis S. Genulphi: *Interea Dodo Abbas Stradensis coenobii - - regem Carolum adiit - - - cuius petitionem Rex placide suscipiens eius uoluntati libenter annuit. Igitur accitis in conspectu suo Notariis praesenti conscriptione decreuit, ut hoc ipsum coenobium uel in eo degentes et cuncta quae sui iuris essent, uel quae Deo fauente futuris temporibus ibidem augmentanda erant, nulli cuiusuis potentiae personae, qualibet arte nequitiae opprimendi aut inquietandi ullo modo licentia foret - - adhoc etiam fisco regio debita pro sui suorumque salute statuque reipublicae suae cuncta prorsus eo priuilegio eidem loco sunt indulta. -- Haec ita statuta literisque mandata regio more proprii impressione annuli roborauit, regnante eo iam quarto regni sui anno.*

4. Chartae monast. S. Tiberii.

In *Sammarth.* Gall. Chr. t. VI p. 313 instr. placitum Caroli Calui a Bernardo comite marchione pro mon. S. Tiberii habitum legitur, in quo aliquot praecepta isti monasterio a Carolo data indicantur: *Et in unum praeceptum inuenimus in ipso datarum anno decimo quod Karolus rex regnabat, quod factus fuerat in Albia ciuitate. Et in alio de fisco quod fuit datum anno nono decimo quod Karolus rex regnabat, quod factus fuerat in Pontiano palatio et ibi inuenimus, quod Karolus rex manibus suis et firmauit et sigillare iussit.* Ib. t. IV p. 268 confirmat Carolus Ludouici P. praeceptum, quo ecclesiae S. Vincentii Matiscon. *tertia pars telonei eiusdem ciuitatis atque totius pagi et tertia pars de salinis, quae sunt in iugis, nec non in uilla, quae nuncupatur Caudenariis*, dabatur; et p. 270 litem inter episcopos Matiscon. et Cabilon. de ceisula S. Albani ac S. Vincentii componit. In utraque charta desiderantur clausulae postremae. Ib. t. II p. 118 reuocat Carolus praeceptum Aymaro Aruernensi episc. datum, quo mon. Magni-loci eidem subiecit; iam uero hoc sub tuitionem suam recipit, a iurisdictione aliorum liberat, potestatem ab-

5. Praecepta eccleſiae S. Vincent. Matiſc.

6. Mon. Magni-loci in tutelam ſuſcipit Carolus,

batem

batem et aduocatum eligendi permittit. Incipit charta: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis Karolus eiusdem Dei omnipotentis miſericordia Imper. Aug.* Finitur: *Sign. Karoli glorioſiſſ. Imper. Aug. Audacer notar. ad uicem* - - reliqua deſunt. In *Besly* hiſt. des Comt. de Poictou p. 177 commutatio inter *uirum uenerabilem Ramnulfum comitem* et ſacerdotem quemdam Garnarium confirmatur. Tabulae incipiunt: *Karolus ordinante diuinae maieſtatis gratia Rex.* clauduntur: *Datum VII Id. Mai, a. XXII regnante Karolo rege glorioſiſſimo.* 7. confirmat permutationem.

§. CLII.

Chartis huius Imperatoris mendoſis adnumeramus eam, quam *Hund.* Metrop. Salisb. T. II p. 13 profert, monacho cuidam Altahenſi datam. Incipit ita: *Carolus Caluus diuina fauente clementia Imper. Aug.* Explicit: *Dat. IV Non. April. Anno ab inc. dom.* 883 *ind. I anno imp. Caroli Imp. III. Act. in Regenſp.* At neque Imperator ipſe ſe Caluum dixit, neque a. 883 inter uiuos quaerendus eſt. Rectius forte hoc inſtrumentum Carolo Craſſo poteſt tribui. conf. *Schurzfleiſch.* diſſ. de Conrado Imperatore, eiusque diplomate, quod de expeditione Romana inſcribitur. Tabulae quaedam a regula recedunt e. e. quae datae ſunt monacho Altahenſi.

Praeceptum in *Aguirre* T. III Concil. p. 131 mon. Alaonenſi conceſſum *Mabillonio* T. II A. B. p. 568 n. 33 non adeo ſincerum uidetur. 2. mon. Alaonenſi;

In *Mir.* t. I p. 249 inſtaurat Carolus monaſterium Dononienſe monente Gisla ſorore, ſed allata charta inſueta refert: *Actum eſt hoc anno ab incarnatione domini noſtri IESu Chriſti DCCCLXXVII Id. Auguſti ind. X a. XXXVIII regni Karoli Regis in Francia et imperii eius II Sign. Karoli glorioſiſſimi Imper. S. Norberti. S Gerlonis. S. Wildelmi. S. Rodulphi eius nepotis. S. Bernardi - - - Notarius ſcripſi Pandiaco palatio regali amen.* 3. mon. Dononienſi.

In *Ant. Matthaei* analect. T. V p. 526 in Cronica de Hollant ita legimus: *Et Rex recepit Theodricum ſuum principalem conſiliarium et rex dedit ei ſuper his rata priuilegia et plebiſcita bene bullata cum ſigillo regis, anulo aureo, quod continebat imaginem ſuam, et continebat haec: In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Karolus* 4. Theodrico principi.

gratia Dei Rex Franciae. - - quod ad praesentiam nostram uenit Haghenus, comes noster nobilis, supplicans nobis, quatenus daremus nobili uiro principi nostro Theodrico fratri principis Walgeri prouinciam Hollandiae cum suis pertinentiis. Data in Bladella a. dom. DCCCLXIII. XVI die Iun. XVIII nostri regni. Sed stilus a norma nonnihil aberrat, nec uox principis huius aetatis esse uidetur.

5. mon. Fossatens. Formulis minus usitatis constat charta in *Besly* hist. des Comt. de Poict. p. 171 : *Karolus diuina prouidente clementia Francorum Rex - - Notum ergo fieri uolumus - - iussu imperii nostri translatum esse corpus b. Leuitae Mauri discipuli S. Benedicti a loco qui uocatur Glanna-folium, qui situs est in pago Andegauensi super fluuium Ligerim in coenobio Fossatensi quod uocatum olim fuit castrum Bagaudarum - - quoniam ferali rabie accensa natio Normannica illucque pessime consurgens incendio atque ferro cuncta deuastauit.* (Glannafolium coenobio Fossatensi subiicit) - - *tempore enim piissimi genitoris nostri Hludouici sanctae memoriae Vigibertus Abbas cum suis monachis eumdem locum postulante Rorigone, Bilichilde quoque eius uxore suscepit, collegium monachorum in ipsius restauratione de praedicto loco congregare studuit - - ergo iterum auctorizantes et sub obtestatione diuinae maiestatis confirmamus ut nullus iudex, non Imperator, non Rex, non episcopus, non comes, aut ulla iudiciaria potestas hoc nostrae excellentiae praeceptum ullo modo uiolare aut infringere praesumat. Quod qui praesumpserit seuerissima iustitia D. M. lib. auri coactus persoluat ipsis monachis et quod repetit, non obtineat: non enim decet, sed a liminibus S. Dei ecclesiae expulsus et a coetu Christianorum, omniumque sanctorum segregatus cum Datan et Abiron flammas inferni possideat perpetuas et cum Beelzebut sedem aeternalem cum a corpore exierit sibi praeparatam inueniat. Et ut haec auctoritas perpetuum obtineat uigorem, manu propria firmauimus et anuli nostri signaculo sigillari iussimus : insuper quoque Romam mittere, sigilloque corroborari decernimus.* Ib. p. 179 haec ipsa charta, sed paululum mutata recurrit; praefigitur uotum initiale : *In nomine summae atque individuae trinitatis*, S. A. I. T. - - *quod qui praesumpserit Imperatoris Romani seu regis Francorum distringente seuerissima iustitia quinque milia libras auri coactus persoluat ipsis monachis - - insuper quoque Romam mittere disponimus et domini Adriani Apostolici Romani auctoritate, sigillique corroborari decernimus.*

§. CLIII.

§. CLIII.

Praeter Caroli filios, quos §. CXXXVI nominauimus, notamus adhuc Carolum, Aquitaniae regem, qui ante patrem a. 866 obiit. Regnum eius fratri Ludouico Balbo, ſicuti et Patre mortuo Galliae regnum, deferebatur, cui tamen paucos annos praeerat. In diplomatibus hac plerumque formula uſus eſt initiali: *In nomine Dei aeterni et ſaluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludovvicus miſericordia Dei Rex.* Exceptiones affert *Mabill.* R. D. p. 76. Mortuus eſt Ludouicus, teſte Folquino, anno regni ſui ſecundo necdum expleto, V Id. April. a. inc. dom. DCCCLXXVIIII. Vnde notae Chronicae explicari poterunt. Retinuit Cancellarium Gozlenum, cuius uices ſuſtinuit Vulfardus in chartis plurimis. Exhibeamus nonnullas earum ſubſcriptiones:

De diplomatibus Ludouici Balbi.

D. IX Cal. April. ind. XI a. I regni domini Hludovvici glorioſi regis. Actum Siluanectis ciuitate i. d. n. f. a. *Mart.* T. I V. M. p. 203. Wlfardus Not. ad uic. Gozlini rec. et ſubſcripſit praeceptum huius exemplariae. D. IV Non. April. ind. XI a. I regni dom. glorioſiſſimi reg. Act. Pariſius ciuit. *Baluz.* T. II Cap. p. 1501. D. II Kal. Iun. ind. XI a. I act. Turonis ciuit. *Mabill.* R. D. p. 547. D. XII Kal. Iul. ind. XI act. ib. in mon. S. Mart. *Marten.* c. l. p. 205. D. VIIII Kal. Aug. ind. XI. Act. ib. p. 206. Wlfardus Att. ad uic. Gozberti (Gozleni) rec. D. Non. Sept. ind. XI. Act. Trecas ciu. ib. p. 207. D. VI Id. Sept. ind. XI act. ib. *Marca* p. 799. D. V Id. Sept. act. ib. *Baluz.* p. 1502. Waadus (Wlfardus) Not. ad uic. Gosleni. rec. D. IIII Id. Sept. ind. XI act. ib. *Mabill.* c. l. p. 548. D. V Id. Dec. ind. XI a. II unctionis Hlud. in regno Franciae. Act. Compend. palat. *Id.* c. l. Wiugbaldus Not ad uic. Gozleni rec. et ſcr. D. Kal. Ianuar. ind. XII a. II act. Vriau fiſco. Ib. p. 410, ubi in tabula ſigillum, (quod in noſtris n. 7 reperies) repraeſentatur. Wibold. Not. ad uic. Gosleni rec. D. VI Id. Febr. ind. XII a. I. Act. uilla Ferrarias. *Id.* p. 549. Non igitur titulum Imperatoris uſurpauit Ludouicus, cum Imperator non eſſet, quamquam nonnulli id affirment. Diem natiuitatis et unctionis eius diſcimus ex *Marten.* T. I p. 205 V. M: *Volumus*

lumus etiam, ut iam dicti fratres diebus dum aduixerimus natiuitatis noſtrae, quae eſt Kal. Nou. et diem unctionis noſtrae i. e. VI Id. Decembr. refectione ſibi ex dictis rebus parata annis ſingulis obſeruent. Recordatur propinquitate coniunctorum in *Mabill.* R. D. p. 547: *pro remedio animae domini et genitoris noſtri piae memoriae Karoli Imperatoris ac genitricis noſtrae glorioſae Reginae Irmintrudis.* p. 549: *annuentes quoque precibus dulciſſimae coniugis noſtrae Adelaydis;* et *Bal.* c. l. p. 1501: *quonlam Adelaidis cariſſima noſtra coniux et Gauzlinus uenerabilis abbas ad noſtram accedentes manſuetudiuem deprecati ſunt.* *Marten.* c. l. p. 203: *auctoritate domni ataui Caroli auique noſtri Hludowici atque genitoris domni Caroli praeſtantiſſimorum imperatorum patruorumque noſtrorum Hlotharii Imper. Hludowicique regis.*

Diploma Richildis Imperatricis.

Documentum Richildis Imperatricis Abbat. Gorzienſ. conceſſum, quod inter *Calmeti* probationes hiſt. Lotharing. T. I p. 333 offendimus, in appendice nobis tradere liceat. Imaginem huius auguſtae ex gemma quadam expreſſit *Montfauc.* in monim. t. I p. 306.

Speci-

Specimina Diplomatica.

I.

ad §. XV.

Ex *Marculfi* formul. l. I c. IV in *Baluz.* Capitular. t. II p. 377.

Confirmatio de emunitate.

PRincipali quidem clementia cunctorum decet accommodare aure benigna; praecipue quae pro compendio animarum a praecedentibus Regibus parentibus noſtris ad loca ſanctorum probantur eſſe indulta, deuota debemus mente perpendere et congrua beneficia, ut mereamur in mercedem eſſe participes, non negare, ſed robuſtiſſimo iure per noſtris oraculis confirmare. Igitur apoſtolicus uir ille, illius ciuitatis epiſcopus, clementiae regni noſtri ſuggeſſit eo quod ille Rex per ſuam auctoritatem ſua manu ſubſcriptam de uillas eccleſiae ſuae illius, quod ad praeſens poſſidebat, uel quod a Deo timentibus hominibus ibidem inantea delegabatur, integram emunitatem conceſſiſſet ut nullus iudex publicus ad cauſas audiendum, uel freda exigendum, nec manſiones aut paratas faciendum, nec fideiuſſores tollendum, nec homines ipſius eccleſiae de quaslibet cauſas diſtringendum, nec nullas redhibitiones requirendum, ibidem ingredere non debeant. Vnde et ipſam praeceptionem iamdicto Principe ſeu et confirmationes illorum Regum, eorum manibus roboratas, antedictus Pontifex nobis oſtendit relegendas, et ipſe beneficius circa eodem uel memorata eccleſia ſua, ſicut a ſupradictis Principibus fuit indultum, moderno tempore adſerit eſſe conſeruatum. Sed pro firmitatis ſtudium petit celſitudinem noſtram ut hoc de-

nuo circa eodem uel memorata ecclesia sancti illius nostra deberet auctoritas generaliter confirmare; cuius petitionem pro reuerentia ipsius sancti loci, ut mereamur in mercedem sociari, pleniſſima uoluntate praestitisse uel confirmasse cognoscite. Praecipientes ergo iubemus ut sicut constat ab antedictis Principibus de uillis praefatae ecclesiae Domni illius integra emunitas absque introitu iudicum fuit concessa, ita et inantea auxiliante domino inspectas priorum Principum auctoritates omnimodis conseruentur; et neque uos, neque iuniores neque successores uestri, uel quislibet de iudiciaria potestate in uillas antedictae ecclesiae, quas moderno tempore ubicunque in regno nostro possidere noscuntur, uel quae inantea a Deum timentibus hominibus fuerint conlatae, tam de ingenuis, quam de seruientibus uel quibuslibet nationibus hominum in praedictae ecclesiae uillas commanentes, nec ad agendum, nec freda exigendum, nec fideiussores tollendum, nec mansiones aut paratas faciendum, nec eos de quaslibet causas distringendum, nec mullas redhibitiones requirendum, ibidem ingredere non praesumatis; sed sicut ipse beneficius a iam dictis Principibus ad iam dicta ecclesia fuit indultus et usque modo conseruatus, ita et deinceps per hanc nostram auctoritatem generaliter confirmatum in Dei nomine perenniter maneat inconuulsum; et quicquid exinde fiscus noster poterat sperare, in luminaribus ipsius ecclesiae in perpetuum proficiat. Et ut haec auctoritas tam praesentibus quam futuris temporibus inuiolata Deo adiutore possit constare, subtus eam propria manu decreuimus roborare.

II.

Ib. p. 378 c. V.

Praeceptum de episcopatu.

Ille Rex uiro apostolico illo episcopo. Quamuis nos administrandum gubernandumque rerum statum praecelsis occupationibus regiae sollicitudinis cura constringat, nihil tamen tam principali quam Principe dignum est ut cum a pastorali paululum aberrat plebs destituta praesidio, pro salute animarum huiusmodi personis locis celsioribus pontificalem prospiciat committere dignita-

tem

tem in quibus maneat dupliciter ſermo, ut populus magiſtrum, actus Chriſti imitetur diſcipulus; qui plebem non minus pietate quam ſeueritate conſtringat, qui ſciat commiſſa ſibi talenta aſſiduae praedicationis ſermonibus expolire et adquiſita multiplicataque gregis ſui ſalute, ad ouile dominico nullis maculis ſordidato ualeat praeſentare. Et quia cognouimus ſanctae recordationis Domno illo urbis illius anteſtite euocatione diuina ab hac luce migraſſe, de cuius ſucceſſore ſollicitudine congrua una cum Pontificibus uel proceribus noſtris plenius tractantes, decreuimus inluſtri uiro aut uenerabili illo in ipſa urbe pontificalem in Dei nomine committere dignitatem; quem plerumque apud animos noſtros et actio probata commendat et nobilitatis ordo ſublimat, ac morum probitas, uel manſuetudinis et prudentiae honeſtas exornat. Qua de re ſtatuta praeſentibus ordinamus, ut cum adunatorum caterua Pontificum, ad quos tamen noſtrae ſerenitatis deuotio ſcripta peruenit, ipſum, ut ordo poſtulat, benedicere ueſtra induſtria ſtudeat et uoluntatis noſtrae deliberationem reſeratis oraculis publicare atque effectum Domino annuente ſortire: quatenus dum eccleſiam ſibi a diſpenſatione diuina commiſſam ſtrenue regere atque gubernare uidetur, nobis apud aeternum retributorem mercedem ſuffragia largiantur, et ille pro peccatorum noſtrorum mole indeſinenter immenſum Dominum debeat deprecare.

III.

Ib. p. 381 c. XI.

Tractoria Legatariorum uel minima facienda iſtius inſtar.

Ille Rex omnibus agentibus. Dum et nos in Dei nomine apoſtolico uiro illo necnon et illuſtre uiro illo partibus illis legationis cauſa direximus, ideo iubemus ut locis conuenientibus eisdem a uobis euectio ſimul et humanitas miniſtretur, hoc eſt, ueredos ſiue parauereedos tantos, pane nitido modios tantos, uino modios tantos, ceruiſa modios tantos, lardo libras tantas, carne libras tantas, porcos tantos, porcellos tantos, ueruices tantos, agnellos tantos, aucas tantas, faſianos tantos, pullos tantos,

oua tanta, oleo libras tantas, garo libras tantas, melle tantas, aceto tantas, cymino libras tantas, pipere tantas, coſto tantas, gariofile tantas, ſpico tantas, cinamo tantas, granomaſtice libras tantas, dactylas tantas, piſtacias tantas, amandolas tantas, cereos librales tantos, caſeo libras tantas, ſalis tantas, olera, legumina, ligna, carra tanta, faculas tantas, itemque uictum ad caballos eorum, foeno carra tanta, ſuffuſo modios tantos. Haec omnia diebus ſingulis tam ad ambulandum quam ad nos in Dei nomine reuertendo unusquisque ueſtrum per loca conſuetudinaria eisdem miniſtrare et adimplere procuretis; qualiter nec moram habeant, nec iniuriam perferant, ſi gratiam noſtram optatis habere.

IIII.

ad §. XLVII ſq.

Felibien hiſt. de ſaint Denis preuves p. 32.

Carolus M. abbatiae S. Dionyſii monaſteriolum S. Deodati donat.

Carolus gratia Dei Rex Francorum uir inluſter. Quicquid enim ad loca eccleſiarum Dei beneuola deuotione concedimus, hoc nobis ad ſalutem animae noſtrae proficere credimus, maxime ad illa loca ubi parentes noſtri requieſcere uidentur, hoc adimplere ſtudemus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus noſtris praeſentibus et futuris, eo quod nos ab amorem Dei et mercedis noſtrae augmentum donamus ad caſa ſancti domni Dionyſii martyris, ubi ipſe pretioſus domnus cum ſanctis ſociis ſuis in corpore requieſcit et domnus et genitor noſter Pippinus Rex requieſcere uidetur et nos, ſi Deo placuerit, ſepelire cupimus, donatumque ibidem ad ipſo ſancto loco eſſe uolumus et ubi Folleradus abbas et cuſtos praeeſſe dignoſcitur, hoc eſt monaſteriolo aliquo qui nuncupatur a ſancto Deodato infra Voſago ſylua, ſicut eum domnus et genitor noſter Pippinus in ſua inueſtitura tenuiſſe comprobatum eſt, ea uidelicet ratione, ut ſemper ipſi fratres decem aut quindecim per uices ibidem ipſum locum cuſtodire debeant et ibi aſſidue in ptalmis et miſſas et caeteris obſecrationum

num orationibus, uel peculiares orationes pro nobis et pro domno atque glorioso genitore nostro, dominum preces exorare die et nocte non desistant; propterea hanc praeceptionem nostram ad ipsa casa sancti et domni Dionisii conscribere iussimus, ut ab hac die rectores ipsius monasterii, praedicto monasteriolo cum omnibus ad se pertinentibus ex nostra indulgentia praesentaliter recipiant ad possidendum, ita ut deinceps ipsum locum habeant uel teneant, absque ullius contrarietate uel calumnia. Et ut haec nostra praeceptio uel confirmatio nostris et futuris temporibus firma et stabilis perdurare debeat, manu propria subter decreuimus roborare et de anulo nostro sigillare iussimus.

Signum Caroli glorioſſimi regis.

Hitherius recognoui.

Data idus Ianuarii anno primo regni nostri. Actum Aquis palatio in Dei nomine feliciter. amen.

V.

Ex *Mabillonii* rei diplom. L. VI n. 53.

Praeceptum, quo omnes Dionysiam monasterii immunitates confirmantur.

Carolus gratia Dei Rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum. Incipientia regni nostri affectum de nostra erectione integro uigilante Domino uigilaui et pro ipsa bona opera auctum cum consilium Ponteficum uel seniorum optimatum nostrorum emunitate per nostro confirmandum regnum et mercede uel inepiscendum uitam aeternam renouare deliberemus. Quod ita et fecimus. Ergo oportet clementiae principale inter ceteras petitiones illud quod pro salute adscribitur et pro diuino nomine postulatur, placabile auditum suscepere et procul dubium ad effectum perducere: quatenus de caducis rebus praesentis saeculi aeterna conquiritur iuxta praeceptum Domini dicentes: Facite uobis amicus de mamona iniquitatis. Ergo de mamone iniquitatis iuxta ipsius dictum nos oportet mercare aeterna caelestia: udum Sacerdotum congruum impertimus beneficia, retributorem Domino ex hoc habere me-

reamur in aeterna tabernacula. Igitur uenerabilis uir Folradus Abba de basilica peculiaris patroni nostri domni Dionisii marthyris, ubi ipse preciosus domnus in corpore requiescit, clementia regni nostri supplicauit, eo quod ab antecessoribus regibus a longo tempore omnis emunitas de uillas praefatae sanctae basilicae fuit concessum. Vnde et ipsas praeceptiones manus roboratas et bonae memoriae genetore meo Pippini condam Regis se prae manibus habere affirmat et hoc usque nunc inuiolabiliter asserit esse conseruatum. Vnde petiit ut hoc per nostram auctoritatem denuo pro re firmitate circa ipso sancto loco, uel homines qui se cum substantia eorum ad ipsa basilica tradunt uel condonant, iuxta quod anterioris regis per eorum auctoritates ad ipsa basilica hoc praestiterunt et confirmarunt, hoc iteratis circa ipso Abbate concedere et confirmare deberemus. Ideo cognuscat magnetudo seu utilitas uestra, quod nos pro reuerentia ipsius sancti loci uel pro quietim domino famulantium prumtissimam uoluntatem denuo concessisse et in omnibus confirmasse uestra cognuscat solertia. Quapropter per hanc praeceptus, quod specialius decernimus et in perpetuum uolumus esse mansurum, iubemus, ut neque nos, neque iuniores, seu successores uestri, nec quislibet de iudiciaria potestate accinctus, in curtis praefatae basilicae domni Dionisii ubi et ubi, in quascumque pagos in regno Deo propitio nostro, quod ad die pars ipsius monasterii possedere uel dominare uidetur, uel quod a Deo timentibus hominibus per legitima instrumenta ibidem fuit concessum, aut inantea fuerit additum, atque delegatum, nec ad causas audiendum, ne ad fide ussoris tollendum, nec ad freda exiendum, nec ad mansiones faciendum, nec paratas, nec ullas redibitiones requirendum ingredi nec exigere quoque tempore penitus non praesumatur, nisi quicquid fiscus noster exinde potuerit sperare, omnia et in omnibus pro mercedis nostrae conpendium cum omnis fredus ad integrum sibimet concessus (ut dictum est) inspectas ipsas praeceptiones anteriorum regum, uel iuxta quod praesens nostra contenere uidetur auctoritas, quicquid ipse sanctus locus ad die praesente (ut diximus) habere uidetur, quam quod in postmodum a Deo timentibus hominibus uel a nobis ibidem fuerit additum uel conlatum, seu quibuscumque iuste et rationabiliter cum omne substancia

cia ſua ad ipſo monaſterio ſe tradiderit et res ſuas per legitima ſtrumenta ibidem delegauerit uel firmauerit, ſub integra emunitate ad die praeſente ualeat reſedere quietus atque ſecurus, et (ut dictum eſt) quicquid exinde forſitan fiſcus noſter ſperare potuerat, in luminaribus uel in ſtipendiis ſeu et in elimoniis pauperum ipſius monaſterii perenniter pro noſtris oraculis ad integrum in omnia et ex omnibus ſit conceſſum atque indultum: ut eis melius delectet pro ſtabilitate regni noſtri uel pro quietim quibuslibet Liudis noſtris Domini miſericordiam adtencius deprecare. Et ut haec auctoritas noſtris et futuris temporibus circa ipſo ſancto loco perenniter firma et inuiolata permaneat uel per tempora inlaeſa cuſtodiatur atque conſeruetur et ab omnibus iudicis melius credatur; propria manu annotatione ſtuduimus adumbrare.

Signum Caroli glorioſiſſimi Regis. Giltbertus ad uicem Radonis recognoui et ſubſcripſi.

Data in menſe Octub. anno XI et quinto regni noſtri. Actum Goddinga uilla in Dei nomine feliciter.

VI.

Ex *Eccardi* appendic. t. II commentariorum de re rebus Franciae orientalis n. 1 p. 863.

Confirmatio commutationis bonorum inter Egilvvardum epiſc. Wirceburgenſem et Audulfum comitem initae.

In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Karolus ſereniſſimus auguſtus, a Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanum gubernans imperium, qui et per miſericordiam Dei Rex Francorum et Langobardorum. Si enim ea, quae fideles regni noſtri pro eorum oportunitatibus inter ſe commutauerint uel concamiauerint, noſtris confirmamus edictis, regiam exercemus conſuetudinem et hoc in poſtmodum iure firmiſſimo manſurum eſſe credimus. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, praeſentium ſcilicet et futurorum, qualiter uir uenerabilis Agilvvardus Wirzeburgenſium urbis eccleſiae epiſcopus, nec non etiam et Audulfus glorioſus comes miſſa petitione innotuerunt celſitudini noſtrae, eo quod ipſi aliquas res per eorum oportuni-

cunitatem inter se commutassent uel concamiassent. Dedit igitur iam dictus uir Agilvvardus uenerabilis episcopus de rebus monasterii sui, quod est constructum in honore S. Saluatoris, ubi S. Kylianus martyr precioſus corpore requiescit, una cum consensu et uoluntate seruorum Dei ibidem consistentium, praedicto uiro Audulfo glorioso comiti ad partem nostram ecclesiam unam in uilla, quae uocatur Fridunbach, quae est in pago, cuius uocabulum est Colloguoe una cum terris, domibus, aedificiis, campis, pratis, siluis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, mobilibus et immobilibus, quicquid ad ipsam ecclesiam pertinet, uel quantumcunque in ipsa uilla habere uisus est et eius inibi uidetur esse possessio uel dominatio, et decimam, quod de tribus uillis exire debet, id est, de supra scripta uilla Fridunbach et Autganisoua et Waltmannisoua, excepto illa mancipia reseruauit partibus S. Kyliani Martyris: similiter et in compensationem huius meriti dedit iam dictus Audulfus comes per nostrum comiatum de eius beneficio suprascripto uiro Agilvvardo uenerabili episcopo et eius congregationi ad partem ecclesiae suae Wirzeburgensium, quae est constructa in honore S. Saluatoris, ecclesiam unam in pago Dubragaoe, in uilla, cuius uocabulum est Sciffa, super fluuium, qui uocatur simili modo Sciffa, una cum terris, domibus, aedificiis, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, cultis et incultis: et in alia uilla, quae uocatur Odinga in ipso pago una cum domibus, aedificiis, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus uel quantumcunque Hundulfus quondam in ipso comitatu Adulfi uisus fuit habere et filius eius Agilulfus Presbyter adhuc habere uisus est. Vnde et duas commutationes pari tenore conscriptas manibusque bonorum hominum roboratas nobis ostenderunt ad relegendum, sed pro integra firmitate petierunt celsitudini nostrae, ut in elymosina per nostrum mansuetudinis praeceptum ipsas commutationes denuo confirmare deberemus; quorum petitionem denegare noluimus, sed pro firmitatis studio seu pro mercedis nostrae augmento ita concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes ergo iubemus, ut inspectas ipsas commutationes manibusque bonorum hominum roboratas, sicut per eas declaratur, quicquid pars alteri pro ambarum partium oportunitate iuste et rationabiliter

liter contulit parti, deinceps iure firmiſſimo per hanc noſtram auctoritatis indulgentiam teneat atque poſſideat, uel quicquid exinde facere uoluerit, ad profectum utilitatis noſtrae tam ipſi quamque et ſucceſſores eorum liberum in omnibus perfruantur arbitrium. Et ut haec auctoritas firmior habeatur uel per tempora melius conſeruetur, de anulo noſtro ſubter ſigillare iuſſimus. Aldricus ad uicem Ercanboldi recognoui et ſubſc. Data VII Idus Auguſti anno VII Chriſto propitio imperii noſtri et XXXVIIII regni noſtri in Francia atque XXXIIII in Italia, indictione XIIII. Actum Inghilinhaim palatio noſtro. In Dei nomine feliciter, amen.

VII.

ad §. LV, 14.

Ex *Marculfi* formul. l. I c. VIII, *Baluz.* t. II Capit. p. 380.

Charta de ducatu, patritiatu uel comitatu.

Praeſpicue regalis in hoc perfecta conlaudatur clementia ut inter cuncto populo bonitas et uigilantia requiratur perſonarum; nec facile cuilibet iudiciariam conuenit committere dignitatem, niſi prius fides ſeu ſtrenuitas uideatur eſſe probata. Ergo dum et fidem et utilitatem tuam uidemur habere compertam, ideo tibi actionem comitatus, ducatus, ac patritiatus in pago illo, quem anteceſſor tuus ille usque nunc uiſus eſt egiſſe, tibi ad agendum regendumque commiſimus; ita ut ſemper erga regimine noſtro fidem inlibatam cuſtodias et omnis populus ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones, quam reliquas nationes ſub tuo regimine et gubernatione degant et moderentur et eos recto tramite ſecundum legem et conſuetudinem eorum regas, uiduis et pupillis maximus defenſor appareas latronum et malefactorum ſcelera a te ſeueriſſime reprimantur; ut populi bene uiuentes ſub tuo regimine gaudentes debeant conſiſtere quieti; et quicquid de ipſa actione in fiſci ditionibus ſperatur, per temetipſum annis ſingulis noſtris aerariis inferatur.

VIII.

ad eumdem §. n. 28.

Ex *Baluz.* t. I Capit. p. 439 sq.

Capitulare primum anni DCCCVI siue charta diuisionis regni Francorum inter Karolum, Pippinum, et Ludouicum filios Caroli Magni Imperatoris.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Imperator Caesar Karolus Rex Francorum inuictissimus et Romani rector imperii, pius, felix, ac triumphator semper augustus, omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et cuncto populo catholico praesenti et futuro gentium ac nationum quae sub eius imperio et regimine constitutae sunt. Sicut omnibus uobis notum esse et neminem uestrum latere credimus quomodo nos diuina clementia, cuius nutu ad occasum tendentia secula per successiones generationum reparantur, tres nobis dando filios, magno miserationis ac benedictionis suae ditauit munere, quia per eos, secundum uota nostra et spem nostram de regno confirmauit et curam obliuioni obnoxiae posteritatis leuiorem fecit, ita et hoc uobis notum fieri uolumus quod eosdem per Dei gratiam filios nostros regni a Deo nobis concessi, donec in corpore sumus et post nostrum ab hac mortalitate discessum, huius a Deo conseruandi regni uel imperii nostri heredes relinquere, si sic diuina maiestas annuerit, optamus; non ut confuse atque inordinate aut sub totius regni dominatione iurgii controuersiam eis relinquamus, sed trina partitione totum regni corpus diuidentes, quam quisque illorum tueri uel regere debeat portionem, distribuere et designare uolumus, eo uidelicet modo, ut sua quisque portione contentus, iuxta ordinationem nostram et fines regni sui, qui ad alienigenas extenduntur, cum Dei adiutorio, nitatur defendere, et pacem atque caritatem cum fratre custodire.

Cap. I.

Cap. I.

Diuiſiones uero a Deo conſeruati atque conſeruandi imperii uel regni noſtri tales facere placuit, ut Aquitaniam totam et Waſconiam, excepto pago Turonico, et quicquid inde ad occidentem atque Hiſpaniam reſpicit et de ciuitate Niuernis, quae eſt ſita ſuper fluuium Ligerem, cum ipſo pago Niuernenſe, pagum Aualenſem atque Alſenſem, Cabilionenſem, Matiſconenſem, Lugdunenſem, Saboiam, Moriennam, Tarentaſiam, montem Ciniſium, uallem Seguſianam usque ad Cluſas, et inde per terminos Italicorum montium usque ad mare, hos pagos cum ſuis ciuitatibus et quicquid ab eis contra meridiem et occidentem usque ad mare uel usque ad Hiſpanias continetur, hoc eſt, illam portionem Burgundiae, et Prouinciam, ac Septimaniam, uel Gothiam Ludouico dilecto filio noſtro conſignauimus.

II.

Italiam uero, quae et Langobardia dicitur, et Baiouariam, ſicut Taſſilo tenuit, excepto duabus uillis quarum nomina ſunt Ingoldeſtat et Lutrahahof, quas nos quondam Taſſiloni beneficiauimus, et pertinent ad pagum qui dicitur Northgouue, et de Alamania partem quae in Auſtrali ripa Danubii fluminis eſt, et de ipſo flumine Danubii currente limite usque ad Rhenum fluuium in confinio pagorum Chletgouue et Hegouue in locum qui dicitur Enge, et inde per Rhenum fluuium ſurſum uerſus usque ad Alpes, quicquid inter hos terminos fuerit, et ad meridiem uel orientem reſpicit, una cum Ducatu Curienſi et pago Durgouue, Pippino dilecto filio noſtro.

III.

Quicquid autem de regno noſtro extra hos terminos fuerit, id eſt, Franciam et Burgundiam, excepto illa parte quam Ludouico dedimus, atque Alamaniam, excepto portione quam Pippino adſcripſimus, Auſtriam, Niuſtriam, Turingiam Saxoniam, Friſiam, et partem Baiouariae quae dicitur Northgouu, dilecto filio

noſtro Karolo conceſſimus; ita ut Karolus et Ludouicus uiam habere poſſint in Italiam ad auxilium ferendum fratri ſuo, ſi ita neceſſitas extiterit, Karolus per uallem Auguſtanam, quae ad regnum eius pertinet, et Ludouicus per uallem Seguſianam, Pippinus uero et exitum et ingreſſum per Alpes Noricas atque Curiam.

IV.

Haec autem tali ordine diſponimus, ut ſi Karolus, qui maior natu eſt, priusquam ceteri fratres ſui diem obierit, pars regni quam habeat diuidatur inter Pippinum et Ludouicum, ſicut quondam diuiſum eſt inter nos et fratrem noſtrum Karlomannum, eo modo ut Pippinus illam portionem habeat quam frater noſter Karlomannus habuit, Ludouicus uero illam partem accipiat quam nos in illa portione ſuſcepimus. Si uero Karolo et Ludouico uiuentibus, Pippinus debitum humanae ſortis compleuerit, Karolus et Ludouicus diuidant inter ſe regnum quod ille habuit, et haec diuiſio tali modo fiat ut ab ingreſſu Italiae per Auguſtam ciuitatem accipiat Karolus Eboreiam, Vercellas, Papiam, et inde per Padum fluuium termino currente usque ad fines Regenſium, et ipſam Regiam, et ciuitatem nouam, atque Mutinam usque ad terminos ſancti Petri. Has ciuitates cum ſuburbanis et territoriis ſuis atque comitatibus quae ad ipſas pertinent, et quicquid inde Romam pergenti ad laeuam reſpicit, de regno quod Pippinus habuit una cum ducatu Spoletano hanc portionem, ſicut praediximus, accipiat Karolus. Quicquid autem a praedictis ciuitatibus uel comitatibus Romam eunti ad dextram iacet, de praedicto regno, id eſt, portionem quae remanſit de regione Tranſpadane, una cum ducatu Tuſcano usque ad mare auſtrale et usque ad Prouinciam, Ludouicus ad augmentum ſui regni ſortiatur. Quod ſi ceteris ſuperſtitibus Ludouicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiae quam regno eius adiunximus, cum Prouincia et Septimania ſiue Gothia usque ad Hiſpaniam, Pippinus accipiat, Karolus uero Aquitaniam atque Waſconiam.

V.

V.

Quod ſi talis filius cuilibet iſtorum trium fratrum natus fuerit quem populus eligere uelit ut patri ſuo ſuccedat in regni hereditate, uolumus ut hoc conſentiant patrui ipſius pueri, et regnare permittant filium fratris ſui in portione regni quam pater eius frater eorum habuit.

VI.

Poſt hanc noſtrae auctoritatis diſpoſitionem placuit inter praedictos filios noſtros ſtatuere atque praecipere propter pacem quam inter eos permanere perpetuo deſideramus, ut nullus eorum fratris ſui terminos uel regni limites inuadere praeſumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum eius uel marcas minuendas; ſed adiuuet unusquisque illorum fratrem ſuum, et auxilium illi ferat contra inimicos eius iuxta rationem et poſſibilitatem, ſiue infra patriam, ſiue contra exteras nationes.

VII.

Neque aliquis illorum hominem fratris ſui pro quibuslibet exuſis ſiue culpis ad ſe confugientem ſuſcipiat, nec interceſſionem quidem pro eo faciat. Quia uolumus ut quilibet homo peccans, et interceſſione indigens, intra regnum domini ſui uel ad loca ſancta uel ad honoratos homines confugiat, et inde iuſtam interceſſionem mereatur.

VIII.

Similiter praecipimus ut quemlibet liberum hominem qui dominum ſuum contra uoluntatem eius dimiſerit, et de uno regno in aliud profectus fuerit, neque ipſe Rex ſuſcipiat, neque hominibus ſuis conſentiat ut talem hominem recipiant, uel iniuſte retinere praeſumant. Hoc non ſolum de liberis, ſed etiam de ſeruis fugitiuis ſtatuimus obſeruandum, ut nulla diſcordiis relinquatur occaſio.

IX.

Quapropter praecipiendum nobis uidetur ut poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum homines uniuscuiusque eorum accipiant beneficia unusquisque in regno domini ſui, et non in alterius, ne forte per hoc, ſi aliter fuerit, ſcandalum aliquod accidere poſſit. Hereditatem autem ſuam habeat unusquisque illorum hominum absque contradictione, in quocunque regno hoc eum legitime habere contigerit.

X.

Et unusquisque liber homo, poſt mortem domini ſui, licentiam habeat ſe commendandi inter haec tria regna ad quemcunque uoluerit. Similiter et ille qui nondum alicui commendatus eſt.

XI.

De traditionibus autem atque uenditionibus quae inter partes fieri ſolent, praecipimus ut nullus ex his tribus fratribus ſuſcipiat de regno alterius a quolibet homine traditionem ſeu uenditionem rerum immobilium, hoc eſt, terrarum, uinearum, atque ſiluarum, ſeruorumque qui iam caſati ſunt, ſiue ceterarum rerum quae hereditatis nomine cenſentur; excepto auro, argento, et gemmis, armis ac ueſtibus, nec non et mancipiis non caſiatis, et his ſpeciebus quae proprie ad negotiatores pertinere noſcuntur. Ceteris uero liberis hominibus hoc minime interdicendum iudicauimus.

XII.

Si quae autem feminae, ſicut fieri ſolet, inter partes ac regna fuerint ad coniugium poſtulatae, non denegentur iuſte poſcentibus, ſed liceat eas uiciſſim dare et accipere et adfinitatibus populos inter ſe ſociari. Ipſe uero feminae poteſtatem habeant rerum ſuarum in regno unde exierant, quamquam in alio propter mariti ſocietatem habitare debeant.

XIII.

XIII.

De obſidibus autem qui propter credentias dati ſunt, et a nobis per diuerſa loca ad cuſtodiendum deſtinati ſunt, uolumus ut ille Rex in cuius regno ſunt, absque uoluntate fratris ſui, de cuius regno ſublati ſunt, in patriam eos redire non permittat; ſed potius in futurum in ſuſcipiendis obſidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, ſi frater fratrem hoc facere rationabiliter poſtulauerit. Idem iubemus et de his qui pro ſuis facinoribus in exilium miſſi uel mittendi ſunt.

XIV.

Si cauſa uel intentio ſiue controuerſia talis inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit quae hominum teſtimonio declarari uel definiri non poſſit, tunc uolumus ut ad declarationem rei dubiae, iudicio crucis, Dei uoluntas et rerum ueritas inquiratur, nec unquam pro tali cauſa cuiuslibet generis pugna uel campus ad examinationem iudicetur. Si uero quilibet homo de uno regno hominem de altero regno de infidelitate contra fratrem domini ſui apud dominum ſuum accuſauerit, mittat eum dominus ſuus ad fratrem ſuum, ut ibi comprobet quod de homine illius dixit.

XV.

Super omnia autem iubemus atque praecipimus ut ipſi tres fratres curam et defenſionem Eccleſiae ſancti Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab auo noſtro Karolo et beatae memoriae genitore noſtro Pippino Rege et a nobis poſtea ſuſcepta eſt, ut eam cum Dei adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur, et iuſtitiam ſuam, quantum ad ipſos pertinet et ratio poſtulauerit, habere faciant. Similiter et de ceteris Eccleſiis quae ſub illorum fuerint poteſtate praecipimus ut iuſtitiam ſuam et honorem habeant, et paſtores atque rectores uenerabilium locorum habeant poteſtatem rerum quae ad ipſa loca pia pertinent, in quocunque de his tribus regnis illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.

XVI.

XVI.

Quod si de his statutis atque conuenientiis aliquid casu quolibet uel ignorantia, quod non optamus, fuerit irruptum, praecipimus ut quam citissime secundum iustitiam emendare studeant, ne forte propter dilationem maius damnum possit adcrescere.

XVII.

De filiabus autem nostris, sororibus scilicet praedictorum filiorum nostrorum, iubemus ut post nostrum ab hoc corpore discessum licentiam habeat unaquaeque eligendi sub cuius fratris tutela et defensione se conferre uelit. Et qualiscunque ex illis monasticam uitam elegerit, liceat ei honorifice uiuere sub defensione fratris sui in cuius regno degere uoluerit. Quae autem iuste et rationabiliter a condigno uiro ad coniugium quaesita fuerit, et ei coniugalis uita placuerit, non ei denegetur a fratribus suis, si et uiri postulantis et feminae consentientis honesta et rationabilis fuerit uoluntas.

XVIII.

De nepotibus uero nostris, scilicet filiis praedictorum filiorum nostrorum, qui ex eis uel iam nati sunt, uel adhuc nascituri sunt, placuit nobis praecipere ut nullus eorum per quaslibet occasiones quemlibet ex illis apud se accusatum sine iusta discussione atque examinatione aut occidere, aut membris mancare, aut excaecare, aut inuitum tondere faciat; sed uolumus ut honorati sint apud patres et patruos suos, et obedientes sint cum omni subiectione quam decet in tali consanguinitate esse.

XIX.

Hoc postremo statuendum nobis uidetur, ut quicquid adhuc de rebus et constitutionibus quae ad profectum et utilitatem eorum pertinent, his nostris decretis atque praeceptis addere uoluerimus, sic a praedictis dilectis filiis nostris obseruetur atque custodia-

ſtodiatur ſicut ea quae in his iam ſtatuta et deſcripta ſunt cuſtodire et obſeruare praecipimus.

XX.

Haec autem omnia ita diſpoſuimus atque ex ordine firmare decreuimus, ut quandiu diuinae maieſtati placuerit nos hanc corporalem agere uitam, poteſtas noſtra ſit ſuper a Deo conſeruatum regnum atque imperium iſtud, ſicut hactenus fuit, in regimine atque ordinatione et omni dominatu regali atque imperiali, et ut obedientes habeamus praedictos dilectos filios noſtros atque Deo amabilem populum noſtrum cum omni ſubiectione quae patri a filiis et Imperatori ac Regi a ſuis populis exhibetur.

VIIII.

ad eumdem §. n. 29.

Ex *Baluz.* c. l. p. 488 ſq.

Breuiarium diuiſionis theſaurorum Karoli Magni Imperatoris, quam poſt obitum ſuum obſeruari iuſſit.

Eginhartus in uita Karoli Magni.

Diuiſionem theſaurorum et pecuniae ac ueſtium, aliaeque ſupellectilis, coram amicis et miniſtris ſuis annis tribus antequam decederet fecit, conteſtatus eos ut poſt obitum ſuum a ſe facta diſtributio per illorum ſuffragium rata permaneret; quidque ex his quae diuiſerat fieri uellet, breuiario comprehendit, cuius ratio ac textus talis eſt.

In nomine Domini Dei omnipotentis Patris, Filii, et Spiritus ſancti. Incipit deſcriptio atque diuiſio quae facta eſt a glorioſiſſimo atque piiſſimo Domno Karolo Imperatore Auguſto anno ab incarnatione Domini noſtri Iesu Chriſti DCCC XI. anno uero regni eius in Francia XLIII. et in Italia XXXVI. imperii autem XI. Indictione quarta; quam pia et prudenti conſideratione facere decreuit, et Domino annuente perfecit, de theſauris ſuis atque pecunia quae in illa die in camera eius inuenta eſt. In qua

Digitized by Google

illud praecipue praecauere uoluit, ut non ſolum eleemoſynarum largitio, quae ſolemniter apud Chriſtianos de poſſeſſionibus eorum agitur, pro ſe quoque de ſua pecunia ordine atque ratione perficeretur, ſed etiam ut heredes ſui, omni ambiguitate remota, qui ad ſe pertinere deberet liquido cognoſcerent, et ſine lite atque contentione ſua inter ſe competenti partitione diuidere potuiſſent. Hac igitur intentione atque propoſito omnem ſubſtantiam atque ſupellectilem ſuam, quae in auro et argento gemmisque et ornatu regio in illa, ut dictum eſt, die in camera eius inueniri poterat, primo quidem trina diuiſione partitus eſt; deinde easdem partes ſubdiuidendo, de duabus partibus uiginti et unam partem fecit, tertiam integram reſeruauit. Et duarum quidem partium in uiginti et unam partem facta diuiſio tali ratione conſiſtit ut quia in regno illius metropolitanae ciuitates uiginti et una eſſe noſcuntur, unaquaeque illarum partium ad unamquamque metropolim per manus heredum et amicorum ſuorum eleemoſynae nomine perueniat, et Archiepiſcopus qui tunc illius Eccleſiae rector exſtiterit, partem quae ad ſuam Eccleſiam data eſt ſuſcipiens, cum ſuis ſuffraganeis partiatur, eo ſcilicet modo ut tertia pars ſuae ſit eccleſiae, duae uero partes inter ſuffraganeos diuidantur. Harum diuiſionum, quae ex duabus primis partibus factae ſunt, et iuxta metropoleorum ciuitatum numerum uiginti et una eſſe noſcuntur, unaquaeque ab altera ſequeſtrata, ſemotim in ſuo repoſitorio cum ſuperſcriptione ciuitatis ad quam perferenda eſt, recondita iacet. Nomina uero metropoleorum ad quas eadem eleemoſyna ſine largitio facienda eſt, haec ſunt. Roma, Rauenna, Mediolanum, Forum Iulii, Gradus, Colonia, Mogontiacus, Iuuauum, quae et Saltzburgus, Treueris, Senonas, Veſontion, Lugdunum, Rotomagus, Remis, Arelas, Vienna, Tarantaſia, Ebrodunum, Burdegala, Turones, Bituricas. Vnius autem partis, quam integram reſeruari uoluit, talis eſt ratio ut illis duabus in ſupradictas diuiſiones diſtributis, et ſub ſigillo reconditis, haec tertia in uſu cotidiano ſeruaretur, uelut res quam nulla uoti obligatione a dominio poſſidentis alienatam eſſe conſtaret; et hoc tamdiu quoadusque uel ille manſiſſet in corpore uel uſum eius ſibi neceſſarium iudicaret. Poſt obitum uero ſuum aut uoluntariam ſecularium rerum carentiam, eadem

pars

pars quatuor ſubdiuiſionibus ſecaretur; et una quidem earum ſupradictis uiginti et unae partibus adderetur, altera uero a filiis ac filiabus ſuis filiisque ac filiabus filiorum ſuorum adſumpta, iuſta et rationabili inter eos partitione diuideretur, tertia uero conſueto Chriſtianis more in uſum pauperum fuiſſet erogata, quarta ſimili modo nomine eleemoſynae in ſeruorum et ancillarum uſibus palatii famulantium ſubſtentatione diſtributa ueniret. Ad hanc tertiam totius ſummae portionem, quae ſimiliter ut ceterae ex auro et argento conſtat, adiungi uoluit omnia ex aere et ferro aliisque metallis uaſa atque utenſilia, cum armis et ueſtibus, alioque aut pretioſo aut uili ad uarios uſus facto ſupellectili, ut ſunt cortinae, ſtragula, tapetia, filtra, coria, ſagmata, et quicquid in camera atque ueſtiario eius eo die fuiſſet inuentum; ut ex hoc maiores illius partis diuiſiones fierent, et erogatio eleemoſynae ad plures peruenire potuiſſet. Capellam, id eſt eccleſiaſticum miniſterium, tam id quod ipſe fecit atque congregauit, quam quod ad eum ex paterna hereditate peruenit, ut integrum eſſet, neque ulla diuiſione ſcinderetur, ordinauit. Si qua autem inuenirentur aut uaſa aut libri aut alia ornamenta quae liquido conſtaret eidem capellae ab eo conlata non fuiſſe, haec qui habere uellet, dato iuſtae aeſtimationis pretio emeret et haberet. Similiter et de libris, quorum magnam in bibliotheca ſua copiam congregauit, ſtatuit ut ab his qui eos habere uellent iuſto pretio fuiſſent redempti, pretiumque in pauperes erogatum. Inter ceteros theſauros atque pecuniam tres menſas argenteas et unam auream praecipuae magnitudinis et ponderis eſſe conſtat. De quibus ſtatuit atque decreuit ut una ex his, quae forma quadrangula deſcriptionem urbis Conſtantinopolitanae continet, inter cetera donaria quae ad hoc deputata ſunt, Romam ad baſilicam beati Petri Apoſtoli deferatur, et altera, quae forma rotunda Romanae urbis effigie figurata eſt, Epiſcopo Rauennatis Eccleſiae conferatur; tertiam, quae ceteris et operis pulchritudine et ponderis grauitate multum excellit, quae ex tribus orbibus connexa totius mundi deſcriptionem ſubtili ac minuta figuratione complectitur, et auream illam, quae quarta eſſe dicta eſt, in tertiae illius et inter heredes ſuos atque in eleemoſynam diuidendae partis augmentum eſſe conſtituit. Hanc conſtitutionem atque ordinationem coram Epiſcopis,

Digitized by Google

Abbatibus, Comitibusque, qui tunc praeſentes eſſe potuerunt, quorumque hic nomina deſcripta ſunt, fecit atque conſtituit.

Epiſcopi, Hildebaldus, Richolfus, Arno, Wolfarius, Bernoinus, Laidradus, Iohannes, Theodulfus, Ieſſe, Hetto, Hunalcaudus.

Abbates, Fridegiſus, Adalungus, Engilbertus, Irmino, Georgius, Theodbaldus, Adalelmus, Lautfredus. Comites, Walach, Meginher, Othulfus, Stephanus, Hunruocus, Burchardus, Maginhardus, Hatto, Richuinus, Eddo, Erchangarius, Geroldus, Bero, Hildegernus, Hrocholfus.

Haec omnia filius eius Hludouuicus, qui diuina ei iuſſione ſucceſſit, inſpecto eodem breuiario, quam celerrime poterat, poſt eius obitum ſumma deuotione adimplere curauit.

X.

ad §. LVII n. 17.

Ex *Mabillon.* rei diplom. L. VI n. 51.

Placitum quo aduerſus Herchenradum ſeniorem Epiſcopum Pariſienſem Placicium monaſterium in pago Pinciacenſe monaſterio S. Dionyſii adſcribitur.

Carolus gratia Dei Rex Francorum et Langobardorum, uir inluſter. Tunc regalis celſitudo ſuis culminis ſublimatur, quando cunctorum iurgia iuxta propoſitionis uel reſponſionis eloquia inter alterutrum ſalubre deliberat ſentencia: quatenus ſub Deo in Rege manet poteſtas quomodo cuncta terrebilia debeant ordenare. [Igitur] cum nos in Dei nomene Duria uilla in palacio noſtro ad uniuerſorum cauſas audiendum, uel recta iudicia termenandum reſederimus, ibique ueniens apoſtolicus in Chriſto pater Herchenradus Epiſcopus urbis Pariſius ciuitate Pontifex Folrado Abbate interpellabat; repetibat ei eo quod ipſi Placicio monaſthirio, qui eſt conſtructus in honore ſanctae Mariae et ſancti Petri, in pago Pinciacenſe, quem Francus homo nomine Aderaldus ad caſa ſancti Mariae et ſancti Stephani et ſancti Germani per ſuum

ſuum ſtrumentum condonauit, ipſe Folradus Abba ad parte ſancti Dionyſii poſt ſe teniat malo ordine iniuſte: ſed ipſe Folradus Abba de praeſente adſtabat, et taliter dedit in reſpunſis, quod ipſo Placicio monaſthirio poſt ſe ad parte ſancti Dioniſii numquam reteniat malo ordine iniuſte pro eo quod dixit quod Francus homo, nomine Hagadeus, ipſo monaſthirio Placicio ad monaſthirio ſancti Dioniſii manus poteſtatiuas per ſuum ſtrumentum condonaſſet; et per ipſa traditione plus obtingit ipſae monaſthirius Placicius ad caſa ſancti Dioniſii adhaerere, quam ipſius Herchenrado Epiſcopo ad parte ſanctae Mariae et ſancti Stephani et ſancti Germani adreddere. Vnde et ipſa eſtrumenta prae manibus ſe habire adfirmant, et ipſas in praeſencia noſtra protulerunt recenſendas etiam et de hac cauſa ab utrasque partes ibi certa cognouimus, et ad diuina myſteria Chriſti miſericordia conſpirante (ſicut longa conſuetudo expoſcit et ipſe uolumptarie conſenſerunt) iobemus emanare iudicium, ut dum per ipſis ſtrumentis de utrasque partis certamen non declaratur, ut recto thramite ad Dei iudicium ad crucem eorum homenes his nominibus Aderamno de parte ſancti Dioniſii uel Folrado Abbate, et Corello de parte ſanctae Mariae uel ſanctae Stephani et ſancti Germani uel Herchenrado Epiſcopo, exire adque ſtare deberint. Quod ita et in capella noſtra, recenſenda Miſſa Harnaldo Presbitero, uiſi fuerunt ſtetiſſe: et ea hora, protegente diuina dextera Dei, Deus omnipotens ſuum iuſtum iudicium declarauit, ut homo memorato Herchenrado Epiſcopo, nomine Corellus, ad ipſo Dei iudicium ad ipſa crucem trephidus et conuictus aparuit: et tunc ipſe Herchenradus Epiſcopus in praeſentia noſtra uel Procerum noſtrorum ſibi recognouit uel reſededit, quod nec ipſe, nec pars eccleſiae ſuae ſanctae Mariae, uel ſancti Stephani ſeu ſancti Germani nullum drictum habebant, per quod ipſo Placicio monaſthyrio habere potuiſſent. Proinde nos taliter una cum fidelibus noſtris, id ſunt Ghaerardo, Bernardo, Radulfo, Hilderado, Ermenaldo, Hebroino, Theudoaldo, Agmone, Comitibus; Haltberto, Laumberto, Haerterico, et Anſelmo Comite palacio noſtro, uel reliquis quam pluris uiſi fuimus indicaſſe, ut dum ipſe memoratus homo ſancti Dioniſii uel Folrado Abbate, nomine Adelramus, iam dicto homine ſancti Mariae, uel ſancti Stephani ſeo ſancti Germani, nec non et

Abbatibus, Comitibusque, qui tunc praesentes esse potuerunt, quorumque hic nomina descripta sunt, fecit atque constituit.

Episcopi, Hildebaldus, Richolfus, Arno, Wolfarius, Bernoinus, Laidradus, Iohannes, Theodulfus, Iesse, Hetto, Hualcaudus.

Abbates, Fridegisus, Adalungus, Engilbertus, Irmino, Georgius, Theodbaldus, Adalelmus, Lautfredus. Comites, Walach, Meginher, Othulfus, Stephanus, Hunruocus, Burchardus, Maginhardus, Hatto, Richuinus, Eddo, Erchangarius, Geroldus, Bero, Hildegernus, Hrocholfus.

Haec omnia filius eius Hludouuicus, qui diuina ei iussione successit, inspecto eodem breuiario, quam celerrime poterat, post eius obitum summa deuotione adimplere curauit.

X.

ad §. LVII n. 17.

Ex *Mabillon.* rei diplom. L. VI n. 51.

Placitum quo aduersus Herchenradum seniorem Episcopum Parisiensem Placicium monasterium in pago Pinciacense monasterio S. Dionysii adscribitur.

Carolus gratia Dei Rex Francorum et Langobardorum, uir inluster. Tunc regalis celsitudo suis culminis sublimatur, quando cunctorum iurgia iuxta propositionis uel responsionis eloquia inter alterutrum salubre deliberat sentencia: quatenus sub Deo in Rege manet potestas quomodo cuncta terrebilia debeant ordenare. [Igitur] cum nos in Dei nomene Duria uilla in palacio nostro ad uniuersorum causas audiendum, uel recta iudicia termenandum resederimus, ibique ueniens apostolicus in Christo pater Herchenradus Episcopus urbis Parisius ciuitate Pontifex Folrado Abbate interpellabat; repetibat ei eo quod ipsi Placicio monasthirio, qui est constructus in honore sanctae Mariae et sancti Petri, in pago Pinciacense, quem Francus homo nomine Aderaldus ad casa sancti Mariae et sancti Stephani et sancti Germani per

suum

ſuum ſtrumentum condonauit, ipſe Folradus Abba ad parte ſancti Dionyſii poſt ſe teniat malo ordine iniuſte: ſed ipſe Folradus Abba de praeſente adſtabat, et taliter dedit in reſpunſis, quod ipſo Placicio monaſthirio poſt ſe ad parte ſancti Dioniſii numquam reteniat malo ordine iniuſte pro eo quod dixit quod Francus homo, nomine Hagadeus, ipſo monaſthirio Placicio ad monaſthirio ſancti Dioniſii manus poteſtatiuas per ſuum ſtrumentum condonaſſet; et per ipſa traditione plus obtingit ipſae monaſthirius Placicius ad caſa ſancti Dioniſii adhaerere, quam ipſius Herchenrado Epiſcopo ad parte ſanctae Mariae et ſancti Stephani et ſancti Germani adreddere. Vnde et ipſa eſtrumenta prae manibus ſe habire adfirmant, et ipſas in praeſencia noſtra protulerunt recenſendas etiam et de hac cauſa ab utrasque partes ibi certa cognouimus, et ad diuina myſteria Chriſti miſericordia conſpirante (ſicut longa conſuetudo expoſcit et ipſe uolumptarie conſenſerunt) iobemus emanare iudicium, ut dum per ipſis ſtrumentis de utrasque partis certamen non declaratur, ut recto thramite ad Dei iudicium ad crucem eorum homenes his nominibus Aderamno de parte ſancti Dioniſii uel Folrado Abbate, et Corello de parte ſanctae Mariae uel ſanctae Stephani et ſancti Germani uel Herchenrado Epiſcopo, exire adque ſtare deberint. Quod ita et in capella noſtra, recenſenda Miſſa Harnaldo Presbitero, uiſi fuerunt ſtetiſſe: et ea hora, protegente diuina dextera Dei, Deus omnipotens ſuum iuſtum iudicium declarauit, ut homo memorato Herchenrado Epiſcopo, nomine Corellus, ad ipſo Dei iudicium ad ipſa crucem trephidus et conuictus aparuit: et tunc ipſe Herchenradus Epiſcopus in praeſentia noſtra uel Procerum noſtrorum ſibi recognouit uel reſededit, quod nec ipſe, nec pars eccleſiae ſuae ſanctae Mariae, uel ſancti Stephani ſeu ſancti Germani nullum drictum habebant, per quod ipſo Placicio monaſthyrio habere potuiſſent. Proinde nos taliter una cum fidelibus noſtris, id ſunt Ghaerardo, Bernardo, Radulfo, Hilderado, Ermenaldo, Hebroino, Theudoaldo, Agmone, Comitibus; Haltberto, Laumberto, Haerterico, et Anſelmo Comite palacio noſtro, uel reliquis quam pluris uiſi fuimus indicaſſe, ut dum ipſe memoratus homo ſancti Dioniſii uel Folrado Abbate, nomine Adelramus, iam dicto homine ſancti Mariae, uel ſancti Stephani ſeo ſancti Germani, nec non et

Herchenrado Episcopo, nomine Corello, ad ipso Dei iudicio ad crucem ibidem conuicuit; et ipse Corellus ibidem ad ipso Dei iudicio trepidus etconuictus apparuit: propterea iobemus, ut dum hac causa sic acta uel perpetrata esse cognouimus, ut memoratus Fulradus Abba memoratoPlacicio monasthyrio una cum suis apendiciis,uel quicquid ibidem pertenere uidetur; in contra saepe dicto Herchenrado Episcopo, uel ecclesiae suae sancti Mariae, uel sancti Stephani et sancti Germani suisque successoribus ad parte sancti Dionisii monasthyriae suae iure firmissemum habiat euendicatum, adque elidiatum, et sit inter ipsis in postmodum absque ulla repeticione Herchenrado Episcopo uel successoribus suis omneque tempore subita adque definita, seu et indulta causatio.

Theudegarius recognouit et subscripsit.

Datum quinto Kalendas Augustas in anno septimo regni nostri Duria uilla in palacio publico in Dei nomine feliciter. Amen.

XI.

ad §. LVIII.

Ex epistola Leydradi Lugdunens. archiepiscopi ad Carolum M. in *Sammarth.* Gall. Christ. t. IV p. 1 instrum.

Et ideo officio pietatis uestrae placuit ut ad petitionem meam mihi concederetis redditus qui ab antiquo fuerant de Lugdunensi ecclesia, per quam Deo iuuante et mercede uestra annuente in Lugdun. ecclesia est ordo psallendi instauratus, ut iuxta uires nostras secundum ritum sacri palatii omni ex parte agi uideatur, quicquid ad diuinum persoluendum officium ordo exposcit: nam habeo scholas Cantorum, in quibus plerique ita sunt eruditi ut alios etiam erudire possint. Praeter haec uero habeo scholas lectorum non solum qui officiorum lectionibus exercentur, sed etiam in librorum meditatione spiritalis intelligentiae fructus consequuntur, ex quibus nonnulli de libro Euangelii sensum spiritalem

lem etiam ex parte adipiſci poſſunt. Plerique uero librum prophetarum ſecundum ſpiritalem intelligentiam adepti ſunt. Similiter libros Salomonis uel libros Pſalmorum atque Iob. In libris quoque conſcribendis in eadem eccleſia in quantum potui elaboraui.

XII.

ad §. LXVII, 3.

Ex apographo.

Tabulae monaſterio Campidonenſi datae.

In nomine ſanctiſſimae et indiuiduae Trinitatis. Carolus diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Si ſanctiſſimam Dei eccleſiam digno magnitudinis noſtrae munere ſublimare, augmentare, ditare ſtuduerimus, plurimum nobis ad aeternam remunerationem et regni noſtri ſtabilitatem prodeſſe confidimus, ideoque nouerit omnium ſanctiſſimae Dei eccleſiae fidelium noſtrorumque praeſentium ſcilicet et futurorum ſolers induſtria, qualiter nos ob interuentum ſanctiſſimi patris Adriani papae ac ſupplicem rogatum dilectiſſimae coniugis noſtrae Hildegardis, nec non propter nobilem ac fidelem famulatum Iohannis Augienſis et ſancti Galli uenerandi Abbatis eiusdemque epiſcopi Conſtancienſis preterea ob meritum Ruodungi Metenſis epiſcopi et Sturmi Fuldenſis Abbatis, ſeu ceterorum principum innumerabilium nobis aſſiſtentium, Audogaſium quendam nobilem, et magnae religionis uirum, et primum Campidonenſis coenobii ad regularem diſciplinam inſtitutorem adſumpſimus, ac in eodem loco Campidonenſi, qui ab eodem in honorem ſanctiſſimae Dei genitricis Mariae conſtructus eſt, et ſitus in pago Ibergovve Abbatem eum confirmamus, et a Papa Adriano in ſanctiſſimo die paſcae conſecratum preciofiſſimis ſanctorum martirum Gordiani et Epimachi corporibus donatum in ſuam Abbatiam honeſte transmiſi-

miſimus. Sed cum praedicta coniunx noſtra in eodem coenobio locum ſepulturae ſe habituram ordinauit, diuerſis muneribus ditando quidquid in pago Ibergovve, et Albegovve, et Ougeſigovve materna hereditate legitime obtinuit cum noſtra poteſtatiua manu, et Imperiali largitione illuc tradidit, ac in proprium ius eiusdem monaſterii transfudit, et perpetualiter poſſidendam ſicut in alio breui continetur, donauit, nos igitur eundem locum, utpote in noſtro, et de noſtro fundatum, ac ditatum, in noſtro noſtrorumque ſucceſſorum mundiburdio ſiue defenſione fore conſtituentes, per noſtrae auctoritatis munitionem confirmamus, et precipimus, ut nullus publicus iudex, neque dux, neque comes, aut quislibet ex iudiciciaria poteſtate, uillas, Curtes, aut loca, uel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, memorato monaſterio, preſenti tempore ſubiacentes, uel que deinceps in ius et dominium eiusdem monaſterii, diuine pietatis augmento peruenerint, ad cauſas audiendas uel freda exigenda, uel pariatas faciendas, fideiuſſiones tollendas, aut homines etiam tam ingenuos quam et ſeruos ſuper territorium ipſius monaſterii commanentes, diſtringendos, nec ullas redibiciones, uel Bannos, aut illicitas occaſiones requirendas, ſeu ullum publicum placitum habendum nullis temporibus ingredi, uel ea quae ſupra memorata ſunt exigere preſumat, et ut cenſales homines, ſiue familiae quibuscumque locis ſint conſtituti, pacem habeant, et coram nullo iudice regant, aut Bannum perſoluant, uel aliquid ſeculare negotium habeant, niſi eorum Abbati Audogaſio, ſuisque ſucceſſoribus, et ipſius monaſterii aduocato, ſed liceat predicto Abbati, ſuisque ſucceſſoribus, cum eorum fratribus, ſub dominicae immunitatis tuictione quieto ordine per omnia poſſidere, et exinde ordinare, quod ad eccleſiae utilitatem ſuique neceſſitatem uiderint pertinere. Quando autem preſens uel poſtea aliquis pater eiusdem monaſterii, de hac luce migrauerit, non aliunde ueniens ibi Abbas conſtituatur, ſed ab ipſis monachis eiusdem congretationis quem ad tale opus idoneum exiſtere cognouerint, eligatur, et conſtituatur, niſi quod abſit, nullus ibi dignus inueniatur, tum primum alter idoneus ſcientia et moribus aliunde aſſumatur, ſi quis uero ſpiritualis uel ſecularis, potens uel impotens, magnus uel paruus hoc noſtrae auctoritatis ſtatutum transgredi ac temere infringere preſumpſerit,

rit, et res eiusdem monasterii inutiliter distraxerit, et ab usu Abbatis et fratrum aliquo modo sine sua et suorum permissione alienauerit LX libras no

strae monetae, medietatem monasterio, fisco nostro aliam medietatem persoluat et ante tribunal diuini iudicis in extremo examine, nisi in hac uita resipuerit, reus existat, quod ut uerius credatur, et omnī tempore incorruptum habeatur, manu propria roborantes, sigillionem insigniri IVSSIMVS.

SIGNVM DOMINI KAROLI (Monogr.) SERENISSIMI IMPERATORIS AVGVSTI.

Amalbertus Cancellarius ad uicem Luitperti Archicancellarii recognoui.

Data anno ab incarnatione dommi D: CC: LXXIII̅: Anno uero regni piissimi Karoli VI̅: Imperii primo. Actum Rome in sancto die pascae. in ecclesia sancti Petri coram Adriano Papa et multis aliis principibus in dei nomine feliciter. AMEN.

XIII.

ad eumdem §. n. 10.

Diploma Caroli M. Imperatoris de scholis Osnabrugensis ecclesiae graecis et latinis, ex *Eccardi* critica de eodem commentatione p. 5; accedunt *Erdmanni* et *Cranzii* uariantes lectiones.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Karolus Imperator Romanum gubernans imperium qui et (a) rex Francorum et Langabar-

(a) E. diuus Rex Franc. C. dominus et Rex Franc.

gabardorum (b) nec non modo dominator (c) et Saxonum. Notum ſit omnibus ſanctae Dei eccleſiae (d) fidelibus noſtrisque praeſentibus ſcilicet et futuris qualiter (e) nos ob noſtrae mercedis augmentum Wihoni (f) Oſnabrukgenſi (g) epiſcopo ſuaeque eccleſiae quam nos primam omnium (h) in Saxonia in honore ſancti Petri principis apoſtolorum et ſanctorum martyrum Criſpini et Criſpiniani conſtruximus quoddam nemus uel foreſtum infra (i) haec loca ſitum farneuinkil. (k) rutanſtein. (l) angeri. (m) Osning. (n) ſinedi. (o) bergashouid. (p) dreuensmeri. (q) et anarfeld. (r) dumeri. collaudatione (s) illius regionis potentum cum omni integritate in porcis uidelicet ſiluaticis atque ceruis, auibus et piſcibus omnique uenatione (t) quae ſub banno uſuali ad foreſtum deputatur (u) ad ſimilitudinem foreſti noſtri Aquisgranum pertinentis (x) in ſilua osningi (y) in perpetuum proprietatis uſum donauimus ea uidelicet ratione quod ſi quisquam hoc idem nemus noſtro banno munitum ſine praedictae ſedis epiſcopi licentia ſtudio uenandi uel ſiluam exſtirpandi uel aliquod huiusmodi negotium peragendi umquam intrare praeſumpſerit, (z) ſciat ſe tam diuinae quam et (aa) regiae ultionis uindictam incurſurum necnon pro delicto ſexaginta ſolidos noſtri ponderis, quos nobis pro banno uiolato deberi ſtatuimus redditurum. Inſuper uero eidem epiſcopo ſuisque ſucceſſoribus perpetuam concedimus libertatem et ab omni regali ſeruitio (bb) confirmamus (cc) abſolutionem, niſi forte contingat ut imperator romanorum uel (dd) rex grecorum coniugalia federa inter filios eorum contrahere diſponant tunc eccleſiae illius epiſcopus omni

(b) E. et C. Longobardorum. (c) E. nec non et modo. C. nec non dominator et. (d) C. ſanctae eccleſ. (e) C. quod. (f) E. Guihoni. (g) E. et C. Oſnaburgenſi. (h) C. in Saxonia omni. (i) E. et C. intra. (k) E. et C. Farnevvinckel. (l) E. et C. Ruſtenſtein. (m) E. Angaria. C. Angara. (n) E. Oſninch. (o) E. et C. Senethe. (p) E. Bergeshouet. C. Dershouet. (q) E. Dienanameri. C. hunc locum plane omiſit. (r) E. Egeſteruelt. C. Egeſterfeldt. (s) C. innumera collaudatione. (t) E. omniumque uenationum. (u) E. deputantur. (x) E Aquisgranenſis pertinentes. C. Aquisgrani pertinentes. (y) E. Oſingen. (z) C. introierit. (aa) E. et C. quam. (bb) C. imperio. (cc) hoc uerbum. a C. omiſſum. (dd) E. et C. et.

omni ſumptu (ee) a rege uel imperatore adhibito laborem ſimul et honorem illius legationis aſſumat et hoc ea de causa ſtatuimus quia in eodem loco grecas et latinas ſcolas in perpetuum manere ordinauimus et nunquam (ff) clericos utriusque linguae gnaros ibidem deeſſe in Dei miſericordia (gg) confidimus. Et ut haec auctoritas firmior habeatur ac diuturnis temporibus melius conſeruetur manu propria ſubter (hh) eam (ii) roborare decreuimus et de (kk) anulo noſtro ſigillare iuſſimus.

Signum (Monogramma) Caroli piiſſimi Imperatoris.

Amalbertus ad uicem Ercanboldi recognoui.

(L. S.)

Data (ll) XIII KL. Ian. (mm) anno IV Chriſti propitio imperii noſtri et XXXVII regni noſtri in Francia atque XXXI in Italia. Actum Aquisgrani palatio (nn) in Dei nomine feliciter amen.

XIV.

ad §. LXVIII, 3.

Calmet. hiſt. de Lorraine t. I preuves p. 292.

Hildegardis regina partem dotalitii ſui Abbatiae S. Armulphi donat.

Hildegarda gratia Dei Francorum Regina. Quidquid enim locis ſanctorum uenerabilium ob amorem domini noſtri IEſu Chriſti concedimus uel confirmamus, hoc nobis procul dubio ad mercedem animarum et ſalutem credimus peruenire corporum. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, praeſentium et futurorum, qualiter nos cum conſilio, uoluntate et

(ee) C. cum ſumtu. (ff) C. nec unquam. (gg) C. uerba: in Dei miſericordia, omiſit. (hh) E. ſubtus. (ii) C. et E. ea. (kk) praepoſitio *de* ab E. et C. omiſſa. (ll) C. datum. (mm) E. XIV Cal. Ian. (nn) E. et C. in palatio.

permiſſu domni et glorioſi magni Imperatoris Caroli, ad baſilicam quae eſt conſtructa in honore ſancti Iacobi apoſtoli, uel caeterorum beatorum apoſtolorum, ubi ſcilicet Arnulphus pretioſus corpore requieſcit, partem dotalicii noſtri, ab ipſo piiſſimo imperatore nobis conceſſi, hoc eſt Vacarias et ſubtus curtem ſitam in ducatu Moslinge, in comitatu Metenſi, una cum appendiciis et eccleſia in honore pretioſi Arnulphi in praedicta uilla Vacarias conſtructa, cum omni integritate, tam terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, ſyluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, omnia et ex omnibus, per hanc noſtram authoritatem concedimus et condonamus perpetualiter ad poſſidendum; quae omnia cum adiacentiis ſuis, ideo ſpecialiter in ipſo loco concedimus, quia ibi, Deo fauente, corpore quieſcere uolumus. Et quia ſcimus multa quae prius ſtudioſe fiunt, poſtea refrigeſcente charitate, in negligentiam deuenire, ideo interdicimus omnibus abbatibus, ſeu cuſtodibus eiusdem uenerabilis loci et per diuinum eos obteſtamur examen, ut iam dictas res nunquam praeſumant alicui beneficio tribuere, nec per precariam, ut fieri ſolet, praebere, nec ad nullum omnino iſtius ſaeculi uſum inflectere, ſed ſemper in eodem uenerabili loco ad uſus Deo ibi ſeruientium perpetuali iure ſubdita permaneant. Si quis autem ex abbatibus uenerandi illius loci hanc noſtram uoluntatem uiolare praeſumpſerit, aeternam non ualeat effugere damnationem et beatum aduerſum ſe Arnulphum, non adiutorem, ſed potius ſentiat accuſatorem. Omnes autem noſtros qui futuri ſunt, per Chriſtum Dei Filium redemptorem omnium adiuramus et expoſcimus ſucceſſores, ſiue cuiuscumque ordinis iudices, ut nullus hoc quod ſtatuimus audeat irrumpere, et quolibet modo aliter quam uoluimus, immutare. Quod ſi quis eorum facere tentauerit, quidquid ipſe ſtatuerit, a ſuo ſentiat aduerſario conuelli et inſuper iudicium ſit habiturus nobiſcum, coram iuſtiſſimo iudice. Et ut haec authoritas firmior habeatur, uel diuturnis temporibus melius conſeruetur, domnus noſter et piiſſimus Imperator Carolus noſtris libentiſſime annuens precibus, manu propria ſubter adnotauit et de anulo ſuo ſigillari iuſſit. Data tertio idus menſis Martii, anno quinto decimo domni et piiſſimi Imperatoris Caroroli,

roli, ab incarnatione autem Domini noſtri IEſu Chriſti anno ſeptingenteſimo octogeſimo tertio. Acta Metis in Dei nomine feliciter, indictione ſexta.

XV.

ad eumdem §. n. 5.

Ex *Mabillon.* rei diplom. L. VI n. 67.

Charta Bertae filiae Caroli M.

Venerabili Patri Hilduino monaſterii ſancti Medardi Abbati, uel ſacri palacii Archicapellano, Berta, Magni et inuictiſſimi Imperatoris Caroli filia. Omnibus non eſt incognitum, qualiter ego res meas, hoc eſt uillam Bernogellum in pago Nouiomenſe ſuper fluuium Axona, ad caſam ſancti Medardi eo tenore delegaui uel firmaui, ut ad baſilicam quam tum in honore ſanctae Trinitatis et ſanctae Mariae omniumque ſanctorum infra ipſum monaſterium conſtruxiſti, deſeruiret; et omnia quaeque ibidem laborari et acquiri potuiſſent, in luminaribus, ſeu in ceteris quibuslibet praedictae eccleſiae indiguiſſet oportunitatibus, fideliter peuenirent: tantum ut ob memoriam genitoris mei omni in tempore una die in anno, quando fratres anniuerſarias pro nobis orationes feciſſent, exinde refectionem habuiſſent. Sed poſtea mea fuit petitio, et tua tuorumque fratrum decreuit uoluntas, ut mihi pro ipſis rebus alias res in recompenſatione pro uſu meriti relaxare debuiſſetis. quod ita et feciſtis. hoc eſt uillam Cuſchiriacum, cum omnibus quae ibidem aſpicere uel pertinere uidentur, ea tamen interpoſita ratione, ut quandiu aduixero, ipſas res per ueſtrum beneficium tenere, et uſuare faciam, ac de feſtiuitate in feſtiuitatem ſancti Medardi in luminaribus ipſius loci ſolidos XI uobis aut agentibus ueſtris ſoluere faciam. Poſt meum uero (quandoquidem uoluerit Deus) obitum ipſas res cum omni integritate, quaeque moriens ibidem dimiſerim, uel quaeque miſſi in ea ueſtri reperire potuerint; abſque ullius conſignatione, aut expectata traditione, in ueſtram faciant reuocare dotationem perpetualiter ad poſſidendum. Actum Compendio palatio anno X Domni noſtri

Ludouici ſereniſſimi Auguſti Imperatoris, ſub die XIV Ianuarii, in Dei nomine feliciter. Amen.

XVI.

ad §. LXVIIII ſq.

Ex *Baluz.* t. II capit. p. 1401.

Praeceptum Ludouici regis Aquitanorum de naubus ſancti Pauli.

Ludouicus gratia Dei Rex Aquitanorum omnibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, domeſticis, uicariis, centenariis ſeu reliquis fidelibus noſtris praeſentibus ſcilicet et futuris. Notum ſit quia conceſſimus Fridegiſo Abbati ex monaſterio ſancti Martini, ubi ipſe corpore requieſcit, ut monachis Cormaricenſis monaſterii, qui monaſtice ſub regula ſancti monachorum patris Benedicti degere uidentur, liceat duas naues, uel quotquot fuerint ſibi neceſſariae, per omnia flumina in regno noſtro Deo propitio diſcurrentia absque ulla conſuetudine propter ſuas neceſſitates dirigere. Ad cuius conceſſionis auctoritatem corroborandam hoc praeſens fieri iuſſimus praeceptum, per quod imperiali auctoritate iubemus ut nullus noſtrorum praeſentium ſiue futurorum in hac regali ſanctione audeat illis in aliqua parte contradicere. Et ut maiorem habeat in ſe hoc praeceptum uigorem, anuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus.

Data VII Id. Aprilis a. XXVII regni noſtri. Actum Caſſanogelo palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

Albo ad uicem Helizachar ſcripſi.

XVII.

Ex *Eccard.* t. II commentar. rer. Franc. orient. p. 881.

Confirmatio immunitatis eccleſ. Wirceburg.

In nomine domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouuicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Cum peti-

petitionibus ſeruorum Dei pro quibuslibet eccleſiaſticis neceſſitatibus aures noſtras pulſantium libenter annuimus, et diuinae potentiae in locis Deo dicatis uberius famulandum auxilium porrigimus, id nobis procul dubio, et ad mortalem uitam temporaliter deducendam et ad futuram feliciter obtinendam commodum prouenire confidimus. Idcirco notum ſit omnibus fidelibus noſtris tam praeſentibus quam et futuris, quia uir uenerabilis Wolfgari Wirziburgenſis Eccleſiae Epiſcopus obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis domni et genitoris noſtri Karoli bonae memoriae ſereniſſimi Auguſti, in qua continebatur, qualiter non ſolum praedictus domnus et genitor noſter, uerum etiam et anteceſſores Reges praedictam ſedem cum omnibus rebus et hominibus ad ſe iuſte et legaliter aſpicientibus uel pertinentibus ſemper ſub pleniſſima defenſione et immunitatis tuitione habuiſſent. Pro firmitatis namque ſtudio poſtulauit praedictus Epiſcopus excellentiam noſtram, ut pro diuini cultus amore et animae noſtrae remedio paternae auctoritati noſtram quoque ſuperadderemus auctoritatem. Cuius petitioni aurem libenter accomodauimus, et hanc auctoritatem immunitatis noſtrae circa ipſam ſedem eiusque Praelatos fieri decreuimus, per quam praecipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus, uel quislibet ex iudiciaria poteſtate in Eccleſias aut loca uel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memoratae ſedis, quas moderno tempore in quibuslibet pagis uel territoriis infra ditionem imperii noſtri iuſte et legaliter poſſidet, atque deinceps in iure ipſius Eccleſiae uoluerit diuina pietas augeri, ad cauſas audiendas uel freda exigenda, aut manſiones uel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiae ſiue accolas in ulla re reſtringendos, aut inlicitas occaſiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, uel ea quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere praeſumat. Sed liceat memorato Praeſuli ſuisque ſucceſſoribus res praedictae Eccleſiae ſub immunitatis noſtrae defenſione quieto ordine poſſidere et noſtro parere imperio, atque pro incolumitate noſtra, Coniugis ac prolis iugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut haec auctoritas inuiolabilis et inconuulſa maneret, manu propria ſubter firmauimus, et annuli noſtri impreſſione ſignare iuſſimus.

Signum

Signum domni Hludouuici ſereniſſimi Imperatoris.
Durandus ad uicem Fridugiſi recognoui et ſſ.
Data XIIII Kal. Ianuarias Anno Chriſto propitio VIIII Inperii domni Hludouuici piiſſimi Auguſti. Indict. I. Actum Francunofurt Palatio regio in Dei nomine feliciter, Amen.

XVIII.

Ex *Schaten.* Annal. Paderborn. P. I p. 83 ſq.

Ludouicus et Lothar. Imp. Corbeiae donant capellam Eresburgi.

In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouicus et Hlotharius diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti. Omnibus fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae et noſtris, praeſentibus ſcilicet et futuris, notum ſit, quia nos pro diuini cultus amore, et animae noſtrae remedio quoddam monaſterium, quod Corbeia uocatur, in honorem B. Stephani Protomartyris infra Saxoniam ſuper fluuium Wiſera in loco, qui dicitur Huxeri, conſtrui iuſſimus, quod et uiro uenerabili Adalhardo conſtruendum regendumque commiſimus, qui erat Abbas in altero antiquiori monaſterio, quod aeque Corbeia uocatur, a quo et nouum ſupradictum monaſterium nomen conſtat eſſe ſortitum. Itaque nos diuina inſpiratione compuncti, et caeleſtis patriae amore ſuccenſi, ob animae noſtrae ſalutem, conceſſimus eidem monaſterio capellam, quam dudum Dominus ac genitor noſter Carolus Imperator in caſtello, quod dicitur Heresburg, conſtrui iuſſit, cum omnibus rebus et mancipiis, ac decimis ad eam pertinentibus, quantumque Dominus ac genitor noſter eidem capellae pia deuotione contuliſſe dinoſcitur, cum omni integritate ſui, praedicto monaſterio ad ſubſidia monachorum, ibidem Deo famulantium, per hanc noſtrae auctoritatis donationem a die praeſenti perpetuo habendum atque poſſidendum conceſſimus, et in ditionem eius tranſtulimus, eo uidelicet modo, ut quidquid ab hodierna die de praedicta capella, uel de his, quae ad eam pertinent, rectores et miniſtri ſupra memorati monaſterii diſponere atque

atque ordinare pro utilitate eiusdem monaſterii uel fratrum in eo degentium uoluerint., absque ullius iniuſta contradictione ordinent atque diſponant, et faciant, quidquid utilitatibus praedicti monaſterii congruere et conuenire perſpexerint. Et ut haec auctoritas largitionis noſtrae per futura tempora inuiolabilem atque inconuulſam obtineat firmitatem, et a fidelibus noſtris tam praeſentibus quam futuris, ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris uerius certiusque credatur, eam manibus propriis ſubter ſignauimus, et annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.

Signum (Monogramma) Hludouici ſereniſſimi Imperatoris.

Signum (Monogramma) Lotharii glorioſiſſimi Auguſti.

Durandus Diaconus ad uicem Fridugiſi recognoui et ſubſ. Data XII Calendas Iulii. Anno Chriſto propitio XIII Imperii Domni Ludouici piiſſimi Auguſti. Indictione IV. Actum Ingilinheim palatio regio In Dei nomine feliciter amen.

XVIIII.

Ibid. p. 91 ſq.

Ludouicus P. Corbeiae ius monetae largitur.

In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludovvicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Omnibus ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrisque fidelibus, praeſentibus ſcilicet et futuris, notum eſſe uolumus, quomodo Corbeienſe monaſterium in Saxonia, propitiante Domino, cum conſenſu fidelium noſtrorum, in honore S. Stephani Protomartyris Chriſti deuotiſſima intentione fundauimus, et ibi competentia ſubſidia, quaeque prae manibus inuenimus, debita largitate praedicto ſanctificationis loco noſtra in elemoſina contulimus: inſuper etiam, quia locum mercationis ipſa regio indigebat, monetam noſtrae auctoritatis publicam ultra ibi ſemper ineſſe Chriſto militantibus proficuam ſtatuimus, quatenus cum omni integritate, absque ullius contradictione uel impedimenti occaſione, locus ipſe ſanctitatis omnem inde reditum noſtrae auctoritatis publicum poſſideat, et utilitatibus monaſterii perpetuis temporibus multiplica-

tum noſtrum hoc largitionis donum proficiat. Et ut fiduciali perpetuitate haec omnia auctoritatis noſtrae dona ſibi potiatur et teneat, annuli noſtri impreſſione ſubter roborando firmare decreuimus.

Signum (Monogramma) Hludouici Sereniſſimi Imperatoris.

Hirminmarus Notarius ad uicem Theogonis recognoui et ſſ.

Data Calend. Iunii. Anno Chriſto propitio. XX Imperii Domni Hludouici piiſſimi Auguſti. Indicti: XI. Actum Wormatiae Ciuitate, in Dei nomine feliciter Amen.

XX.

Ex *Mabillon.* rei dipl. l. VI c. 201.

Confirmat priuilegia monaſt. Sithiu.

In nomine Domini Dei et Saluatoris IEſu Chriſti, Hludouuicus diuina repropitiante clementia Imperator Auguſtus. Si preces fidelium noſtrorum deuote nobis famulantium ad optatum effectum ſolitae benignitatis liberalitate peruenire concedimus, abundantius credimus oportere ſuggeſtiones dilectiſſimi fratris noſtri Hugonis uenerabilis Abbatis, quas omnino ratione plenas eſſe non dubitamus, digniſſimo honorificentiae propriae effectu perficere, easque praecipue quae manifeſto ſuae deuotionis feruore ad diuinum cultum propenſius exſequendum pertinere noſcuntur. Quapropter nouerit omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque tam praeſentium, quam et futurorum induſtria, quia memoratus dilectus frater noſter Hugo ſacri palatii noſtri Archinotarius, et uenerabilis Abba monaſterii Sithiu ſiti in pago Teruanninſi, conſtructi in honorem beatae ſemper uirginis genitricis Domini noſtri IEſu Chriſti Mariae, ac beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli, in quo etiam corpora Chriſti Confeſſorum Audomari atque Bertini tumulata noſcuntur, noſtrae innotuit celſitudini, qualiter iam dudum tempore praedeceſſoris ſui Fridugiſi Abbatis eidem monaſterio noſtram feciſſemus auctoritatem, per quam illud cum omnibus ad ſe pertinentibus morem paternum auitumque

Digitized by Google

que ſequentes, ſub noſtra conſtitueremus defenſione, et mundeburdo, atque immunitatis tuitione, nec non omnes cellas et uillas, ſeu ceteras poſſeſſiones quae in quibuslibet pagis et territoriis infra ditionem imperii noſtri conſiſtunt, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum diuideret aut in alios uſus conuerteret, utque familia eiusdem monaſterii nullis quibuslibet hominibus foderum daret, imperiali auctoritate decreuimus, petens ut eamdem noſtram auctoritatem ſuo quoque nomine renouare iuberemus. Nos itaque ob amorem diuinum et reuerentiam atque honorem eorumdem Sanctorum, necnon et monitionem eiusdem fratris noſtri, memoratam auctoritatem noſtram circa eumdem locum rectoresque per tempora labentia ſibi ſuccedentes renouari cenſuimus, et ea quae illic decreta fuerunt, praeſenti etiam auctoritate roborare. Proinde hos noſtros imperiales apices fieri iuſſimus, per quos ſucceſſores noſtros admonemus, ut ſicut monaſterio praedicto ſanctae Mariae et ſancti Petri et Pauli atque beatorum Chriſti confeſſorum Audomari et Bertini conceſſimus: ita illi ratum et ſtabile permanere permittant, ut nullam diuiſionem in monaſteriis aut cellis, uel uillis ſeu ceteris poſſeſſionibus in quibuslibet pagis et territoriis conſiſtant, faciant, aut facere permittant, aut in alios uſus ipſas res retorqueant. Sed et hoc per hos imperiales apices ſancimus atque decernimus, ut nullus iudex publicus aut quislibet ex iudiciaria poteſtate in eccleſias aut loca uel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis et territoriis infra dicionem imperii noſtri iuſte et legaliter poſſidet, uel quae deinceps in iure ipſius ſancti loci uoluerit diuina pietas augeri, ad cauſas iudiciario more audiendas uel freda exigenda, aut manſiones uel paratas faciendas aut foderum exigendum, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam ingenuos, quam et ſeruos diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, uel ea quae ſupra memorata ſunt penitus exactare praeſumat: ſed liceat memorato Abbati ſuisque ſucceſſoribus uel praedicti monaſterii ſicut in praecepto Domini et genitoris noſtri continetur, cum omnes fredos et bannos ſibi conceſſos ſub immunitatis noſtrae defenſione quieto ordine poſſidere: quatenus ipſos ſeruos Dei, qui

ibidem Deo famulantur, pro nobis ac prole noſtra, uel etiam pro ſtabilitate totius imperii noſtri a Deo nobis conceſſi atque conſeruandi iugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut haec auctoritas noſtris futurisque temporibus Domino protegente ualeat inconuulſa permanere, manu propria ſubter firmauimus et annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.

Signum Hludouuici ſereniſſimi Imperatoris.

Hirminmaris Notarius ad uicem Hugonis Abbatis recognoui et ſubſcripſi.

Data Id. Auguſti anno XXII imperii domni Hludouuici piiſſimi Auguſti, Indictione X. Actum Aquisgrani palacio regio in Dei Nomine feliciter. Amen.

XXI.

ad §. LXXV, 11 et 12.

Ex *Baluz.* t. I Capit. p. 657.

Epiſtola Generalis,

Quam Ludouicus Pius Imperator ex placito Aquisgranenſi miſit, de Conciliis Epiſcoporum in quatuor imperii partibus congregandis.

Incipit Epiſtola Caeſarea, quae generaliter Populo Dei eſt legenda.

In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouuicus et Hlotharius diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti omnibus fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae et noſtris. Recordari uos credimus qualiter hoc anno conſilio ſacerdotum et aliorum fidelium noſtrorum generale ieiunium per totum regnum noſtrum celebrare iuſſimus, Deumque tota deuotione depoſcere ut nobis propitiari, et in quibus illum maxime offenderimus nobis manifeſtare, et ad correctionem noſtram neceſſariam tranquillum tempus nobis tribuere dignaretur. Volueramus ſiquidem tempore congruo placitum noſtrum

ſtrum generale habere, et in eo de communi correctione agere; et ita Deo miſerante fieret, niſi commotio inimicorum, ſicut noſtis, praepediſſet. Sed quia tunc fieri non potuit iuxta uoluntatem noſtram, uiſum nobis fuit praeſens placitum cum aliquibus ex fidelibus noſtris habere et in eo de his quae propter praedictum impedimentum remanſerunt, qualiter ad effectum peruenirent, Domino adiuuante conſiderare. Quapropter noſſe uolumus ſollertiam ueſtram quod in iſto praeſenti placito cum fidelibus noſtris conſiderauimus ut primo omnium Archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis in locis congruis tempore opportuno conuenirent, et ibi tam de ſua quam de omnium noſtrum correctione et emendatione ſecundum diuinam auctoritatem quaerendo inuenirent, et nobis atque fidelibus noſtris ſecundum miniſterium ſibi commiſſum adnuntiarent. Quis enim non ſentiat Deum noſtris prauiſſimis actibus eſſe offenſum et ad iracundiam prouocatum, cum uideat tot annis multitariis flagellis item illius in regno nobis ab eo commiſſo deſaeuire? uidelicet in fame continua, in mortalitate animalium, in peſtilentia hominum, in ſterilitate pene omnium frugum, et ut ita dixerim, diuerſiſſimis morborum cladibus atque ingentibus penuriis populum iſtius regni miſerabiliter uexatum et afflictum atque omni abundantia rerum quodam modo exinanitum. Nec illud etiam dubitamus ex iuſta uindicta illius euenire, quod ſaepe ſcandala per tyrannos in hoc regno exſurgunt, qui pacem populi Chriſtiani et unitatem imperii ſua prauitate nituntur ſcindere. Nam et illud nihilominus peccatis noſtris deputandum eſt, quod inimici Chriſti nominis praeterito anno in hoc regnum ingreſſi depraedationes, incendia Eccleſiarum, et captiuationes Chriſtianorum et interfectiones ſeruorum Dei audenter et impune immo crudeliter fecerunt. Agitur ſiquidem iuſto iudicio Dei ut quia in cunctis delinquimus, interius ſimul et exterius flagellemur. Beneficiis quippe Dei euidenter exiſtimus ingrati, quoniam his non ad uoluntatem Dei ſed ad libitum noſtrum carnalem uti inuenimur. Et idcirco merito creaturae Dei nobis diuinitus conceſſae, pro Deo contra nos ingratos pugnant, iuxta illud: *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.* Verum quia tot

modis uexamur atque percutimur, ad eum a quo percutimur toto corde dignum neceſſariumque eſt ut reuertamur, quatenus illud propheticum in nobis impleatur quo dicitur: *Sola uexatio intellectum dabit auditui.* Sed quia pius et clemens Dominus ſic ipſum flagellum moderatur ut non ad interitum, ſed potius ad correctionem noſtram inferre uideatur, debemus in conſpectu eius ueraciter humiliari et faciem illius in confeſſione praeuenire, eiusque pietatem pronis mentibus exorare; ut qui fecit nos iuſtiſſima diſpenſatione flagella ſentire, faciat nobis peccata noſtra, pro quibus iuſte ab eo flagellamur, cognoſcere, et in quibus maxime illum offendimus, et iram illius prouocauimus, manifeſtius intelligere, ut poſt eo miſerante, praua deſerendo et corrigendo, bona etiam ſectando et tota cum deuotione exſequendo, ualeamus per ſpiritum humilitatis et animam contritam ſacrificium Deo debitum offerre, iramque illius indignationis euadere et per dignam congruamque correctionem, et bonorum operum exhibitionem, gratiam eius propitiationis, licet indigni, promereri. At quia nos magis in hoc peccaſſe cognoſcimus, qui forma ſalutis omnibus eſſe debuimus, et omnium curam gerere, et per auctoritatem imperialem prauorum acta, ne tantum adcreſcerent, corrigere, cupimus, Domino nobis propitio, in conſpectu pietatis illius per dignam ſatisfactionem ueniam adipiſci, et per ſaluberrimam correctionem, uel per bonum ſtudium, quod noſtra deſidia et ignorantia hactenus neglectum eſt, conſultu fidelium tempore opportuno, quantum in nobis eſt, ſtudioſiſſime emendare, et noſtram in hoc uoluntatem omnibus manifeſtam facere. Quapropter ſtatuimus atque decreuimus cum conſultu ſacerdotum ceterorumque fidelium noſtrorum, huius rei gratia, ob placandum ſcilicet contra nos nobisque ſubiectos Domini furorem, conuentus eorundem Epiſcoporum in quatuor imperii noſtri locis congruentiſſime fieri. Primo ſcilicet in Moguntiacenſi urbe, ubi conueniant Archiepiſcopi Autgarius, Hadabaldus, Hethi, Bernuinus, cum ſuffraganeis ſuis. Secundo quoque in Pariſiorum urbe, ubi futurus antiſtes Senonicus, et Ebbo, Ragnoardus, et Landramnus cum ſuffraganeis ſuis conueniant. Tertio uero apud Lugdunum, ubi

ubi Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus cum ſuffraganeis ſuis ſimiliter conueniant. Quarto etiam apud Toloſam urbem, quo ſimul conueniant Notho, Bartholomaeus, Adalelmus, Agiulfus cum ſuffraganeis ſuis. In quibus conuentibus tractare, quaerere, et cum Dei adiutorio inuenire debent de cauſis ad religionem Chriſtianam et eorum curam pertinentibus, quid a principibus et reliquo populo uel ita ut diuina auctoritas docet aut aliter teneatur, uel quid inde ex parte uel ex toto dimiſſum ſit ut non teneatur. Deinde quid in ipſorum qui paſtores populi conſtituti ſunt moribus, conuerſatione, et actibus inueniri poſſit quod diuinae regulae atque auctoritati non concordet; ſimulque inueniant quae occaſiones in utroque ordine id effecerint ut a recto tramite deuiatum ſit. Et quicquid de his cauſis inuentum fuerit, tam ſollerti cura cuſtodiatur ut nullatenus ad aliorum notitiam peruenire permittant ante tempus conſtitutum. Et ideo unus Notarius inter omnes eligatur, qui quod ipſi inuenerint deſcribat, et ipſe ſub iuramento conſtrictus ea quae inuenta et digeſta fuerint diligenter fideliterque conſeruet.

XXII.

ad §. LXXVI, 51.

Ibid. p. 649.

Praeceptum Imperatorium de inſtitutione monachorum in monaſterio Deruenſi, datum anno Chriſti DCCCXXVII.

In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouuicus et Hlotharius diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti. Si petitionibus ſeruorum Dei iuſtis et rationabilibus diuini cultus amore fauemus, ſuperni muneris donum nobis a Domino impertiri credimus. Idcirco notum eſſe uolumus cunctis fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae et noſtris praeſentibus ſcilicet et futuris quia adiens ſerenitatem culmi-

nis

modis uexamur atque percutimur, ad eum a quo percutimur toto corde dignum neceſſariumque eſt ut reuertamur, quatenus illud propheticum in nobis impleatur quo dicitur: *Sola uexatio intellectum dabit auditui.* Sed quia pius et clemens Dominus ſic ipſum flagellum moderatur ut non ad interitum, ſed potius ad correctionem noſtram inferre uideatur, debemus in conſpectu eius ueraciter humiliari et faciem illius in confeſſione praeuenire, eiusque pietatem pronis mentibus exorare; ut qui fecit nos iuſtiſſima diſpenſatione flagella ſentire, faciat nobis peccata noſtra, pro quibus iuſte ab eo flagellamur, cognoſcere, et in quibus maxime illum offendimus, et iram illius prouocauimus, manifeſtius intelligere, ut poſt eo miſerante, praua deſerendo et corrigendo, bona etiam ſectando et tota cum deuotione exſequendo, ualeamus per ſpiritum humilitatis et animam contritam ſacrificium Deo debitum offerre, iramque illius indignationis euadere et per dignam congruamque correctionem, et bonorum operum exhibitionem, gratiam eius propitiationis, licet indigni, promereri. At quia nos magis in hoc peccaſſe cognoſcimus, qui forma ſalutis omnibus eſſe debuimus, et omnium curam gerere, et per auctoritatem imperialem prauorum acta, ne tantum adcreſcerent, corrigere, cupimus, Domino nobis propitio, in conſpectu pietatis illius per dignam ſatisfactionem ueniam adipiſci, et per ſaluberrimam correctionem, uel per bonum ſtudium, quod noſtra deſidia et ignorantia hactenus neglectum eſt, conſultu fidelium tempore opportuno, quantum in nobis eſt, ſtudioſiſſime emendare, et noſtram in hoc uoluntatem omnibus manifeſtam facere. Quapropter ſtatuimus atque decreuimus cum conſultu ſacerdotum ceterorumque fidelium noſtrorum, huius rei gratia, ob placandum ſcilicet contra nos nobisque ſubiectos Domini furorem, conuentus eorundem Epiſcoporum in quatuor imperii noſtri locis congruentiſſime fieri. Primo ſcilicet in Moguntiacenſi urbe, ubi conueniant Archiepiſcopi Autgarius, Hadabaldus, Hethi, Bernuinus, cum ſuffraganeis ſuis. Secundo quoque in Pariſiorum urbe, ubi futurus antiſtes Senonicus, et Ebbo, Ragnoardus, et Landramnus cum ſuffraganeis ſuis conueniant. Tertio uero apud Lugdunum, ubi

ubi Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus cum ſuffraganeis ſuis ſimiliter conueniant. Quarto etiam apud Toloſam urbem, quo ſimul conueniant Notho, Bartholomaeus, Adalelmus, Agiulfus cum ſuffraganeis ſuis. In quibus conuentibus tractare, quaerere, et cum Dei adiutorio inuenire debent de cauſis ad religionem Chriſtianam et eorum curam pertinentibus, quid a principibus et reliquo populo uel ita ut diuina auctoritas docet aut aliter teneatur, uel quid inde ex parte uel ex toto dimiſſum ſit ut non teneatur. Deinde quid in ipſorum qui paſtores populi conſtituti ſunt moribus, conuerſatione, et actibus inueniri poſſit quod diuinae regulae atque auctoritati non concordet; ſimulque inueniant quae occaſiones in utroque ordine id effecerint ut a recto tramite deuiatum ſit. Et quicquid de his cauſis inuentum fuerit, tam ſollerti cura cuſtodiatur ut nullatenus ad aliorum notitiam peruenire permittant ante tempus conſtitutum. Et ideo unus Notarius inter omnes eligatur, qui quod ipſi inuenerint deſcribat, et ipſe ſub iuramento conſtrictus ea quae inuenta et digeſta fuerint diligenter fideliterque conſeruet.

XXII.

ad §. LXXVI, 51.

Ibid. p. 649.

Praeceptum Imperatorium de inſtitutione monachorum in monaſterio Deruenſi, datum anno Chriſti DCCCXXVII.

In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouuicus et Hlotharius diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti. Si petitionibus ſeruorum Dei iuſtis et rationabilibus diuini cultus amore fauemus, ſuperni muneris donum nobis a Domino impertiri credimus. Idcirco notum eſſe uolumus cunctis fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae et noſtris praeſentibus ſcilicet et futuris quia adiens ſerenitatem culmi-

nis

nis noſtri uir religioſus Hauto Abba ex monaſterio quod uocatur Puteolus, quod eſt in Deruo conſtructum in honore beatorum Petri et Pauli, ſuggeſſit manſuetudini noſtrae eo quod praedictum monaſterium, ubi ille Dei cultor Abba praeeſt, aptum eſſet ad monaſterium regulare; quia non ſolum idem locus, ubi praefatum monaſterium fundatum eſt, uerum etiam et omnes adiacentias congruas haberet ſeruis Dei monaſticam uitam degere uolentibus. Nam et priuilegia qualiter ipſum monaſterium ad monaſticum ordinem perficiendum fundatum eſſet, et praecepta regalia nobis oſtendit, ubi liquido apparuit quod antiquitus regulare monaſterium fuiſſet. Nos uero hanc rem diligentius ſcire uolentes iuſſimus uenerabilem uirum Hebonem Remenſem Archiepiſcopum et aliquos ex ſuffraganeis ſuis ad praedictum locum ire et diligenter intueri, non ſolum ſi ipſe locus aptus eſſet ad monaſticum ordinem obſeruandum, uerum et utrum Clerici ibi degentes monaſtice uellent uiuere an non. Illi uero noſtris iuſſionibus obtemperantes, ſicut nobis praedictus Hebo Archiepiſcopus renuntiauit, et aptum locum inuenerunt ad normam regularem cuſtodiendam, et Clericos ibi degentes ſponte uitam monaſticam, ſicut illis profeſſi ſunt, ſuſcipere et perpetuo obſeruare uelle. Sed ut praedictus ordo monaſticus in eodem loco noſtris et futuris temporibus ad noſtram ſucceſſorumque noſtrorum perpetuam eleemoſynam digne obſeruaretur, et monachi per tempora degentes ſecundum regulam ſancti Benedicti uitam degerent, praedictus Hauto Abba precibus quibus ualuit rogauit ut noſtrum confirmationis praeceptum idem monaſterium habere mereretur, ſicut cetera monaſteria monachorum in regno Deo propitio noſtro habere noſcuntur. Cuius petitionem iuſtam et rationabilem iudicantes, per hos imperiales apices noſtros praecipimus atque iubemus ut abhinc in futurum praedictum monaſterium ſub monaſtico ordine perſiſtat, et monachi ibi degentes ſub regula ſancti Benedicti Domino ſibi adiuuante perenniter uitam ducant monaſticam. Et quandoquidem diuina uocatione praedictus Abba ab hoc ſeculo migrauerit, quandiu ipſi monachi inter ſe talem eligere potuerint qui illis ſecundum regulam praeeſſe et prodeſſe poſſit, per hanc noſtram

ſtram auctoritatem licentiam habeant eligendi Abbates, qualiter monachi per tempora ibi degentes pro nobis, coniugibus, ac liberis noſtris, ſeu totius regni noſtri ſtabilitate Domini miſericordiam indeſinenter exorare delectentur. Et ut haec noſtrae auctoritatis praeceptio ac confirmatio per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmauimus et annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.

Signum Hludouuici glorioſiſſimi Imperatoris.

Signum Hlotharii ſereniſſimi Auguſti.

Durandus Diaconus ad uicem Fredugiſi recognouit.

Data II Idus Februarii anno Chriſti propitio XIV imperii Domini Hludouuici piiſſimi Auguſti et Hlotharii X. Indict. V.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXIII.

ad §. LXXVII, 2.

Ibid. p. 573 ſq.

Diuiſio imperii Domini Hludouuici inter dilectos filios ſuos, inter Hlotharium uidelicet et Pippinum et Hludouicum, anno quarto imperii ſui.

In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti Hludouuicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Cum nos in Dei nomine anno incarnationis Domini octingenteſimo ſeptimo decimo, Indictione decima, annoque imperii noſtri quarto, menſe Iulio, Aquisgrani palatio noſtro more ſolito ſacrum conuentum et generalitatem populi noſtri propter eccleſiaſticas uel totius imperii noſtri utilitates pertractandas congregaſſemus et in his ſtuderemus, ſubito diuina inſpiratione actum eſt ut nos fideles noſtri commonerent quatenus manente noſtra incolomitate et pace undique a Deo conceſſa, de ſtatu totius regni et de filiorum noſtrorum cauſa more parentum noſtrorum tractaremus. Sed quamuis haec admonitio deuote ac fideliter fieret, ne-

Digitized by Google

quaquam nobis nec his qui ſanum ſapiunt uiſum fuit ut amore filiorum aut gratia unitas imperii a Deo nobis conſeruati diuiſione humana ſcinderetur, ne forte hac occaſione ſcandalum in ſancta Eccleſia oriretur et offenſam illius in cuius poteſtate omnium iura regnorum conſiſtunt, incurreremus. Idcirco neceſſarium duximus ut ieiuniis et orationibus et eleemoſynarum largitionibus apud illum obtineremus quod noſtra infirmitas non praeſumebat. Quibus rite per triduum celebratis nutu omnipotentis Dei, ut credimus, actum eſt ut et noſtra et totius populi noſtri in dilecti primogeniti noſtri Hlotharii electione uota concurrerent. Itaque taliter diuina diſpenſatione manifeſtatum placuit et nobis et omni populo noſtro more ſolenni imperiali diademate coronatum nobis et conſortem et ſucceſſorem imperii, ſi Dominus uoluerit, communi uoto conſtitui. Ceteros uero fratres eius, Pippinum uidelicet et Hludouuicum aequiuocum noſtrum, communi conſilio placuit regiis inſigniri nominibus et loca inferius denominata conſtituere in quibus poſt deceſſum noſtrum ſub ſeniore fratre regali poteſtate potiantur iuxta inferius adnotata capitula, quibus quam inter eos conſtituimus conditio continetur. Quae capitula propter utilitatem imperii et perpetuam inter eos pacem conſeruandam et totius Eccleſiae tutamen cum omnibus fidelibus noſtris conſiderare placuit et conſiderata conſcribere et conſcripta propriis manibus firmare, ut Deo opem ferente, ſicut ab omnibus communi uoto actum eſt, ita communi deuotione a cunctis inuiolabiliter conſeruentur ad illorum et totius populi Chriſtiani perpetuam pacem. Salua in omnibus noſtra imperiali poteſtate ſuper filios et populum noſtrum cum omni ſubiectione quae patri a filiis et Imperatori ac Regi a ſuis populis exhibetur.

Cap. I.

Volumus ut Pippinus habeat Aquitaniam et Vuaſconiam et marcham Toloſanam totam, et inſuper comitatos quatuor, id eſt, in Septimania Carcaſſenſem, et in Burgundia Auguſtudunenſem et Aualenſem et Niuernenſem.

Item

II.

Item Hludouuicus uolumus ut habeat Baioariam et Carentanos et Beheimos et Auaros atque Sclauos qui ab orientali parte Baioariae sunt, et insuper duas uillas dominicales ad suum seruitium in pago Nortgaoe Luttraof et Ingoldestat.

III.

Volumus ut hi duo fratres, qui Regis nomine censentur, in cunctis honoribus intra suam potestatem distribuendis propria potestate potiantur; tantum ut in episcopatibus et abbatiis ecclesiasticus ordo teneatur, et in ceteris honoribus dandis honestas et utilitas seruetur.

IV.

Item volumus ut semel in anno, tempore opportuno, uel simul uel singillatim, iuxta quod rerum conditio permiserit, uisitandi et uidendi et de his quae necessaria sunt, et quae ad communem utilitatem uel ad perpetuam pacem pertinent, mutuo fraterno amore tractandi gratia ad seniorem fratrem cum donis suis ueniant. Et si forte aliquis illorum qualibet ineuitabili necessitate impeditus uenire tempore solito et opportuno nequiuerit, hoc seniori fratri legatos et dona mittendo significet; ita duntaxat, ut cum primum possibilitas congruo tempore adfuerit, uenire qualibet cauillatione non dissimulet.

V.

Volumus atque monemus ut senior frater, quando ad eum aut unus aut ambo fratres sui cum donis, sicut praedictum est, uenerint, sicut ei maior potestas Deo annuente fuerit adtributa, ita et ipse illos pio fraternoque amore largiori dono remuneret.

Digitized by Google

VI.

Volumus atque iubemus ut senior frater iunioribus fratribus suis, quando contra exteras rationes auxilium sibi ferre rationabiliter expetierint, iuxta quod ratio dictauerit, et temporis opportunitas permiserit, uel per se ipsum uel per fideles Missos et exercitus suos opportunum eis auxilium ferat.

VII.

Item uolumus ut nec pacem nec bellum contra exteras et huic a Deo conseruato imperio inimicas nationes absque consilio et consensu senioris fratris ullatenus suscipere praesumant. Impetum uero hostium subito insurgentium uel repentinas incursiones iuxta uires per se repellere studeant.

VIII.

De legatis uero, si ab exteris nationibus uel propter pacem faciendam, uel bellum suscipiendum, uel ciuitates aut castella tradenda, uel propter alias quaslibet maiores causas directi fuerint, nullatenus sine senioris fratris conscientia eis respondeant, uel eos remittant. Si autem ad illum de quacunque parte Missi directi fuerint, ad quemlibet illorum primo peruenerint, honorifice eos cum fidelibus Missis usque ad eius praesentiam faciat peruenire. De leuioribus sane causis iuxta qualitatem legationis per se respondeant. Illud tamen monemus, ut quomodocunque res in confinibus eorum habuerint, semper ad senioris fratris notitiam perferre non neglegant, ut ille semper sollicitus et paratus inueniatur ad quaecunque necessitas et utilitas regni postulauerit.

IX.

Praecipiendum etiam nobis uidetur ut post decessum nostrum uniuscuiusque uasallus tantum in potestate domini sui beneficium propter discordias euitandas habeat, et non in alterius.

Pro-

Proprium autem ſuum et hereditatem, ubicunque fuerit, ſalua iuſtitia cum honore et ſecuritate ſecundum ſuam legem unusquisque absque iniuſta inquietudine poſſideat; et licentiam habeat unusquisque liber homo, qui ſeniorem non habuerit, cuicumque ex his tribus fratribus uoluerit ſe commendandi.

X.

Si autem et, quod Deus auertat, et quod nos minime optamus, euenerit ut aliquis illorum propter cupiditatem rerum terrenarum, quae eſt radix omnium malorum, aut diuiſor aut oppreſſor Eccleſiarum uel pauperum extiterit, aut tyrannidem, in qua omnis crudelitas conſiſtit, exercuerit, primo ſecreto ſecundum Domini praeceptum per fideles legatos ſemel, bis, et ter de ſua emendatione commoneatur; ut ſi his reniſus fuerit, accerſitus a fratre coram altero fratre paterno et fraterno amore moneatur et caſtigetur. Et ſi hanc ſalubrem admonitionem penitus ſpreuerit, communi omnium ſententia quid de illo agendum ſit decernatur; ut quem ſalubris ammonitio a nefandis actibus reuocare non potuit, imperialis potentia communisque omnium ſententia coerceat.

XI.

Rectores uero eccleſiarum de Francia talem poteſtatem habeant rerum ad illas pertinentium, ſiue in Aquitania, ſiue in Italia, ſiue in aliis regionibus ac prouinciis huic imperio ſubiectis, qualem tempore genitoris noſtri habuerunt uel noſtro habere noſcuntur.

XII.

De tributis uero et cenſibus uel metallis, quicquid in eorum poteſtate exigi uel haberi poterit, ipſi habeant, ut ex his in ſuis neceſſitatibus conſulant et dona ſeniori fratri deferenda melius praeparare ualeant.

XIII.

Volumus etiam ut ſi alicui illorum poſt deceſſum noſtrum tempus nubendi uenerit, ut cum conſilio et conſenſu ſenioris fratris uxorem ducat. Illud tamen, propter diſcordias euitandas et occaſiones noxias auferendas, cauendum decernimus, ut de exteris gentibus nullus illorum uxorem accipere praeſumat. Omnium uero homines, propter pacem artius conligandam, ubicunque inter partes elegerint uxores ducant.

XIIII.

Si uero aliquis illorum decedens legitimos filios reliquerit, non inter eos poteſtas ipſa diuidatur; ſed potius populus pariter conueniens unum ex eis, quem Dominus uoluerit, eligat; et hunc ſenior frater in loco fratris et filii ſuſcipiat, et honore paterno ſublimato, hanc conſtitutionem erga illum modis omnibus conſeruet. De ceteris uero liberis pio amore pertractent qualiter eos more parentum noſtrorum ſaluent et cum conſilio habeant.

XV.

Si uero absque legitimis liberis aliquis eorum deceſſerit, poteſtas illius ad ſeniorem fratrem reuertatur. Et ſi contigerit illum habere liberos ex concubinis, monemus ut erga illos miſericordiam agat.

XVI.

Si uero alicui illorum contigerit, nobis decedentibus, ad annos legitimos iuxta Ribuariam legem nondum peruenisse, uolumus ut donec ad praefinitum annorum terminum ueniat, quemadmodum modo a nobis, ſic a ſeniore fratre et ipſe et regnum eius procuretur atque gubernetur. Et cum ad legitimos annos peruenerit, iuxta taxatum modum ſua poteſtate in omnibus potiatur.

Regnum

Digitized by Google

XVII.

Regnum uero Italiae eo modo praedicto filio noſtro, ſi Deus uoluerit ut ſucceſſor noſter exſiſtat, per omnia ſubiectum ſit ſicut et patri noſtro fuit, et nobis Deo uolente praeſenti tempore ſubiectum manet.

XVIII.

Monemus etiam totius populi noſtri deuotionem et ſinceriſſimae fidei pene apud omnes gentes famoſiſſimam firmitatem ut ſi is filius noſter qui nobis diuino nutu ſucceſſerit absque legitimis liberis rebus humanis exceſſerit, propter omnium ſalutem et Eccleſiae tranquillitatem et imperii unitatem in elegendo uno ex liberis noſtris, ſi ſuperſtites fratri ſuo fuerint, eam quam in illius electione fecimus conditionem imitentur; quatenus in eo conſtituendo non humana ſed Dei quaeratur uoluntas adimplenda.

XXIII.

ad eumdem §. n. 11.

Ibid. p. 685.

Charta Diuiſionis imperii inter Pippinum, Ludouicum, et Karolum filios Imperatoris, data anno Chriſti DCCCXXXVII. Aquisgrani in generali populi conuentu.

In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouuicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus omnibus fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae et cuncto catholico populo praeſenti ſcilicet et futuro gentium et nationum quae ſub imperio ac regimine noſtro conſtitutae ſunt. Notum fieri uolumus omnium ueſtrum ſolertiae quod inter dilectos filios noſtros Pippi-

Digitized by Google

Pippinum, Hludouuicum, Karolum, regni nobis a Deo commissi talem diuisionem facere decreuimus ut post nostrum ab hac mortalitate decessum unusquisque illorum scire ualeat, si eos diuina pietas nobis superstites esse uoluerit, quae portio sibi ad tenendum atque gubernandum a nobis adsignata sit. Quam diuisionem eo modo describere ac designare uolumus, ut singuli iuxta ordinationem nostram et fines regni sui, qui in alienigenas extenduntur, cum Dei adiutorio defendere statuant ac studeant, et pacem ac fraternam caritatem inter se custodire ualeant. Cuius diuisionis modum atque ordinationem talem nobis facere placuit.

Cap. I.

Haec autem tali ordinatione dispositimus, ut si post nostrum ab hac luce discessum aliquis eorum priusquam fratres sui diem obierit, et talem filium reliquerit quem populus ipsius eligere uoluerit ut patri suo succedat in regni hereditate, uolumus ut hoc consentiant patrui ipsius pueri, et regnare permittant filium fratris sui in eo regno quod pater eius frater eorum habuit. Quod si talem filium non habuerit, tunc uolumus ut illa pars regni quam idem habebat, diuidatur aequaliter inter illos fratres qui superstites remanserint.

II.

Placuit etiam inter praedictos filios statuere atque praecipere, propter pacem et concordiam quam inter eos perpetuo permanere desiderамus, ut nullus eorum fratris sui terminos uel regni limites inuadere praesumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum eius uel marchas minuendas; sed potius adiuuet unusquisque illorum fratrem suum prout temporis oportunitas permiserit, ex auxilium ei ferat contra inimicos eius iuxta rationem et possibilitatem.

Haec

Digitized by Google

Haec concordant cum chartae diuiſion. Caroli M. c. V, et VI; pariter ac

III

cum VII Carol.
et
initium IV cum VIII Carol.

Sed et hoc praecipimus, ut nullus ex his tribus fratribus, nobis in corpore conſiſtentibus, uel noſtrum uel cuiuslibet alterius hominem ſacramentum fidelitatis ſibi promittere faciat, et per hoc eum uel a nobis uel ab altero domino ſuo per huiusmodi ſacramentum auertat et ad ſe attrahat.

V – XII conſentiunt cum
IX -- XVI Carol.

Initium XIII congruit cum XX.

Et ſi aliquis ex his tribus filiis noſtris per maiorem obedientiam ac bonam uoluntatem in primis Deo omnipotenti ac poſtea nobis placere cupiens, morum probitate promeruerit ut ei maiorem honorem ac poteſtatem conferre delectet, et hoc uolumus ut in noſtra maneat poteſtate ut illi de portione fratris ſui qui non placere curauerit et regnum et honorem ac poteſtatem augeamus, et illum talem efficiamus qualiter ille propriis meritis dignus oſtenderit.

XIV reſpondet XIX Capit. Carol.

Ad Aquitaniam totam inter Ligerim et Sequanam et ultra Sequanam pagis XXVIII, id eſt, Catalonis, Meltianum, Ambienſis, et Pontiuus usque ad mare.

Ad Baiuuariam Toringiam totam, Ripuarios, Atrarios, Saxoniae, Friſiae, Ardenna, Hasbania, Bragmento, Franderes, Mempiſcon, Metunenti, Amau, Auſterban, Adertenſis, Teruuanenſis, Bolenſis, Quentouico, Camalecenſis, Virdomadenſis.

Ad Alamaniam totam Burgundiam, excepto quod Pippino datum eſt, totam Prouinciam, et totam Gotiam, et de iſta me-

dia Francia Warenſis, Vngenſis, Caſtrenſis, Potiano, Remegenſis, Laudunenſis, Moſellis, Treueris.

Heic uetuſtiſſima membra deficit.

XXV.

ad §. LXXX, 12.

Ex *Schaten.* Ann. Paderborn. P. I p. 118.

Gerulpho poſſeſſiones redduntur.

In nomine Domini Dei, et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludouuicus diuina repropitiante Clementia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus ſanctae Dei eccleſiae et noſtris, praeſentibus ſcilicet et futuris, quia ante annos aliquot conceſſimus cuidam fideli noſtro uocabulo Gerulpho quasdam res proprietatis noſtrae, quae ſunt in Ducatu Friſiae in pago Weſtracha, in uilla Cumminge et Hunderi, et in aliis uillis circumquaque ſepoſitis, ſed quia interuenientibus quibusdam turbinibus per ipſius Gerulfi negligentiam ab eius poteſtate et dominatione eaedem res res abſtractae fiſco regio ſociatae ſunt, tandem diuinae miſericordiae intuitu placuit nobis easdem res illi reſtituere, et quemadmodum pridem fuerant, in eius poteſtatem et dominationem transfundere. Quas ut certius firmiu-que noſtris futurisque temporibus poſſidere ualeret, has auctoritatis noſtrae literas ei fieri iuſſimus, per quas memoratas res cum his, quae ad eas iure et legaliter pertinent, deinceps iure proprietario ualeat poſſidere, et quidquid de eis agere uoluerit liberam habeat poteſtatem, neque aliquam ob memoratam occaſionem de eisdem rebus ullo unquam tempore calumniari patiatur, ſed quidquid ſicut diximus de eis ordinare atque diſponere uoluerit, liberrimo in omnibus potiatur arbitrio. Et ut haec noſtr-e reſtitutionis auctoritas, et noſtris, et futuris temporibus inuiolabilem ualeat obtinere firmitatem de annulo noſtro ſubter eam iuſſimus ſigillari.

Glorius Notarius ad uicem Hugonis recognoui ſſ.

(L S.)

Chriſte protege Hludouicum Imperatorem.

Data

Data VIII Idus Iulii anno Chriſto propitio XXVI Imperii Domni Hludouici Sereniſſimi Imperatoris. Indictione ſecunda. Actum Crucianiaco palatio Regio in Dei nomine feliciter amen.

Addit Schatenius:

Ex hoc Ludouici diplomate ſatis aeſtimes non hoc anno, quod quidam uolunt, obiiſſe Imperatorem, quippe qui menſe Iulio adhuc ſuperſtes ſubſcripſit.

At enimuero quis hodie Ludouicum a. XXVII imp. obiiſſe ignoret?

XXVI.

ad §. LXXXX, 5.

Ex *Baluz.* c. l. p. 591.

Decretum confirmationis, quo Ludouicus Pius Imperator donationes Eccleſiae Romanae ab auo ſuo Pippino Rege et a patre Karolo magno Imperatore factas Paſchali Papae confirmauit.

In nomine Domini Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus ſancti. Ego Hludouuicus Imperator Auguſtus ſtatuo et concedo per hoc pactum confirmationis noſtrae tibi beato Petro principi Apoſtolorum, et per te Vicario tuo Domno Paſchali ſummo Pontifici et uniuerſali Papae et ſucceſſoribus eius in perpetuum, ſicut a praedeceſſoribus noſtris usque nunc in ueſtra poteſtate et dictione tenuiſtis et diſpoſuiſtis, ciuitatem Romanam cum ducatu ſuo et ſuburbanis atque uiculis omnibus et territoriis eius montanis et maritimis littoribus et portubus, ſeu cunctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac uiculis in Tuſciae particibus, id eſt, Portum, Centumcellas, Caere, Bledam, Marturanum, Sutrium, Nepe, Caſtellum Galleſii, Hortam, Polimartium, Ameriam, Tudertum, Peruſium, cum aliis tribus inſulis ſuis, id eſt, maiorem et minorem, Puluenſam, et Lacum, Narniam, Otriculum, cum omnibus finibus ac territoriis ad ſupradictas ciuitates pertinentibus.

Simili modo et in partibus Campaniae Signiam, Anagniam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Fruſinonem, cum aliis partibus Campaniae, nec non et Tibur, cum omnibus finibus et territoriis ad easdem ciuitates pertinentibus. Nec non et exarchatum Rauennatenſem ſub integritate, cum urbibus, ciuitatibus, oppidis, et caſtellis quae piae recordationis Domnus Pippinus Rex ac bonae memoriae genitor noſter Karolus Imperator beato Petro Apoſtolo et praedeceſſoribus ueſtris iamdudum per donationis paginam reſtituerunt, hoc eſt, ciuitatem Rauennam et Aemiliam, Bobium, Caeſenam, Forum Pompilii, Forum Liuii, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, et Adriam, et Gabelum, cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis in terra marique ad praedictas ciuitates pertinentibus. Simulque et Pentapolim, uidelicet Arminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Humanam, Aeſium, Forum Sempronii, Montem Feretri, Vrbinum, et territorium Valuenſe, Calles, Luceolos, Eugubium, cum omnibus finibus ac terris ad easdem citates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut a genitore noſtro Karolo Imperatore beato Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, quemadmodum ab Itherio et Macenario Abbatibus, Miſſis illius, inter idem territorium Sabinenſe et Reatinum definitum eſt. Item in partibus Tuſciae, Longobardorum, Caſtellum Felicitatis, Vrbeuetum, Balneum Regis, Ferenti Caſtrum, Viterbium, Martam, Tuſcaniam, Populoniam, Soanam, Roſellas. Et inſulas Corſicam et Sardiniam et Siciliam ſub integritate, cum omnibus adiacentibus et territoriis maritimis, littoribus, portubus ad ſupradictas ciuitates et inſulas pertinentibus. Item in partibus Campaniae, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam, et patrimonia ad poteſtatem et ditionem noſtram pertinentia, ſicut et patrimonium Beneuentanum, et Salernitanum, et patrimonium Calabriae inferioris et ſuperioris, et patrimonium Neapolitanum, et ubicunque in partibus regni atque imperii a Deo nobis commiſſi patrimonia noſtra eſſe noſcuntur. Has omnes ſupradictas prouincias, urbes, ciuitates, oppida et caſtella, uiculos et territoria, ſimulque et patrimonia, iam dictae Eccleſiae tuae, beate Petre Apoſtole, et per te Vicario tuo ſpirituali patri noſtro Paſchali ſummo Pontifici et uniuerſali Papae eiusque ſucceſ-

ſori i-

foribus usque ad finem seculi eo modo confirmauimus ut in suo detineant iure, principatu, ac ditione. Simili modo per hoc nostrum confirmationis decretum firmamus donationes quas piae recordationis Domnus Pippinus Rex auus noster et postea Domnus et genitor noster Karolus imperator beato Petro Apostolo spontanea uoluntate contulerunt. Nec non et censum et pensiones seu ceteras donationes quae annuatim in palatium Regis Longobardorum inferri solebant, siue de Tuscia Longobardorum, siue de ducatu Spoletano, sicut in suprascriptis donationibus continetur, et inter sanctae memoriae Hadrianum Papam et Domnum et genitorem nostrum Karolum Imperatorem conuenit, quando eidem Pontifici idem de supradictis ducatibus, id est, Tuscano et Spoletano, suae auctoritatis praeceptum confirmauit. Eo scilicet modo, ut annis singulis supradictus census ecclesiae beati Petri Apostoli persoluatur, salua super eosdem ducatus nostra in omnibus dominatione et illorum ad nostram partem subiectione. Ceterum, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad nostram partem per hoc nostrae confirmationis decretum roboramus ut in uestro uestrorumque successorum permaneant iure, principatu, atque ditione, ut neque a nobis neque a filiis et successoribus nostris per quodlibet argumentum siue machinationem in quacunque parte minuatur uestra potestas, aut uobis de suprascriptis omnibus uel successoribus uestris inde aliquid subtrahatur, de suprascriptis uidelicet urbibus, prouinciis, ciuitatibus, oppidis, castris, uiculis, insulis, territoriis, atque patrimoniis, nec non et pensionibus atque censibus; ita ut neque nos ea subtrahamus, neque quibuslibet subtrahere uolentibus consentiamus; sed potius omnia quae superius leguntur, id est, prouincias, ciuitates, urbes, oppida, castella, territoria, patrimonia, atque insulas, census, ac pensiones ecclesiae beati Petri Apostoli et Pontificibus in sacratissima illius sede in perpetuum residentibus, in quantum possumus, defendere nos promittimus, ad hoc ut omnia ea in illius ditione ad utendum et fruendum atque disponendum firmiter ualeat obtinere; nullamque in eis nobis partem aut potestatem disponendi aut iudicandi subtrahendiue aut minorandi uendicamus, nisi quando ab eo qui illo tempore huius sanctae Ecclesiae regimen tenuerit rogati fuerimus. Et si quilibet homo de

ſupradictis ciuitatibus ad ueſtram Eccleſiam pertinentibus ad nos uenerit, ſubtrahere ſe uolens de ueſtra iurisdictione uel poteſtate, uel quamlibet aliam iniquam machinationem metuens, aut culpam commiſſam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus niſi ad iuſtam pro eo faciendam interceſſionem; ita duntaxat ſi culpa quam commiſit uenialis fuerit inuenta; ſin aliter, comprehenſum ueſtrae poteſtati eum trademus exceptis his qui uiolentiam uel oppreſſionem potentium paſſi ideo ad nos ueniant ut per noſtram interceſſionem iuſtitiam accipere mereantur; quorum altera conditio eſt, et a ſuperioribus ualde disiuncta. Et quando diuina uocatione huius ſacratiſſimae ſedis Pontifex de hoc mundo migrauerit, nullus ex regno noſtro aut Francus aut Longobardus aut de qualibet gente homo ſub noſtra peteſtate conſtitutus licentiam habeat contra Romanos aut publice aut priuatim ueniendi aut electionem faciendi; nullusque in ciuitatibus uel territoriis ad Eccleſiam beati Petri pertinentibus aliquod malum propter hoc facere praeſumat. Sed liceat Romanis cum omni ueneratione et ſine aliqua perturbatione honorificam ſuo Pontifici exhibere ſepulturam, et eum quem diuina inſpiratione et beati Petri interceſſione omnes Romani uno conſilio atque concordia ſine aliqua promiſſione ad pontificatus ordinem elegerint; ſine aliqua ambiguitate et contradictione more canonico conſecrari. Et cum conſecratus fuerit, Legati ad nos uel ad ſucceſſores noſtros Reges Francorum dirigantur, qui inter nos et illum amicitiam et caritatem ac pacem ſocient, ſicut temporibus piae recordationis Domni Caroli ataui noſtri, ſiue Domni Pippini aui noſtri, uel et Karoli Imperatoris genitoris, conſuetudo erat faciendi. Hoc autem ut ab omnibus fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae et noſtris firmum eſſe credatur, firmiusque per futuras generationes et ſecula uentura cuſtodiatur, propriae manus ſignaculo et uenerabilium Epiſcoporum atque Abbatum uel optimatum noſtrorum ſub iureiurando et ſubſcriptionibus pactum iſtud noſtrae confirmationis roborauimus, et per legatum Sanctae Romanae Eccleſiae Theodorum Nomenclatorem Domno Paſchali Papae direximus.

Ego Ludouicus miſericordia Dei Imperator ſubſcripſi. Et ſubſcripſerunt tres filii eius, et Epiſcopi decem, et Abbates octo, et Comites quindecim, et Bibliothecarius unus, et Manſionarius unus, et Oſtiarius unus.

XXVII.

XXVII.

ad eumdem §. n. 16.

Ex *Tenzel.* hiſtoricis uindiciis p. 27.

Diploma Lindauienſe controuerſum cum uariis lectionibus. F ſignificat lectionem confirmationis Imp. Frider. III; L confirmat. Imp. Leopoldi ; H Heiderianam; W Wagnereckianam.

1 In 2 nomine domini Dei 3 et Saluatoris 4 noſtri 5 ieſu Chriſti, 6 hludovvicus diuina 7 repropiciante clementia Imperator Auguſtus. Si locis Deo dicatis quippiam muneris conferimus et 8 imperialis munificentiae morem exſequimur et (*hactenus literis maiuſculis*) Diuinum per hoc nobis fauorem facilius conciliandum 9 confidimus. Idcirco nouerit 10 collegium omnium fidelium noſtrorum 11 preſentium uidelicet et futurorum 12 qualiter 13 Adalbertus fidelis 14 uaſallus noſter et 15 ſacri palatii comes 16 preſentibus ſcilicet nonnullis fidelium noſtrorum 17 principibus noſtram adiens celſitudinem obtulit obtutibus noſtris quoddam 18 cenobium ſanctimonialium nomine 19 lindaugia ſitum 20 infra lacum 21 vvithſe et conſtructum in honore ſanctae Dei 22 genetricis 23 Mariae quod idem 24 Adalbertus pro ſalute et remedio animarum omnium 25 parentum ſuorum et 26 ſuae primo fundauit omnibusque ſuis allodiis augmentauit et iuge Dei ſeruicium ibi ordinauit. Sed ne deinceps laudes

---

1 IN NOMINE DOMINI DEI ET. W. 2 *Nomine domini Dei.* F. H L. 3 et *deeſt in* F. 4 *Noſtri IEſu Chriſti* F. H. L. 5 IESV L. 6 *Ludouicus* F. *Hludouicus* W. *Hludovvicus* H. 7 *repropitiante* F. 8 *Imperialis Munificentiae.* F. H L. W. 9 *confidimus, idcirco* F. L. 10 *Collegium* F. L. W. 11 *praeſentium* F. H. L. W. 12 *Qualiter* F. H. L. W. 13 *Adelbertus* F. 14 *Vaſallus* F. H. L. W. 15 ſacri palatii *Comes* F. H. L. W. 16 *praeſentibus* F. H. L. W. 17 *Principibus* F. H. W. 18 *coenobium* F. H. L. W. 19 *Lindaugiae* H. 20 *intra* F. H. W. 21 *Wiſee* F. L. *Withſee* W. *Withſe* H. 22 *Genitricis* F. H. W. 23 Mariae F. L. H. W. 24 *Adelbertus* F. 25 *Parentum* F. W. 26 *ſuae* F. H. L. W.

laudes diuinae et regulares diſciplinae ibidem deficerent dignitatem noſtram per interuentum fidelium noſtrorum 27 illuſtrium 28 rabani ſcilicet 29 ſanctae Mogontinae aeccleſiae metropolitae nec non Salomonis uidelicet conſtantienſis 30 aeccleſiae 31 praeſulis poſtulauit, quatenus pro redemptione 32 animae noſtrae nec non parentum noſtrorum eidem monaſterio aliquid muneris 33 conferremus et eandem libertatem et 34 iuſtitiam quam conſtantienſis habet 35 aeccleſia 36 in omni (*hic perforata eſt membrana, et ſuperne aſcripta haec uox* regulari) iure concederemus 37 Cui rationabili et ut credimus diuinitus illi 38 inſtinctae petitioni libenti animo aſſenſum 39 prebentes decreuimus ita fieri et ſecundum dei iudicationem ac fidelium noſtrorum ſuggeſtionem hoc 40 noſtrae auctoritatis 41 praeceptum iuſſimus inde conſcribi. Per quod decernimus atque omnino iubemus quatenus 42 prenominatus 43 ſacer locus habeat poſſideat quidquid ex libera 44 hereditate prefati fidelis noſtri fiſcus noſter ſperare debeat. in tributis in monetis in 45 teloneis 46 et nauigationibus ac liber ſaluus et quietus ſine cuiuslibet 47 perſone contradictione uel 48 moleſtacione prorſus permaneat. et in 49 diſpoſitione 50 abbatiſſae eiusdem monaſterii conſiſtat. Statuimus [*etiam hic perforata eſt aliquantulum membrana in medio huius uocis*] quoque per eiusdem auctoritatis 51 munitionem ut nullus publicus iudex neque dux neque comes aut quislibet ex iudiciaria poteſtate 52 aeccleſias curtes aut loca uel agros ſeu reliquas poſſeſſiones memorato monaſterio 53 preſenti tempore ſubiacentes uel 54 quae deinceps in ius et dominium eiusdem monaſterii 55 diuinae pietatis augmento

---

27 *Illuſtrium* H. W. 28 *Rabani* F. L. H. W. 29 *ſanctae Mogontinae eccleſiae Metropolitae* F. L. H. W. ſed *aeccleſiae* habent etiam H et W. 30 *Eccleſiae* F. L 31 *praeſulis* F. L. H. W. 32 *animae noſtrae* F. L. H. W. 33 *conferremus* H. 34 *Iuſtitiam* F. L. H. W. 35 *Eccleſia* F. L. *Aeccleſia* H. W. 36 *in omni regulari iure* F. L. H. W. 37 *Cuius rationabili* F. L. H. W. 38 *inſtinctae* F. L. H. W. 39 *praebentes* F. L. H. W. 40 *noſtrae* F. L. H. W. 41 *praeceptum* F. L. H. W. 42 *praenominatus* F. L. H. W. 43 *Sacer* F. H. 44 *haereditate praefati* F. L. H. W. 45 *teloniis* F. 46 *et deeſt in* F. W. 47 *perſonae* F. L. H. W. 48 *moleſtatione* F. L. H. W. 49 *diſpoſitione* F. L. H. W. 50 *abbatiſſae* F. L. H. W. 51 *munitionem* F. L. 52 *Eccleſias* F. L. 53 *praeſenti* F. L. H. W. 54 *quae* F. H. W. *ſed L. habet* qui 55 *diuinae* F. L. H. W.

to peruenerint ad cauſas audiendas uel freda exigenda uel paratas faciendas aut homines etiam tam ingenuos quam et ſeruos ſuper terram eiusdem monaſterii commanentes diſtringendos nec ullas 56 redibitiones (*etiam hic attrita eſt nonnihil membrana*) uel bannos aut illicitas occationes requirendas ſeu ullum publicum placitum habendum ullis temporibus ingredi uel ea 57 quae ſupra memorata ſunt exigere 58 preſumat. 59 Et ut cenſales homines ſiue 60 familiae in quibuscunque locis ſint conſtituti 61 pacem habeant et coram nullo comite regant, aut bannum perſoluant (*haec aegre legi poſſunt propter plicas*) aut 62 ſeculare negotium habeant niſi coram abbatiſſa uel ipſius monaſterii aduocato.

Idem autem aduocatus bis in anno ſemel in 63 eſtate ſecundo 64 in hieme placitum habeat ſed ultra 65 XII equos nullum adducat. Et tunc honeſte procuretur. 66 quidquid placitando adquiſierit 67 due inde partes erunt 68 abbatiſſe tertia aduocati nullum domus Dei ſeruientem ſine abbatiſſa uel ipſius conſenſu ad iudicium cogat. Nullum de familia ſine iuſta ſociorum ſuorum deliberatione 69 dampnet uel coherceat. Nullum 70 ſubaduocatum uel exactorem ſine 71 Abbatiſſae permiſſione ſibi conſtituat. Nihil priuati mun ris uel ſeruitii a quolibet loco ſiue curte ſiue 72 a cellariis quaſi ex debito, et ſtatuto ſibi iure exigat Manſiones ſeu pernoctationes undique in locis eiusdem monaſterio frequentare caueat. Quodſi ultra ſtatutum noſtrum alicubi placitare uoluerit ipſe de 73 tercia ſui parte ibidem ſibi contingente prouideat 74 quid ad ſumptum habere debeat niſi forte aliqua de cauſſa ab abbatiſſa illuc uocetur a qua tunc decenter ſibi exhibeatur quod oportet. Proinde ſi quisquam aduocatus haec ſtatuta obſtinata audacia transgreſſus fuerit niſi ſane reſipuerit Sexaginta libras auri optimi 75 XXX palacio noſtro 76 XXX ſu-

56 *redibiciones* H. W. *redhibitiones* L. 57 *quae* F. L. H W 58 *praeſumat* F. L. H. W. 59 *aut cenſuales* F. H. W. 60 *familiae* F. L. H. W. 61 *parere habeant* F. H. W. 62 *faeculare* F L. W. 63 *aeſtate* F. L. W 64 *hyeme* F. H W. 65 12. *aequos* F. 12. *equos* W. *duodecim equos* L. H 66 *quidquid* F L. H. 67 *duae* F. L. H. W. 68 *Abbatiſſae* F L. H W. 69 *damnet* F. L. H 70 *ſub Aduocatum* L. 71 *Abbatiſſae* F L H. W 72 *a cella ruris* F. *acella ruris* H W. 73 *tertia* F L. H. W. 74 *quod* F. W. 75 *triginta* F. L. H. W. 76 *triginta* F. L. H. W.

pra dicto monasterio persoluat. Et ipsa 77 aduocacia cum 78 ceteris commodis in perpetuum careat Nos quoque supra dicti fidelis 79 Vassalli nostri 80 peticionibus et uoluntati per omnia satisfacere cupientes firmissima largitate constituimus ut quando diuina uocatione 81 abbatissae prefati monasterii ex hac luce migrauerint quamdiu 82 ipse sanctimoniales inter se tales inuenire potuerint 83 quae ipsam congregationem secundum regulam suam bene regere 84 preualeant eligant sin autem firmissimam licentiam alias eligendi 85 dominas cum consensu 86 regis uel 87 imperatoris habeant. Si quis autem homo cuiuslibet potestatis existens ausu temerario contra hoc priuilegium agere 88 presumpserit, aut 89 prefatum uenerabile monasterium uel aliquas pertinentias 90 eiusdem beneficiali causa cuiquam hominum concedere 91 temptauerit nisi resipuerit et his nostris institutis adquieuerit nomen et memoriale illius de libro 92 uitae subtractum maneat in 93 aeternum maledictum 94 Haec autem superius comprehensa pro emolumento 95 animae ad idem monasterium contulimus quatenus abbatissa eiusque consorores nec non canonici 96 sanctissimae 97 Virgini 98 Mariae ibi famulantes stipendium necessarium habeant et pro nobis alacrius dei misericordiam exorare procurent et ut 99 haec nostra imperialis 100 auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat uigorem 101 anuli nostri impressione 102 adsignari iussimus.

Inserit Tenzelius:

Totam diplomatis clausulam singulari tabula aeri incisa ex Wagnereckio repetiit Hyperaspista noster, ad hocce caput secundum defensionis suae. Nos uero describemus illam, qualem inferius,

77 *Aduocatia* F. L. H. W. 78 *caeteris* F. L. H. W. 79 *Vassalli* F. L. H. W. 80 *petitionibus* F. L. H. W. 81 *Abbatissae praefati* F. L. H. W. 82 *ipsae* F. L. W. 83 *quae* F. L. H. W. 84 *praeualeant* F. L. H. W. 85 *Dominas* F. L. H. W. 86 *Regis* F. L. H. W. 87 *Imperatoris* F. L. H. W. 88 *praesumpserit* F. L. H. W. 89 *praefatum* F. L. H. W. 90 *eius* F. L. H. W. 91 *tentauerit* F. L. 92 *uitae* F. L. H. W. 93 *in aeternum* F. L. H. W. 94 *Haec* F. L. H. W. 95 *animae nostrae* F. L. H. W. 96 *sanctissimae* F. L. H. W. 97 *Virginis* F. H. W. 98 *Mariae* F. L. H. W. 99 *haec* F. L. H. W. 100 *authoritas* F. H. W. 101 *Annuli* F. L. H. W. 102 *adsignire* F.

ferius, poſt caput XV, in apographo Leopoldino nouiſſimo, exhibere ipſimet placuit.

Signum (*Locus* 103 *Monogrammatis*,) 104 Hludouici Sereniſſimi (*ut cernitur in tabella ſeparata*) Imperatoris.

105 Data XI. 106 Kalendas Maias anno Chriſto propitio XXVI Imperii 107 Domini 108 Hludouici piiſſimi Auguſti Indictione II. Actum 109 Boduma Palatio Regio in Dei nomine feliciter Amen.

103 Monogramma aliter ſcribitur in apographo Fridericiano, aliter in Heideriano, aliter in Tabula Wagnereckiana: aliter denique in genuinis Ludouici pii Diplomatibus, apud Mabilionem Tab. XXVI. quae omnia lectorem oculis luſtranda ſubiicimus: una cum Sigillo Diplomatis Lindauienſis, quod aliter multo pingitur apud Heiderum ex Apographo Vindobona miſſo, aliter apud Wagnereckium, docente iterum αὐτοψίᾳ, et collatione inſtituenda cum genuino, quod ex XXVI et XXVIII Mabilionis Tabula mutuati ſumus. Conferantur Cap. V. N. III. et Cap. VII n. VII. 104 Ita etiam Apographum Friderici Imperatoris (quod tamen uerba illa ſignumque et Notarii ſubſcriptionem Dato poſtponit) et alterum apud Heiderum. Sed Wagnereckii tabula aenea habet Hludouici. 105 Apographum Friderici Imperatoris et Heideri praemittit; Anno Incarnationis Domini DCCCLXVI. Sed cum Wagnereckius hunc annum ad datum Diplomatis non pertinere pronuntiauit, tum in Leopoldina prorſus omittitur; quanquam in tabula aenea exſtat 106 Kl. abbreuiate ſcribitur in tabula aenea, et apographo F. et H. 107 Ita etiam F. et H. ſed in Tabula aenea habetur *Domni*. 108 Ita etiam F. et H. ſed in tabula aenea eſt Hludovvici. 109 Bodama F. et H et tabula aenea.

Denique inter ſignum et Datum in Tabula aenea occurrunt Notarii uerba, in Leopoldino apographo omiſſa, ſed ex mente Hyperaſpiſtae noſtri legenda: *Hirminmaris Notarius ad uicem Hugonis recognouit.* At Notarii nomen in Fridericiano ſcribitur *Hirminius*, in Heideriano *Hyrminius*. Conferantur Cap. VI n. IV. Cap. VII n XVI. Et quod maxime notandum, Impoſtor Diploma Lindauienſe confingens, integram clauſulam, quae uerior Contingii, Mabilionis Baluziique eſt ſententia, ex genuino quodam Ludouici pii Diplomate furtim ſurreptam foetui ſuo accommoda-

uit. Videantur inferius Cap. V n. II. Cap. VI n. I et III. Cap. VIII in fine.

XXVIII.

ad §. LXXXXI, 1.

Ex *Mabill.* rei dipl. l. VI n. LXXVIII.

Pippini Aquitanorum Regis diploma, quo omnia monaſterii Malaſti iura et bona confirmat.

Pippinus ordinante diuina maieſtatis gratia Aquitanorum Rex. Cum petitionibus ſeruorum Dei iuſtis et rationabilibus diuini cultus amore fauemus, ſuperna nos gratia muniri non dubitamus. Proinde nouerit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium, quam et futurorum ſagacitas, quia uir uenerabilis Viliafredus ex monaſterio quod nuncupatur Malaſte, quod eſt ſitum in territorio Carcaſſenſe ſuper fluuium Duranum, conſtructum in honore ſancti Iohannis Baptiſtae, petiit ſublimitati noſtrae annuente Oliba Comite, quamdam uillam Magnianacus, qui eſt ſitus in pago Toloſano ſuper fluuium Fiſcauum, una cum terminis et adiacentiis ſuis, ſicut terminatum eſt a Godoildo Miſſo Wilelmo Comite per hanc noſtram praeceptionem ſupraſcripto monaſterio in honore ſanctae Iohannis Babtiſtae. Cuius precibus ob amorem Dei et reuerentiam diuini cultus libenter aurem accommodare placuit. Propterea praeſentem auctoritatem per hos regales apices eodem loco quo nobis poſtulatum eſt, qui uocatur Malaſte, ſupraſcriptum uillarem, ſitum in pago Toloſano ſuperfluuium Fiſcauum, ob petitionem praefati Viliafredi Abbatis, nec non Olibae Comitis, precum ſuarum inaeſtimabilem functionem liberaliter confirmamus, cum omnibus uidelicet quae ad eiusdem uillaris integritatem pertinere noſcuntur, tam in aedificiis, quam in agris, nec non in cunctis adiacentiis iure ipſius uillaris mancipatis, eo ſcilicet ordine, ut deinceps eumdem uillarem, quem praedicto monaſterio Malaſte noſtra delegauit pietatis ſerenitas cum omnibus ſuis adiacentiis pro animae noſtrae emolumentum in praefati ſan-

ti loci potestatem transferatur atque confirmetur: ita ut abhinc pars ipsius monasterii, uel rectores qui in ipso loco per tempora fuerint, per hoc nostrae confirmationis scriptum habeant, teneant, atque lege perpetua possideant, eisdem ex rebus nullo umquam tempore a quoquam querelam pati pertimescant: sed ipsi sancto loco ac Deo dilectae congregationi proficiat in augmentum. Reminiscentes insuper in his similibus actis peccaminum nostrorum pondus in alico minuendo deficere, easdem res sub nostro mundeburdo ac tuitionis defensione suscipimus, praecipientes, atque per hos regales apices omnimodis decernentes, ut deinceps easdem res quocumque infra nostra terra nullus iudex publicus aut aliquis ex iudiciaria potestate infra easdem res ad causas audiendas, aut mansionaticos exigendos, aut paratas aut pareueredos requirendos ullo umquam tempore ingredi audeat: sed liceat eis sub nostro mundeburdo, uel immunitatis tuitione quiete uiuere ac residere. Et ut haec nostrae confirmationis praeceptionisque merces a fidelibus sanctae Dei Ecclesiae et nostris firmius credatur, diligentiusque conseruetur, manu propria subter firmauimus, et anuli nostri impressione subter eam iussimus signari.

Signum Pippini gloriosissimi Regis.

Isaac Clericus et Notarius ad uicem Dodonis recognoui et subscripsi.

Data Kal. Nouembres anno XXII Domni Hludouici serenissimi Augusti, et XXVI regni nostri. Actum in Teotuadum palatium nostrum in Dei nomine feliciter. Amen.

XXVIIII.

ad eumdem §. n. 2.

Ex historia eccles. Cisonens. in *d'Acherii* spicileg. ueter. aliquot scriptor. t. II p. 878.

Gisla dat filiis suis quaedam ad dominium suum pertinentia, et iis defunctis illa possidebit Cisonense Monasterium.

Placuit mihi in Dei nomine Gislae de rebus quas serenissimus ac piissimus Rex Karolus meus, si dicere audeam, germanus,

eum exigente Senioris mei dulcis memoriae negligentia in Dominio ſuo redactae eſſent, uiduitati meae compaſſus, et habitus mei mutationem conſolatus, conſeruatas per ſuae ſublimitatis Praeceptum largiflua pietatis ſuae clementia mihi reſtituere atque augmentare dignatus eſt cum ſuo conſultu, primo apud Monaſterium fiſci Ciſonii in honore Domini noſtri et Saluatoris Sanctaeque Mariae eiusdem Genitricis a me ſitum, quo uenerandus Martyr Chriſti Caliſtus requieſcere dignoſcitur, pro remedio animae meae de ipſis rebus partem aliquam tradere diſpoſui, ac demum caeteras res a me in Galliis habitas inter tres infantes meos Rodulfum uidelicet et Berengarium, nec non et te, dulciſſime fili Adelarde, per ſingulas portiones diuidere: atque ut in poſterum ratum ſit, parti cuique quod traditum eſt per ſcripturam relatas legaliter obligare. Dono igitur tibi; fili dulciſſime Adelarde, fiſcum nomine Summinium in pago Hoſtreuant ſitum, quae mihi iam fatus Rex piiſſimus, et ſi dicere audeam, germanus meus Karolus florente pietatis ſuae munificentia dono tribuere dignatus eſt: ſcilicet praeter Capellam cum manſis IX. quae apud ſupra nominatum Monaſterium in uſus Fratrum ibidem Deo militantium tradidi, quidquid ad hunc fiſcum pertinere uidetur, tui iuris eſſe concedo. In ea uero ratione, ut poſt diſceſſum tuum ad iam dictum Monaſterium cum omni integritate ueniat, hoc eſt manſum dominicatum cum terris arabilibus bunaria uidelicet CLXXIX. pratorum bunaria XXXII. ſiluae bunaria DLXI. atque huic ſeruientia XCIII. ſimul etiam terrae bunaria IV. omnem, ut dictum eſt, fiſcum, excepta Capella praedicta cum manſis IX. ad integrum de meo iure in portionem tuam transduco et conſtituo. In ea uero ratione ut quamdiu Domino uolente aduixero, ſub mea poteſtate cenſeatur, poſt animae uero meae a corporis ergaſtulo abſolutionem eumdem fiſcum nomine Summinium, ſalua ratione Capellae et ſupra nominatorum IX manſorum, cum omni integritate habeas, teneas atque poſſideas quamdiu aduixeris, liberam ac legalem in omnibus Domini protegente clementia habeas poteſtatem, ac poſt tuum obitum, ſicut ſuperius mentionem fecimus, ad locum iam dictum cum omni integritate ueniat, et nullus fratrum tuorum uel conſanguineorum ſibi ex hoc uſurpare praeſumat. Si quis autem eorum, aut ego, quod abſit,

abſit, ſiue ullus parentum noſtrorum, ſiue aliqua extranea perſona hanc donationem refutare uoluerit, ab omni Eccleſia alienus appareat donec reſipiſcat, et inſuper cui litem intulit auri libras C. argenti libras CC. legali iudicio perſoluat, et ſi amplius repetierit, nullo obtinere conſenſu ualeat; ſed praeſens donatio firma futuris temporibus cum ſtipulatione uirorum nobilium perdurare ualeat perpetualiter inconuulſa. Actum Victreiaco uilla publica, facta traditio, data XVII. Kal. Maii. Indict. I. in anno XXIX. regnante domino noſtro Karolo Rege glorioſiſſimo.

XXX.

Ibid. p. 879.

Gisla confirmat quae pro ſepultura contulit Ciſonienſi Eccleſiae, additque nonnulla.

Dum inter fluctus - - - - - - - - Quapropter ego in Dei nomine Gisla dum res a ſeniore meo praecelſae indolis Eurardo perditas, et a piiſſimo Regum Karolo meo, ſi fari audeam, olim germano mihi reſtitutas ſub aſſenſu eius, tam ad Monaſterium in fiſco Ciſonio ſitum quam inter uiſcerum meorum dilectiſſimos filios diſtribuiſſe uiſa fuiſſem, ac poſtmodum Oratorium ad frontem matris Eccleſiae in honore ſanctae et indiuiduae Trinitatis in eodem fiſco ad ſepulturam meam et quietem erexiſſem, cariſſimo meo Rodulfo conſulens de portione eius quam ſibi per chartae firmamentum tradideram, altari huius Oratorii in honore S. Martyris Chriſti Apollinaris dedicato dotis honorem facere diſpoſui, quod ita ſimul cum illo me feciſſe manifeſtum eſt. Donamus itaque ego in Dei nomine Gisla et filius meus cariſſimae indolis Rodulfus ad praedicti Oratorii Sanctae et indiuiduae Trinitatis altare in honore ſancti Martyris Chriſti Apollinaris dedicatum, de rebus, quas ſupra diximus, Rodulfo cedendis in dotis titulum, manſum 1. in Canſinio ſitum, et de terra arabili in Grecione conſiſtente bunaria X ea ratione ut a die praeſenti idem locus ad quietem meam uel filiae meae Ingeldrudis praeparatus, haec in uſus luminarium cum illis quae ad obedientiam huius ſepulturae

surae disposita sunt habeat, teneat, possideat, uel quidquid exinde facere uoluerit, liberam ac firmissimam habeat potestatem faciendi. Si quis uero (quod futurum esse non creditur) si nosmetipsi, quod absit, aut ullus ex heredibus seu successoribus nostris, uel aliqua extranea persona hanc nostrae spontaneae donationis cartulam refringendo uiolare conatus fuerit, si ab hac praesumptione manum non subtraxerit, praesentem et aeternam pro hoc diuinae ultionis sentiat uindictam; parti Oratorii, cui litem intulerit, auri libram 1. argenti pondo L. coactus exsoluat, et insuper quod repetit ne uindicet, sed magis praetens traditionis nostrae Chartula futuris temporibus firma et inconuulsa permaneat, tam nostris quam ceterorum uirorum illustrium, quorum nomina uel signacula subter tenentur inserta, manibus roborata. Actum fisco Cisonio apud monasterium in ipso loco situm sub die IV. Non. April. anno incarnati Verbi DCCCLXX. Indict. III. anno XXXI. regnante Domno et serenissimo Karolo, meo (si dicere audeam) germano Rege glorioſissimo. Nos in Dei nomine Gisla et filius meus Rodulfus hanc donationis chartulam scribere iussimus, et manibus propriis subter firmauimus. S. Adelardi.

XXXI.

ad §. LXXXXII sq.

Ex *Murator.* t. III antiquit. Ital. medii aeui p. 577.

Monasterii Appanis traditio facta a Lothario I. Augusto Noualiciensi Coenobio, eiusque Abbati Hildrado, pro Hospitali Montisciniſii, quod idem Augustus e Monachorum Noualiciensium iure distraxit
Anno Chr. 825.

In nomine Domini IEsu Christi Dei eterni. Lotharius Augustus inuictissimi Domini Imperatoris Ludouici Filius. Constat enim nulli mortalium propriis meritis aliquid boni in hac miserae mortalitatis peregrinatione consequi posse; sed cum liquido cunctis

ctis pateat, omnia rerum temporalium a Deo bona gratis nobis esse donata; dignum est, ut ita pie prudenterque tractentur atque disponantur, ut per ea perennem animae nostrae salutem ualeamus Deo propitio nanciſci. Igitur comperiat cunctorum fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, seu nostrorum strenuitas, quia dum ad Domini et genitoris nostri Ludouici serenissimi atque religiosissimi Augusti sacrosanctum uotum in Montecinisio quoddam Hospitale in honore Domini Dei ac Saluatoris nostri IEsu Christi, seu et beatissimae semper uirginis Mariae ad Peregrinorum receptionem, eo iubente, fuerit constructum, uoluit tanta illud rerum propriarum substantia locupletare, per quam sufficeret diurnus pauperum Christi concursus tolerari. Sed cum eumdem locum talium rerum copia, quae essent ipsa propinquitate aptiora, uellet honorare, uolente Domino et genitore nostro Ludouico glorioſissimo Imperatore, sub Monasterio nostrae proprietatis, quod uocatur Notuelicium, de nostro patrimonio Regalia facta in praefatum locum per nostrae auctoritatis Praeceptum confirmauimus. Sed ut hoc sanctum ac uenerabile Monasterium, in honore beatissimi Principis Apostolorum Petri fundatum, nullam missarum rerum pateretur iacturam, sed potiore gratularetur dignae recumpensationis munere, Monasterium quoddam, quod Appanis nuncupatur, id ipsum in eiusdem Principis Apostolorum honore constructum et proprii iurisdictione ad hoc supplendum ibi reddidimus, considerantes, ut sub unius Abbatis regimine utraque Monasteria regulariter Deo militarent. His ita gestis, placuit nostrae Imperiali excellentiae precibus uenerabilis uiri Ildradi horum Monasteriorum Patris fauentes, ut memoratum Monasterium, cuius uocabulum est Appanis, Priori Monasterio suo Nouelicio, cum omnibus rebus atque appendiciis suis, iuste sibi pertinentibus, per nostrae auctoritatis Praeceptum confirmaremus; quod et nos ita feciſſe omnium fidelium nostrorum cognoscat sagacitas. Praecipientes ergo statuimus, atque per hoc nostrum Caesareum Praeceptum confirmamus ad Noualicium Monasterium, Rectoresque eius, qui fuerint per tempora, in recompensatione supra memoratum Hospitale sub iure Monasterii Noualicii et nostra proprietate, concedimus ad praedictam necessitatem Monasterium, quod uocatur Appanis, cum omnibus, quae ad

illud rite pertinere noſcuntur; ut amodo et deinceps in iure ipſius Monaſterii ſaepe nominati, Rectorumque eius, perpetua ſtabilitate in Dei nomine maneat, ipſisque Dei famulis utrobique dietim degentibus proficiat in augmentum, qualiter pro communi ſalute Dei miſericordiam iucundo animo ualeant exorare. Vt autem hoc noſtrae confirmationis Praeceptum ab omnibus credatur, et melius per futura tempora conſeruetur, manu propria, et annuli noſtri ſigillo ſubter illud decreuimus eſſe muniendum.

Signum - - - - - - Lotharii glorioſiſſimi Auguſti.

Locus ſigilli cerei deperditi.

Ghuitardus ad uicem Vitgarii ſcripſi.

Datum XVI Kalendas Martias, Anno, Chriſto propitio, Imperii Domini Ludouici ſereniſſimi Imperatoris Vndecimo, Regni Lotharii glorioſiſſimi Auguſti - - - - - - - - - Indictione Tertia.

Actum Murinco ex Palatio Regio in Dei nomine feliciter Amen.

XXXII.

Ex *d'Acherii* ſpicil. t. III p. 340.

Villa eccleſiae Eduenſi reſtituitur.

In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti Dei aeterni, Lotharius diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Si in reſtitutione rerum eccleſiaſticarum curam adhibemus, prouidentiamque non minimam gerimus, non ſolum in hoc Imperialem exercemus conſuetudinem, ſed etiam id ad emolumentum animae noſtrae pertinere non ambigimus omnimodis. Quapropter omnium ſanctae Dei eccleſiae fidelium noſtrorumque, praeſentium et futurorum nouerit uniuerſitas, quia Ionas Venerabilis Auguſtudunenſis Eccleſiae Epiſcopus per Remigium uenerabilem ſanctae Lugdunenſis Eccleſiae Praeſulem, et uaſallum ſuum Gillulfum nomine ad aures pietatis noſtrae perducere ſtuduit, quod Aldricus quondam Comes ex rebus Eccleſiae ſancti Nazarii, cui idem Ionas Deo auctore praeſidet, in pago Scudingis uillam unam Voltnaus uocabulo, antequam hanc lucem emiſiſſet temere inuaſiſſet,

uaſiſſet, ſuoque uaſallo Rodfrido nomine beneficiario munere delegaſſet. Quam cauſam praedicto uiro uenerabili Remigio et Agilmaro reuerentiſſimis Archiepiſcopis diligenter inquirere et diſcutere iuſſimus, et per ipſos ſicuti ſuperius nobis iudicatum fuerat, eamdem uillam ad praefatam ſancti Nazarii Eccleſiam uere et legitime pertinere didicimus, atque per iudicium nobilium uirorum, Comitum atque Scabiniorum memorato Gislulfo uaſallo iamdicti Ionae Epiſcopi eam reddi praecepimus.

Sed ut in perpetuum memoratus Ionas Epiſcopus ſucceſſoresque eius ad partem praefatae ſancti Nazarii Eccleſiae quiete eamdem uillam obtinere ualeant, hoc noſtrae manſuetudinis Praeceptum fieri decreuimus: per quod ſtatuentes decernimus atque iubemus, ut abhinc in futuro praeſcriptam uillam in iam dicto pago Scudingis ſitam, pars memoratae ſancti Nazarii Eccleſiae quiete teneat ac poſſideat, et prout utilitas eiusdem loci dictauerit, ordinet atque diſponat. Et ut noſtrae confirmationis auctoritas ſtabilem et inconuulſam obtineat firmitatem, de annulo noſtro ſubter iuſſimus ſigillare.

Rodmundus Notar. ad uicem Hilduini recognoui.

Data V. Nonas Iullii, Anno Chriſto propitio Imperii Domni Lotharii pii Imperatoris in Italia XXXIIII. et in Francia XIV. Indictione prima. Actum Theodonis-uilla palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXIII.

Ex *Herrgott.* hiſtor. geneal. Habspurg. Vol. II p. 28.

Lotharius Imp. fundationem monaſterii Grandis uallis approbat, illudque in ſuam protectionem recipit.

In nomine domini IEſu Chriſti Dei aeterni. Hlotharius diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Imperiali ſententia nobis innoteſcit, ut nouerit omnium fidelium ſanctae Dei eccleſiae, ac noſtrorum praeſentium uidelicet et futurorum induſtria, quia Lutfridus illuſter Comes dominusque monaſterii, cu-

ius uocabulum est Grandisuallis, quod est situm in ducatu Helisacensi, constructum est in honore beatae Dei genitricis semperque uirginis Mariae, detulit obtutibus nostris authoritatem Domini et genitoris nostri Hludouici Augusti, in quibus erat insertum, quatenus ipse et antecessores eius priores patres praefatum monasterium cum cellulis sibi subiectis, una scilicet, quae nuncupatur cella et est constructa in honore S. Vrsicini confessoris, et alia, quae uocatur Vertima, est dicata in honore S. Pauli Apostoli, ob diuini cultus amorem et reuerentiam ipsius sancti loci sub plenissima defensione habuisset, sed pro regni firmitate postulauit nobis praedictus Lutfrid comes et dominus memorati monasterii, ut parens eius uoluntati ob amorem Dei et reuerentiam praedictorum Sanctorum nostra confirmauimus auctoritate, cuius petitionibus acquieuimus et ita in omnibus concessimus et in perpetuum secundum nostrum praeceptum confirmauimus. Quapropter praecipientes iubemus, ut nullus alius Rex, aut aliqua persona inde habeat potestatem aliquid faciendi, sed liceat memorato Lutfrido, suisque successoribus, res praedicti monasterii sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere et quidquid exinde fiscus sperare poterit, totum nos pro aeterna remuneratione eidem monasterio concedimus, ut in alimonia pauperum et stipendia seruitorum ibidem Deo famulantium, perpetuo proficiat in augmentis. Et ideo uolumus, ut haec concessionis nostrae auctoritas firmior imposterum habeatur, scripto manu nostra confirmauimus et annuli nostri impressione adsignari praecepimus.

Signum Hlotharii serenissimi Augusti. Bradmondus notarius ad uicem Haduini recognoui. (in tabula aeri incisa Vol. I p. 168 legimus: *Bridmundus notarius ad uicem Hilduini recognoui.*)

Data VIII Kal. Septembris anno Christo propitio imperii domini Hlotharii Pii Imperatoris in Italia XXX et in Francia X indictione XII. Actum Romarici monte in palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXIIII

XXXIIII.

ad §. CXI, 7.

Ex *Schaten.* ann. Paderborn. p. I. p. 128.

Insula Rugiae Corbeiensibus datur.

In nomine Domini Saluatoris nostri Jesu' Christi Lotharius diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus. Si liberalitatis nostrae munere loca Deo dicata prouexerimus, id nobis et ad mortalem uitam temporaliter transigendam, et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Noueric interea sagacitas omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam etiam futurorum, quod Ecclesiae, quae uocatur noua Corbeia, in pago Augen, super fluuium Wisera, et est quodammodo noua a Domino Patre nostro ante annos paucos condita in honorem Dei Saluatoris nostri, sanctique Protomartyris Stephani, ubi et Beatissimus Martyr Vitus requiescit, cui nunc praeest dilectus, et propinquus noster Abbas Warinus, in proprietatem tradidimus Rugacen Insulae Slauos cum tota terra eiusdem Insulae, quomodo inibi positi deuotione astricti sumus, quia Deo Saluatore nostro Jesu Christo, sanctoque Vito id patrocinante in deditionem accepimus, nam ut aliquamdiu aliquotiensque bellum utrimque durum satis committeretur, et anceps victoria et illis et nobis uideretur, post aliquantorum quorum suffragia Sanctorum petebamus, beatum Virum exorandum consulte confisi sumus, quod et fecimus. Insuper et si nobis auxiliari dignaretur, ei uotum in hoc fecimus, quod et victoriam ipsi ascriberemus, et quaecunque nobis illo auxiliante prouenire possent, ipsi dedicaremus. Fiducia igitur continuo potiori accincti in Vigilia ipsius S. Viti bello renascente sumus congressi, et ipsorum Rege nomine Gestimulo cum nonnullis maioribus, et aliis quam plurimis illius gentis perempto, cum omnibus suis, Reliqui, et terra ditioni nostrae cedentes, Castella, munitiones, et caetera sua omnia nobis tradiderunt. Nos itaque prout ratio exigit, liberatis, firmatis, ac possessis omnibus, iam nunc de reliquo succedentium temporum uolumus ac decreuimus,

proprietatis dispositionisque fore huius nouae Corbeiae. Tradimus itaque totam eidem ecclesiae Rugacensem Insulam in ius proprietarium, ita uidelicet, quod si quid in ipsa sit in munitionibus, in uillis, in uicis, in domibus, uel aedificiis, terris cultis et incultis, siluis, pratis, campis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, tam in terris, quam in aquis, et in pensionibus portuum, et nauium inibi supervenientium, siue etiam pertranseuntium, homines utriusque sexus, maiores ac minores, senes ac iuuenes, incolas eiusdem Insulae. Si quae praeter haec lucra de ipsa Insula, uel in ea habitantibus prouenire possunt, uel postmodum poterunt, memorato monasterio subdita esse instituimus, atque per hanc nostram auctoritatem sic donamus et tradimus, ut in iure ipsius Abbatis et successorum eius, nec non et monachorum inibi per tempora seruientium in diuersis necessitatibus ad diuinum cultum propensius exequendum, absque cuiuslibet diminutione nel retractione permaneant, quatenus et deuotiores nobis ac coniugi ac liberis nostris, omnique stirpi nostrae omni tempore quodam debito supplicandi Deo memorentur. Quod autem haec auctoritas nostra inuiolabilem et inconuulsam firmitatem obtineat, manu propria subter eam subscripsimus et annuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum Lotharii (Monogramma) Serenissimi Imperatoris.

Remigius Notarius ad uicem Agilmari recognoui.

Datum XIII Calend. Aprilis, anno Christo propitio Imperii Domni Lotharii Imperatoris in Italia XXII. Indictione VII, Actum Aquisgrani Palatio Regio in Dei nomine, Amen.

XXXV.

ad §. CXII, 1.

Ex *Mabill.* rei dipl. l. VI. n. XCII.

Lotharii Regis Praeceptum, quo Cellam S. Apri restituit Tullensi Ecclesiae.

In nomine omnipotentis Dei et Saluatoris nostri Jesu Christi Hhlotharius diuina praeueniente clementia Rex. Cum consolatio

latio et munimentum omnium fidelium nos fore expediat, nobisque praecipiatur non ſolum diſperſa colligere, ſed etiam diſtracta reſtaurare; neceſſe quippe eſt, ut ea quae a patribus et praedeceſſoribus noſtris piiſſimis ſcilicet et glorioſiſſimis Regibus, aut quorumlibet inlicitis perſuaſionibus, uel inſuſpicabili et improuiſa ordinatione, aut nempe maxima incumbente neceſſitate inordinata et iniuſte ſancita reperimus, atque ex ſacris locis quaedam eſſe ſublata cognoſcimus, omni ſtudio ad aequum deducantur tramitem, et ſecundum iuſtitiae modum tribuantur unicuique ſua. quoniam ſi in talibus regalis excellentia ſe extulerit exerciis (*exercitiis*), cauſamque Dei ſecundum uires ſublimare curauerit, ipſis quoque erit adminiculum poſitus, ſibique potiorem augebit commertium. Comperiat igitur omnium ſanctae Dei Eccleſiae fidelium, noſtrorumque, praeſentium ſcilicet ac futurorum nobilitas, quia Domnus ac genitor noſter piae recordationis Hlotharius, quondam piiſſimus Auguſtus, nuper ob minorationem regni carens ubi uel unde ſuorum fidelium deuotiſſimum famulatum remuneraret; ab eccleſia ſancti Stephani urgente indigentia Cellulam S. Apri glorioſi Confeſſoris, ſitam iuxta Leucorum opidum quae il idem iam olim famulabatur, accipiens fidelibusque ſuis iure beneficiali praebuerit ſed cum praeſentem aeuum otius ſe crederet tranſiturum, motus diuino timore pariter et amore, reſtituit eam eccleſiae beati Stephani, iuſſitque reddi. Nobis itaque in regno ſuccedentibus, non minima, ſed maior accidiſſe cernitur regni diminoratio. Ideoque actenus illam compulſi eodem modo optentam habemus. Siquidem nunc feruore ſuccenſi, recolentesque periculum animae inclyti genitoris noſtri, placuit excellentiae noſtrae omni deſiderio praefatam Cellulam ſancti Apri cum omni integritate per hoc edictum munificentiae noſtrae, et conſultum fidelium noſtrorum reliquorumque Procerum noſtrorum; memoratae eccleſiae cui iure debebatur reſtituere. Quam ob rem auctoritatis noſtrae apices hos imperauimus fieri, per quos ſaepe dictam Cellulam ſub integritate eidem ſacro et uenerabili loco, ſuisque rectoribus ob emolumentum animae ſereniſſimi genitoris noſtri ac genitricis, noſtraquae incolumitate et regni ſtabilitate inuiolabiliter reddimus, ac confirmamus: quatenus ibidem noſtris

ſuc-

ſucceſſorumque noſtrorum temporibus inreuocabilis per hoc ſublimitatis noſtrae praeceptum perſeueret, perpetuaque ſeruitute famuletur: Pontificibus etiam et uniuerſo clero inibi degentibus pro ſoſpitate noſtra regnique ſtabilitate Domini miſericordiam libentius exorare delectet, nobisque debitum honorem atque obſequium Epiſcopus praeſens et ſucceſſor eius deuote impendere ſtudeant. Et ut haec noſtrae reſtitutionis confirmationisue auctoritas inconuulſum optineat deinceps firmitatis uigorem, manu propria ſubter firmauimus, et annuli noſtri impreſſione iuſſimus conſignari.

Signum Hlotharii glorioſi Regis.

Ercamboldus regiae dignitatis Cancellarius recognoui et ſubſcripſi.

Data VIII. Id. Aug. anno Chriſto propitio Domni Hlotharii glorioſi Regis III, Indictione VI. Actum Mettis ciuitate in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXVI.

ad §. eumdem n. 2.

Ex *Baluz.* t. II. capit. p. 1467.

Karoli Burgundiae Regis praeceptum quo confirmat praeſtariam factam ab Agilmaro Archiepiſcopo Viennenſi.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni. Karolus diuina ordinante prouidentia Rex, quondam Hlotharii piiſſimi Auguſti et incliti filius. Decet regalem excellentiam ut ſubiectorum neceſſitates clementi ſubleuet iuuamine. Quamobrem notum ſit omnibus fidelibus ſanctae Dei eccleſiae et noſtris praeſentibus uidelicet ac futuris quia uenerabilis Egilmarus Eccleſiae Viennenſis noſtra ſuppliciter implorante excellentiam quatinus praeſtariam quam ipſe cuidam uaſallo ſuo Leoni nuper fecerat de Siſiaco uilla, nos ob mercedis noſtrae augmentum corroboraremus quod ita et fecimus. Dedit namque praedictus Leo praefatae caſae Dei et uxor eius Leutrada res ſuas ad integrum quas in Cartiniaco uilla habent cum Eccleſiis, quarum una ſancti Mau-

Mauricii, altera ſancti Chriſtofori Martyrum et dicata, ſeu etiam quas adquiſiuerunt; acceperuntque a praedicto Epiſcopo tam Leo quam uxor eius Leutrada praeſtariam de Siſiaco uilla cum eccleſia nomini ſancti Petri dicata, ut dum adiuuerent tam ipſas res cum eccleſiis quas dederunt quam praedictam uillam Siſiacum ad proprium tenerent cum eccleſia. Cuius petitioni aurem inclinantes iuſſimus hoc fieri decretum, per quod ſtatuimus ut liceat eis, Leoni nempe et uxori eius Leutradae, ſupradictas res quas dederunt et quas acceperunt omnibus diebus uitae ſuae quiete poſſidere, tenere, regere absque ullius contradictione ſeu repetitione. Super omnia namque conſtituimus datas res et acceptas cum Domino Leoni et Domina Leutrada in noſtra tuitione atque immunitate permanere. Nec liceat ullius poteſtatis iudici nec poſſeſſores Leonem uidelicet et Leotradam nec poſſeſſionem iudiciario diſtringere more. Et ut hoc noſtrum decretum firmius ac ſtabilius permaneat, manu propria ſubſcribere et anuli noſtri impreſſione decorari cenſuimus. Signum Karoli Regis Bertraus Cancellarius recognoui. Datum XVII. Kal. Februarii anno III. regni Domni noſtri Karoli glorioſiſſimi regis, Indictione VI. Actum in Mantelo uilla in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXVII.

ad §. CXIII, ſq.

Ex *Murator.* t. I antiquit. Ital. p. 925.

Diploma Ludouici II Auguſti per quod Dodoni Nouarienſi Epiſcopo omnia Priuilegia ac iura confirmat, anno 854.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni, Hludouicus gratia Dei Imperator Auguſtus, inuictiſſimi Domni Imperatoris Hlotarii filius. Si erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei in eisdem locis ſibi famulantibus beneficia oportuna largimur, praemio nobis apud Dominum aeternae

remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco omnium fidelium ſanctae Dei eccleſiae, noſtrorumque praeſentium et futurorum nouerit ſollertia, quia adiens ſerenitatem culminis noſtri Dodo Nouarienſis Eccleſiae Epiſcopus, detulit obtntibus noſtris quasdam auctoritates, in quibus continebatur, qualiter piae recordationis Hludouicus auus noſter praeſtantiſſimus Imperator, ac Domnus et genitor noſter Hlotarius Sereniſſimus Auguſtus praefatam ſedem, quae eſt conſtructa in honore ſanctae Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariae, et ſancti Gaudentii, ubi ipſe praecioſus Sanctus corpore requieſcit, cui etiam auctore Deo idem Epiſcopus praeeſſe dignoſcitur, cum rebus et hominibus ad eandem ſedem legaliter pertinentibus uel aſpicientibus, ſub ſua ſuſcepiſſet tuitione et immunitatis defenſione: idcirco iam dictus Epiſcopus noſtram exoratus eſt celſitudinem, ut ſecundum ſupradictorum Imperatorum auctoritates aui et Patris more ſequentes noſtram adderemus confirmationem. Cuius petitioni ob amorem Dei, et reuerentiam Sanctae Mariae Virginis et Sancti Gaudentii precibus annuentes, hanc noſtrae auctoritatis immunitatem defenſionis gratia pro diuini cultus honore et animae noſtrae remedio fieri iuſſimus, per quam praecipimus, atque omnimodis iubemus, ut nullus Iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria poteſtate in Eccleſias aut loca uel agros ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis, uillis et territoriis infra ditionem Imperii noſtri iuſte et legaliter memorata tenet uel poſſidet Eccleſia, ſiue ea, quae deinceps in iure ipſius ſancti loci uoluerit diuina pietas augeri, ad cauſas iudiciario more audiendas, uel fodra exigenda, aut manſiones uel paratas faciendas et fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiae diſtringendo, nec ullas redhibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris et futuris temporibus ingredi audeat, uel ea quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere praeſumat. Sed liceat memorato Praeſuli, ſuisque ſucceſſoribus res praedictae ſedis cum omnibus ſibi ſubiectis rebus et hominibus ad eam aſpicientibus uel pertinentibus, ſub tuitionis atque immunitatis noſtrae defenſione, remota totius iudiciariae poteſtatis inquietudine, quieto ordine poſſidere, - - - - - atque pro incolumitate noſtra, ſiue etiam totius Imperii a Deo nobis collati

collati et eius clementissima miseratione per immensum conseruandi una cum Clero et Populo sibi subiecto, iugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et quidquid de praefatae Ecclesiae rebus ius Fisci exigere poterat, id est Annona, Vinum, Caseum, Pulli, Oua, Castaneae, fructusque messis atque lentibus gignitur pluratica, calcem, uenationes, uel ceterorum alia, in integrum praefatae concedimus Ecclesiae, scilicet ut perpetuo tempore ad peragendum Dei seruitium augeatur et supplementum fiat. Si uero aliquis hanc nostram auctoritatem uiolare praesumpserit, aut in praenominatis rebus aliquid contra hanc nostram institutionem iniuste intulerit, sciat se secundum legem infractae immunitatis modis omnibus distringendum. Et ut haec nostrae, tuitionis atque immunitatis praeceptio firmior habeatur, et per futura tempora melior conseruetur, manu propria subtus eam firmauimus, et annuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum (Monogramma) Hludouici piissimi Augusti.

Data nonis Iunii anno Christo propicio Imperii Domni Hlotharii glorioſissimi Augusti XXXV. et Hludouici filii eius piissimi Imperatoris in Italia V. Indictione II.

Actum in Brixia ciuitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXVIII.

lb. t. V p. 191.

Ludouici II Imperatoris Diploma, quo Canonicis Ecclesiae Regiensis confirmantur omnia iis donata a Sigefredo illorum constitutore. Anno 857.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei aeterni Hludouicus gratia Dei Imperator Augustus. Imperiali satis congruit excellentiae, ut petitionibus seruorum Dei aures libenter accommodet, et eorum affectus deuote tractando, utiliter instituat; quatenus id agendo et eos in diuinis cultibus feruentiores reddat, & pro his apud Dominum deuotis eorum precibus aeternam remunerationem percipiat. Igitur omnium fidelium sanctae

Dei eccleſiae , ac noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum comperiat induſtria , quia Sigefredus uenerabilis Sacrae Sedis Regienſis Epiſcopus noſtrae ſuggeſſit manſuetudini , ut quasdam res eiusdem ſuae eccleſiae , quas ipſe in Canonicorum ibidem Deo militantium uſibus cotidianis , ad utiliorem ordinem transferens , diuina inſpiratione conſtituit , nos pro amore Dei et aeternae remunerationis praemio , noſtra Imperiali auctoritate , id plenius in Dei nomine perpetuo ſtatuentes corroboraremus : quatenus eisdem Dei famulis , noſtris fultis praeſidiis , et deuotius Dei famulatum exſequi et pro nobis adtentius Domini miſericordiam exorare delectet. Nos autem eius petitioni libenter adſentientes , id pleniter conceſſimus , et hos noſtrae Imperialis munificentiae apices exinde fieri iuſſimus. Per quos omnino ſtabilientes decernimus , ut ab hinc in futurum praefatae res , ubi ipſa Canonica praefatus Sigefredus Epiſcopus a fundamentis edificauit, Eccleſia uidelicet ſancti Peregrini , nec non et alia ſancti Michaëlis Archangeli , tertie quoque ſancti Fauſtini , ſiquidem et ſancti Vitalis Baſilica , cum omnibus adiacentiis uel pertinentiis earum ; eccleſia denique ſancti Ambroſii , et Corticella , atque Riuofrigido , cum omnibus adpenditiis uel pertinentiis earum. Preterea in Gauaſſa Maſſarii duo , et de parte Heriberti Comitis unum , et in Faenio maſſaritia una ; quae regitur per Traſeuerto cum nepotibus ſuis , una cum ipſis famulis, et omnes res illas de Dominico Presbytero. Caſe quoque Alberici et Aioaldi de Pineto cum pertinentia ſibi maſſaritia Ermefredi Presbiteri , atque res Geminiani Sacerdotis , quas in Regio , uel in Sableta habere uidetur. Omnes quoque res, quas Romoaldus Presbiter tenet , uinea una de quodam Leouiardo in Prato Pauli , ſeu maſſaritia una in Maxentiatico , ſiue famulis in predicta Canonica deſeruientibus. Et ea omnia cum pleniſſima integritate ; et cuncta quaecumque in futurum a benignis largitoribus inibi deo fauente auctum fuerit , per hanc noſtram Imperialem inſtitutionem et inuiolabilem approbationem in eodem ordine ſine alicuius retractatione firmiter absque eorum conſilio et uoluntate corroboratae permaneant. Et nullus ſucceſſor eiusdem ſedis ullo umquam tempore hanc noſtram inſtitutionem remouere aut irrumpere quoquo modo conetur ; nec commutationem de-

pre-

prefatis rebus faciendi habeat poteſtatem, ſed iuſte et legaliter ſecundum noſtrum preceptum ab ipſis Canonicis ſint poſſeſſa iuxta hanc noſtram inſtitutionem; utque prefati uenerabilis eiusdem ſedis Sigefredi Epiſcopi ordinationem ſtatutum fore dinoſcitur, perpetuis temporibus maneat inconuulſum. Quod ſi quis umquam ullo tempore prefatae Sedis Epiſcopus contra hanc noſtram auctoritatem inſurgere temptauerit, aut aliquam uiolentiam in eadem Canonica, uel in ipſis Canonicis, aut in eorum hominibus liberis, aut ſeruis, uel in omnibus rebus eorum mobilibus, aut immobilibus, uel territoriis, tam Eccleſiaſticis, quam proprietariis, uel ſi aliquis Dux aut Comes, aut aliqua iudiciaria Poteſtas, uel Miniſter Reipublicae facere queſierit: centum Libras auri ſe compoſiturum ſciat, medietatem noſtrae parti, et medietatem in ipſa Canonica. Et ut haec noſtra auctoritas inuiolabiliter permaneat, manu propria firmauimus, et de anulo noſtro ſubter ſigillari iuſſimus.

Signum (Monogr.) Domni Hludovvici ſereniſſimi Auguſti.

Locus Sigilli cerei deperditi.

Teodacrus Notarius ad uicem Druetemiri recognoui.

Data III Idus Ianuarii, Anno Imperii Hludovvici ſereniſſimi Auguſti VII Indictione V.

Actum Mantua Palatio Regio feliciter in Domino.

XXXVIIII.

ad §. CXXI, 5.

Ex *Mabill.* rei dipl. l. VI n. 93.

Placitum in gratiam Ludouici II Imperatoris contra quemdam Ildebertum.

Dum praeſtantiſſimus ac glorioſiſſimus Domnus Imperator Hludouuicus per Romaniam tranſiens, fines adiſſet Spoletinos, pro iuſtitiarum commoditate et malignorum aſtutia deprimenda; et in his multotiens fideles ſuos et cotidie laborare inſiſteret, et ipſe toto ſtudio exinde decertaſſet; peruentum eſt inter fines Haëſinos et Camertulos, ſuoque quamuis cum maximo labore quae ſupradicta ſunt decertaret, inſtituit fideles et optimates ſuos, uidelicet Vuichodum uenerabilem Epiſcopum, Adelbertum Comitem ſtabuli, quos ad diſtringen-

dum in eodem Placito praefecit; Hucpoldum Comitem palatii, Hechideum Pincernam primum, Tracterimum ſacri palatii Archinotarium, Vuinigiſum Armigerum, Begeri nobilem Optimatem, et fratrem ſuum Octonem, Bebonem Conſiliarium, Reginarium Capellanum, uel de reliquis quam pluribus palatii. Ibique in eorum praeſentia ueniens, Hildebertus Comes ad ſingulorum hominum iuſtitias reddendas, uel oppreſſiones quas fecerat emendandas; cui interpellatus eſt iam dictus Hucpoldus in cauſam domni Imperatoris, quod proprium de Domno Imperatore ad Salicam perſonam ad Adelbertum poteſtatiue traditum et inueſtitum, unde legibus domnus Imperator ueſtitus fuerat, et Ildebertus detinebat malo ordine. Cui adhoc reſpondit Ildebertus: Verum eſt quia praedictus Adelbertus iampridem omnes res proprietatis ſuae, quas habere uiſus fuit in finibus Italiae, Tuſſiae, Spoleti et Romaniae, coram teſtibus tradidit et reueſtiuit, uel plenariam traditionem fecit eidem domno Imperatori: ſed ipſe poſtmodum Domnus Imperator per ſuum praeceptum ei per omnia reddidit. Cui ad hoc reſpondit Hucpoldus: Certe uerum eſt quia Domnus Imperator coram fidelibus ſuis ei easdem res penitus reddere uoluit: ſed ipſe tantum poſtulauit, ut diebus uitae ſuae ei habere licuiſſet, et in ſancto Petro aliquid daret pro idero iuxta ſuam uoluntatem. Et quod ille coram optimatibus regni et prioribus patriae profeſſus fuit, ei confirmauit, uidelicet ut iuxta ipſam profeſſionem praedicto Adelberto diebus uitae ſuae licuiſſet habere et tenere. Sed cum Ildebertus taliter audiſſet, multa ſecum indignans ad ultimum interrogatus eſt, non per aliam auctoritatem ſe praedictas res habere poſſe, niſi per ſupradictum Praeceptum. Cui iudicatum eſt ut adduceret ipſum Praeceptum, et quicquid lex eſſet, exinde faceret. Vnde in conſtituta die ueniens, in ſupraſcriptorum praeſentia oſtendit praedictum Praeceptum, in quo continebatur anno eiusdem Domni Imperatoris VIII, Indictione VII, quod coram prioribus regni ſui domnus Imperator praedictas res propter Munam, quae ei dederat faſtilem optimum aureum, reddere uoluit, et penitus ad ſupradictum praeconfirmare: ſed ipſe tantum petiit, et coram Optimatibus regni profeſſus eſt, ut diebus

bus uitae ſuae habendum et tenendum peteret; aut ſi contigiſſet aliquid ſancto Petro de Roma pro remedio animae ſuae contuliſſet, aliter cuncta in poteſtatem et proprietate Domni Imperatoris permanſiſſent. Cum nos autem ſupradicti Auditores taliter in eodem Praeçepto cognouimus eſſe firmatum; uiſum nobis fuit legaliter Domno Imperatori ipſas res legibus pertinere; et in nullam aliam poteſtatem eum potuiſſe transferre. Ideoque iudicauimus, ut easdem res cum omni integritate ad poteſtatem Domni Imperatoris reueſtiſſet, ſicuti in noſtrorum praeſentia per idem Praeceptum fecit. Et hanc notitiam pro futuris temporibus memoriter retinendam, ne in alio modo reuoluantur, pro ſecuritate eiusdem Domni Imperatoris hanc notitiam facere commonuimus. Quod denique ego Simbertus Notarius ex ſupraſcriptorum ammonitione, et ex dictato Tractemiri Archicancellarii ſcripſi anno imperii Domni eiusdem Auguſti Hludouuici X, menſe Martio, Indictione VIII. Dructemirus Archinotarius interfui, et ſubſcripſi. Signum ſupraſcripti manus Hochidei Comitis et primi Pincernae, qui ut ſupra in his interfuit. ✝ Gregorius Dei pietate Dux interfuit. Signum ſupraſcripti manus Begeri nobilis optimatis, qui ut ſupra in his interfuit. Signum ſupraſcripti manus Bebonis Conſiliarii, qui interfuit.

XXXX.

ad §. CXXIII.

Ex *Murator.* c. l. t. I p. 569.

Donatio Felinae et Malliaci facta per Ludouicum II Imp. Supponi Vaſſo et conſiliario ſuo, anno 863.

In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hludovvicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Si piorum petitionibus aures noſtrae pietatis accommodauerimus, id nobis ad eorum fidelitatem augendam prodeſſe cupimus, inſuper ac aeternae remunerationis praemia ſine fine manſura nos percipere credimus. Igitur omnium fidelium ſanctae Dei eccleſiae, noſtrorumque praeſentium ſcilicet ac futuro-

turorum noſſe cupimus ſagacitatis induſtriam, qualiter Andelberga dilectiſſima coniunx et conſors imperii noſtri expetiuit clementiam noſtram, quatinus per noſtrae largitionis praeceptum iure proprio concederemus Supponi ſtrenuo Vaſſo, dilectoque conſiliario noſtro quasdam cortes iuris regni noſtri, ſitas in comitatu Parmenſe, in Gaſtaldatu Biſmantino, quarum una uocatur Fellina, cum capella et omni domo coltile et manſis atque familiis utriusque ſexus, omnibusque rebus ad eam pertinentibus tam mobilibus, quam immobilibus; et alteram quae nominatur Malliaco ſimiliter cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus tam domo coltilibus, quam maſſaritiis, ſeruisque et ancillis, Siluaque et Gaio in Monte Ceruario. Cuius precibus libenter annuentes, iam fato Supponi inclito Vaſſo noſtro praenominatas Cortes Fellinam et Malliacum cum capella et omnibus rebus mobilibus et immobilibus, ſeſeque mouentibus, cunctisque manſis, Siluaque et Gaio in Monte Ceruario, ſeu et familiis utriusque ſexus et uniuerſis pertinentiis et adiacentiis ſuis in integrum, ſicut hactenus ad partem regni noſtri pertinuerunt, per hoc noſtrae Donationis praeceptum ad proprietatem concedimus, ſuisque heredibus ac proheredibus in perpetuum habendas et poſſidendas cum omnibus, que dici aut nominari poſſunt tam in montibus, quam in planitiebus, remota totius Reipublicae uel alicuius poteſtatis inquietudine. Si quis autem hoc noſtrae largitatis praeceptum quandoque uiolare aut irrumpere conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum centum libras auri obrizi, medietatem palatio noſtro et medietatem ſaepe nominato Supponi, eiusque heredibus ac proheredibus. Et ut hoc noſtrae donationis praeceptum futuris temporibus firmiorem in Dei nomine obtineat uigorem, manu propria ſubter confirmauimus et anuli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus.

Signum domni Hludovvici ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Gauginus Notarius iuſſu imperiali recognoui.

Dat. III Nonas Aprilis, anno Chriſto propitio imperii domni Hludovvici piiſſimi Auguſti X. indictione XI. Actum Venuſiae in Dei nomine feliciter. Amen.

(Additum eſt ſigillum, quod depinximus.)

XXXXI.

XXXXI.

Charta priuata uenditionis Lothario et Ludouico regnantibus ſcripta, quam Aſtezatus in diſſertatiuncula de noua epocha Ludouici II Imperat. in appendicis p. 5, eiusque partem aeri inciſam p. 94 exhibet.

In nom̃ dñi ihũ Xpi Imperante domno nr̃o luthario magno Imperatore anni Imperii eius in dī nom̃ uigeſimo quarto et domno ludouico filio eius regem hic in italia anno quarto die ſecundo Kalẽn Septembr Indi ſexta feliciter. Conſta me audiuertus qui albinzo uocat' filius qũd maniuerto de pleue ſcī andrei in caprobiano (*in uico probiano*) uendediſſem et ita uendedit tibi' luttoni - - - om̃s rex (*res*) inter quem habere uiſus ſum in finibus veronenſis In ſupſtã pleuem ſcī andrei In uico probiano primo terrola caſteliua cum caſã ſcandolada ſuper - - - cum omnem edificio ſuo. ubi ego reſedere uiſus ſum cum curte orto areã ſeo pommiferis ũl aliis arborib' ſuper ſe hab' totum in ſimul tenentem et hab' ipſe caſalis per longo de uno latere perticas uiginti et ſex et de alio latere per longo ſimiliter perticas uiginti et ſex et trauerſus de uno capite perticas quattuor pẽds ſex et de alio capite perticas quattuor pedis duo, qui de uno latere a zimondo et hẽds qõd bonifredo habet de alio latere urſone butiriſco habet et de alio capite uia publica per currentem alia uero petiola terrola cum uineã ſuper ſe habet In uico florenciagi locus ubi dicitur uillam gaſubi nominatur ualle. qõd habet per longo de uno latere perticas quattuordecim et de alio latere per longo perticas tredecim et trauerſus de uno capite perticas quattuor peds ſex et de alio capite perticas quattuor ad perticale concima de peds XII ad ex te uiſis brachiis menſurata q. de uno latere paldone habet et de alio latere ſoh et lupone i et i et is qõd anſulfo habet de uno cãp gerialdo et de alio capite uia. ſimilit' uenundauit tibi Iam dicto luttoni ſculd's deforis menſuras tamtes riſaratoris (*tam terris aratoriis*) ſeo uignis uineis pratis paſcuis ſiluis ſalectis ſacionaculibus pa-

ſcuo et aquaria mõtẽ et plano diuiſo et indiuiſo ſortido et inſortido una cũ finib' et terminibus ſuis ut S. dixi. ſuper todo oms res ſsſtãs ũl inſtãm ſubſtantiã ubicunq. inuenitur aut conitum fuerit aut Inueniri potueris in ſupraſcriptum ſcĩ andrei uico probiano. ante poſſim ipſas rex meas quem undere ſeruo in ſupſtõ uico florenciagi. nam aliut omã et In omnib' qualiter ſuperius sIri potuẽr' ad prẽs die tibi In Integrum uendo et actrado una cum ingreſſis ſuis et per ſubſtã meã uẽnd accepi ego ueñdnte. ad te comperatorẽ in argentum ũl mes. et ualorem ſõl nõm treginta pro omni ſõl deñ XII finitum precium et - - de Iam dictis reb' In probiano In pleuem ſcĩ Andrei ſeo de predictis uineis in florenciagi nullam reſeruo nã alias rex meas in florenciagi ſuper todo õnia mihi reſeruo. Quidem et ſpondeo me ego q. ſupſtũs uenditio - - uel meos heredes tibi comperatori ſuo eo tempore ego ũl mẽs hẽds et tuosque in hẽds de ſuptã ueñd moleſtare preſumſerim' et ab unum quemque hominẽ defendere non potuerim' tunc tantum et in quan ſuptã uẽnd cum oñia ſup ſe hãb eo tempore ſub extimacione meliorata ualuerit duplari promittimus. Hafto in uico gaſilingi facta pãgn felic.

Sigñ ff mãn audiberto q halbinio uocat' q hac cartola ueñd fieri rogaui. Sĩg: ff ñ leoni de ciu' veronã da porta ſctĩ firmi teſtis. Sĩg: ff ñ giſelberto de guſſilingi teſtis. Sĩg. ff ñ ſuaui de ipſo uico teſtis. Sĩg. ff ñ in rodulfo filio qũd paſquali teſtis. Sĩg. ff ñ dagiberto de anglare teſtis. Sĩg ñ teudiberto degano teſtis.

Ego audibais nõt rogatus audiberto q. albinio uocatur meptẽ ſsĩ.

Ego garibertus nõt rogatus ad audiberto q. albinio uocat' hac cartola uend' ſcripſi. et poſtradita compleui.

XXXXII.

XXXXII.

ad §. CXXXI.

Ex *Lunigii* cod. Ital. diplomat. t. I p. 1515.

Lotharii et Ludouici Imperatorum diploma, quo Comaclum cum toto eius territorio, Azoni Eſtenſi, equiti, dono dederunt.

In nomine domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Hlotarius et Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperatores Auguſti. Dilecto equiti noſtro Othoni Eſtenſi, ob beneficia et merita Henrici patris ac ipſius in nos, regnique noſtri fidelem dilectionem, dedimus damusque Comaclum cum toto territorio et aquis, paludibus, ſiluis et piſcariis. Ab uno capite ad inſulam Laureti ſeu Canarioli. Ab alio uero ad inſuſulam Lacus et inde ad territorium usque ad aquas Rauennae. Inde ad Auſtrum per Padum ad fluuium de Fine, in Occidentem uerſus ad territorum usque epiſcopi Ferrarienſis. Si quis autem hanc noſtram conceſſionis authoritatem irritam facere tentauerit, emunitatis mulctam, id eſt argenti lib. XXX praedicto equiti perſoluere cogatur. Et ut hoc conceſſionis praeceptum diuturnis temporibus in ſuo robore permaneat, atque ab omnibus uerius credatur, et diligentius obſeruetur, manus noſtrae ſubſcriptione ſubter annotauimus.

Ego Hlotarius miſericordia Dei Imperator ſubſcripſi.

Ego Hludouicus Imperator ſubſcripſi.

Datum menſe Maio die uigeſimo anno Imperii regnorum quarto, indictione undecima. Actum in palatio regio. Aquisgrani.

XXXXIII.

ad §. CXXXII. sq.

Ex *Mabill.* rei dipl. l. VI n. 84.

Caroli Calui Praeceptum, quo praedia quaedam in pago Pinciacensi sita Hincmaro Presbytero conceduntur.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis Karolus gratia Dei Rex. Si seruorum Dei utilitatibus regia magnificentia prouidemus, a Deo conseruandi ac sublimandi principatus nostri consuetudinem exercemus, maxime illis ex administrationis nostrae potestate consulentes, qui sua pro diuino amore contemnentes, caelestis gratiae contemplationi inseruire sategerunt: quoniam propensius ea quae illis committimus, in diuinis officiis expendi confidimus, qui sua utilius iuxta uocem dominicam sunt largiti. Idcirco nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria, quia uenerabili uiro Hincmaro Presbytero largitatis nostrae munificentia quasdam res proprietatis nostrae sitas in pago Pinciacinse in proprium concedimus, quae coniacent in locis, quorum sunt uocabula, ad illum Mansum, uel Frotmiri-uilla, seu Toloniacus, ac Fraxinido, uel ubi et ubi, ex eisdem aliquid coniacet, quasque Hildegaudus una cum uxore sua diuae memoriae Domno ac auo nostro Karolo Imperatore tradiderat, et nos hereditaria successione hactenus retinuimus, nostraque dignatione in ius et potestatem iam dicti religiosi uiri Hincmari per nostrae auctoritatis praeceptum cum omnibus ad se pertinentibus, tam mansis, terris, uineis, siluis, pratis, pascuis, mancipiis utriusque sexus et aetatis, uel quicquid dici aut nominari potest, de nostra dominatione in suam solemni donatione transfundimus, ita uidelicet, ut quidquid exinde ab hodierno die et tempore facere, ordinare, atque disponere uoluerit, iure proprietario in omnibus potiatur arbitrio faciendi. Et ut haec auctoritas nostrae largitionis per curricula annorum inuiolabilem atque

atque inconuulſam obtineat firmitatem, manu propria noſtra et anuli impreſſione eam adſignari iuſſimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Ionas Diaconus ad uicem Hludouuici recognoui et ſubſcripſi.

Data ſecundo Id. Auguſti, anno V regnante Karolo glorioſo Rege Indict. VI. Actum in pago aruenico, in uilla mariſcarias in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXXIIII.

Ex *Marten* t. I ueter. ſcriptor. et monument. p. 195.

Carolus Caluus monaſterio Elnonenſi praedia concedit et confirmat ad anniuerſarium Ludouici abbatis propinqui ſui.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis Karolus gratia Dei rex. Quicquid pro Dei amore ſanctorumque reuerentia agimus, profuturum nobis ad praeſentis uitae curricula felicius tranſigenda et ad futurae beatitudinis praemia facilius obtinenda non dubitamus. Comperiat igitur omnium fidelium ſanctae Dei eccleſiae noſtrorumque praeſentium ac futurorum ſollertia, quia chariſſims nobis Gozlinus uenerabilis abba et miniſterialis noſter, ad noſtram accedens clementiam, poſtulauit ut quasdam res ſuae abbatiae, ſancti ſcilicet Amandi egregii confeſſoris; quas ſuus clericus nomine Vulfarius atque diaconus praefati monaſterii praelatus eius largitione iure beneficiario poſſidebat in comitatu Pabula, in uilla quae dicitur Ratbodirado manſum indominicatum cum ſibi pertinentibus manſis ſeruilibus XVI cum terris, ſiluis, mancipiis, ſuisque omnibus appendicibus. Et in pago *Hainau*, in uilla quae uocatur Caluiniaca, manſum dominicatum cum aliis manſis XIII et in eodem pago in Caſtello manſum quem tenet Herlandus clericus, et in pago Atrebatenſi, in uilla Berbiarias farinarium unum cum terris, ſilnis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, mancipiis utriusque ſexus deſuper commanentibus, uel ad easdem res iuſte et legaliter pertinentibus, cunctisque ſuis appendicibus, monachis in praeſcripto monaſterio Deo militantibus perpetim habendas, et eccleſiaſtico iure

possidendas largimur, et largiendo nostrae auctoritatis praecepto confirmaremus. Cuius salutiferis animaeque nostrae proficuis postulationibus, ob Dei sanctique Amandi egregii confessoris amorem et honorem assensum praebentes, hoc altitudinis nostrae praeceptum fieri, illisque dari iussimus; per quod praefatas res cum domibus, aedificiis, curtiferis, uiridariis, hortis, terris, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, farinariis, mancipiis utriusque sexus desuper commanentibus, uel ad easdem res iuste et legaliter pertinentibus, cunctisque ipsius appendicibus, eisdem monachis perpetim pleniterque habendas largimur, largientesque confirmamus, eo pacto, ut annuatim Vidus Ianuarias anniuersarium carissimi nobis propinqui nostri Ludovvici reuerendi abbatis unanimiter deuote celebrent et de eisdem rebus praecipuam cibi potusque refectionem accipiant. Praefatus autem Wisarius diaconus ipsas res iure beneficiario possideat, quamdiu uixerit: post decessum uero illius ad opus fratrum in seruitium reuertantur. Vt autem haec nostrae largitionis seu confirmationis auctoritas inuiolabilem omni tempore obtineat firmitatem, manupropria subter eam firmauimus, anulique nostri impressione assignari iussimus.

Signum Karoli gloriosissimi regis.

Gammo notarius ad uicem Gozleni recognoui.

Data I Idus Aprilis indictione IIII anno XXXII regnante Karolo gloriosissimo rege et in successione Hlutarii regis anno III.

Actum monasterio S. Dionysii in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXXV.

Ex *Miraei* oper. t. I p. 502.

Karolus Caluus Imperator eiusque Coniux Richildis uarias Possessiones concedunt Ecclesiae S. Gertrudis Niuellis, Anno 877.

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis, Carolus eiusdem Dei omnipotentis misericordia, Imperator Augustus. Si sacris locis et Diuinis cultibus mancipatis emolumentum Imperialis Celsitudinis exhibemus, seruorumque Dei necessitatibus opem ferendo consulimus, profuturum nobis hoc ad aeternae beatitudinis praemium facilius obtinendum, et ad praesentem uitam felicius transigendam fore, nullatenus dubitamus.

Quapropter nouerit omnium Sanctae Dei ecclesiae fidelium, nostrorumque praesentium et futurorum industria, quoniam nos

nos ob amorem Dei ac deprecationem Richildis Imperatricis Auguſtae, dulciſſimae Coniugis noſtrae, concedimus ad uſus Fratrum ſeu ſororum, Sanctimonialium uidelicet et Canonicorum Niuellae Coenobii, quod conditum eſt in honore S. Mariae, in quo etiam S. Gertrudis corpore quieſcit, res quadam eiusdem Coenobii, id eſt, infra ipſum Monaſterium manſos duos molendinum unum, cambas duas, Villam Gaugiaco in Comitatu Brachbantinſe, Liniacum in eodem Comitatu, et Wambacem, Tobacem, Iturnam, Rosbacem, Hanuariam, Bolarium, Villam Sprendelingam cum uineis in comitatu Wormacenſi, Villulam Biſinacum cum uineis in comitatu Laudunenſi, Villulam Foreſt in Taxandro, in Friſia terram et mancipia ad ſalem, piſcariam in Meremuda.

Extra has Villas ſuperaddidimus Liniacum in Brabantinſe, Villam Broele trans Rhenum cum uineis. Concedimus praeterea ad Eccleſiae luminaria procuranda, et ad reliquas neceſſitates ſupplendas manſos tres infra Monaſterium; ad Hoſpitale uero eiusdem Monaſterii domus Villulam Monaſteriolum cum integritate ſua, et omnem decimam totius Abbatiae, tam de indominicata, quam de Sororum ſeu Fratrum cauſſa, & de beneficiatis (exceptis his Villis, quae ad matriculam decimas dant) et unam uineam in Comitatu Sueſſionico in Berſiaco.

Haec autem omnia prædicti Monaſterii Sororum ſeu Fratrum uſibus concedimus, et concedendo perpetualiter delegamus, ob dulciſſimae Coniugis noſtrae Richildis Imperatricis Auguſtae gratiſſimam deprecationem; eo uidelicet modo ut praedictae res a nobis ſupra taxatae uſibus Sororum ſeu Fratrum deſeruiant, et a nullo deinceps ſeniore aliter quam a nobis deputatae ſunt, per futura tempora ualeant immutari.

Vt autem huius noſtrae auctoritatis praeceptum plenioremin Dei nomine firmitatis obtineat uigorem, manu illud firmauimus, et annuli noſtri impreſſione ſubter iuſſimus aſſignari.

Signum Caroli glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti.

Domina Richildis Imperatrix ambaſciauit.

Andeſer Notarius, ad uicem Ganzlini, recognouit.

Data VII. Idus Iulii, Indictione X. anno XXXVIII. Regni Caroli glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti in Francia, & Imperii ſecundo, et in ſucceſſione Lotharii Regis anno VIII.

Actum Pontione feliciter in Dei nomine, Amen.

XXXXVI.

XXXXVI.

ad §. ult.

Ex *Mabillon* rei dipl. l. VI c. CVIII

Ludouici Balbi Praeceptum in gratiam Widradi monachi pro conditu Cellae S. Flauiani.

In nomine Domini Dei aeterni et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Hludouuicus miſericordia Dei Rex. Si locis diuino cultui mancipatis beneficia largimus oportuna, id nobis procul dubio ad praeſentem uitam facilius tranſigendam, et ad aeternam felicius capeſſendam prodeſſe confidimus. Quocirca nouerit omnium fidelium ſanctae Dei eccleſiae noſtrorumque tam praeſentium, quam et futurorum ſollertia, quia ſuggeſtione fidelis noſtri, Hugonis ſcilicet glorioſi Abbatis, quasdam res ob amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſeu pro remedio animae Domni et genitoris noſtri piae memoriae Karoli Imperatoris, ac genitricis noſtrae glorioſae Reginae Irmindrudis uel noſtro; cuidam fideli noſtro, Vuidrado ſcilicet monacho, ad conſtruendum locum ſancti Flauiani - - - - - - quem ipſe ex propriis rebus aedificare coepit, contulimus, et per praeceptum in proprium firmauimus. quae res ſitae ſunt in pago Bononienſi, id eſt inter uillam quae dicitur Moram et Vlmetiam manſos VIII. et capellam unam quae eſt in honore ſancti Petri dicata, cum mancipiis utriusque ſexus ad eosdem manſos pertinentibus uel aſpicientibus. Vnde altitudinis noſtrae Praeceptum hoc fieri, ipſique dari iuſſimus, per quod praecipimus, ut teneat easdem res cum terris cultis et incultis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, exitibus et regreſſibus, et omnibus legitimis exterminationibus, nec non et mancipiis utriusque ſexus deſuper commanentibus, uel ibidem aſpicientibus ut (ſicut dictum eſt) totum et ad integrum praefato fideli noſtro Vuidrado monacho ad praefatum locum ſancti Flauiani conſtruendum in perpetuum concedimus, et de noſtro iure in ius ac dominationem illius ſolempni deliberatione transferimus, eo uidelicet modo et tenore, ut quicquid ad utilitatem praedicti loci ſancti Flauiani de ipſis rebus ipſe uel ſucceſſores ipſius facere decreuerint, libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi, nemine inquietante aut aliquod cenſum de eis exigente. Vt autem haec noſtrae munificentiae auctoritas firmam et inua-

riabi-

riabilem ſemper in Dei nomine obtineat firmitatis uigorem, manu propria ſubter eam firmauimus, et annuli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus.

Signum Hludouuici glorioſiſſimi Regis.

Vulfardus notarius ad uicem Gozleni recognouit.

Datum II Kal. Iunii Indictione XI anno I regni Domni Hludouuici glorioſiſſimi Regis. Actum Turonis ciuitate in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXXVII.

Calmet preuues de l'hiſtoire de Lorraine t. I p. 333.

Richildis regina Abbatiae Gorzienſi uaria donat.

Si quis de rebus propriis, locis diuinis cultibus mancipatis aliquid augmentando contulerit, hoc ſibi ad ſalutem animae profuturum confidit. Idcirco ego in Dei nomine Richildis quondam Regina, cogitans pro Dei intuitu et animae meae ſalute, ut ueniam facinorum meorum in futuro aſſequi merear, dono ad partem eccleſiae S. Petri ſeu ſancti Gorgonii Gorzienſis monaſterii, cui domnus Robertus ſanctae Metenſis eccleſiae archiepiſcopus praeeſſe uidetur, quasdam proprietatis meae res, donatumque in perpetuum eſſe uolo, et promptiſſima uoluntate confirmo; hoc eſt in pago Gerbercurſe in Longeuilla manſum indominicatum cum aedificiis ſuperpoſitis, et de terris arabilibus indominicatis, ubi poſſunt ſeminari de annona modii X. inter utrasque ſationes, de pratis uero ad carrandum XX. de uineis ad colligendum de uino modios C. de ſylua ad ſaginandum porcos DCC. et alios manſos et ſortes XII. et mancipia XL. quorum haec ſunt nomina; Zeutbaldus, et uxor eius Giroſina, et filius eorum unus; Continus et uxor eius Perſendis, cum duobus infantibus eorum. Erlinus et uxor eius Galia, et infantes eorum III. Girbertus, Angilbertus, Bernomus; Biliardus, et infantes eius duo; Odelrinus et uxor eius Benardia; Gozenblitgildis, Madelgardis, Piada, et filius eius Adelboldus, et uxor eius Mannia, et filii eorum duo; Ebbo et uxor eius Rabergia, et infantes eorum quatuor, Adelgiſus, Rataidis, et infantes eius duo, Adebergia, ut quicquid in praedicta Longe-uilla, uel quod ad eam aſpicit uiſum fuit habetur in manſis, mancipiis, aedificiis, uineis, campis, pratis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, totum per omnia ad integrum patribus (Partibus) memorati monaſterii dono, trado atque transfundo in Dei nomine, et perpetualiter ad poſſidendum: ita tamen, ut in recompenſatione earumdem rerum, et alia-

rum quae ſunt in comitatu Virdunenſi, in manſiola uocata Viller, quae ſimiliter, et aliam chartam ad ipſum locum dedi, tam ipſas res quas ego dedi, quam et de ratione ſancti Petri ſeu ſancti Gorgonii monaſterii, in honore eiusdem ſancti Gorgonii dicatum in pago Caluomontenſi, in Wa angeſi uilla ſitum, ſolum cum ſuis appendiciis, et manſos et ſortes ibidem adſpicientes LXII. cum mancipiis illic cōmanentibus; et in alio loco in pago Scarponenſe ſuper flumen Mozellam, in Waſalico nuncupata uilla manſos, et ſortes V. et quicquid ad eos adſpicit; ut quicquid ad omnes ſupradictos manſos adſpicere dignoſcitur, cum manſis eccleſiaſticis, aliisque aedificiis, mancipiis utriusque ſexus, uineis, campis, pratis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, totum ad integrum de parte praedictae eccleſiae per rekirium memorati praeſulis domni Roberti, ſeu ſucceſſorum eius, quandiu uixero, iure precario quieto ordine ualeant habere et excolere iureque legitimo uti, et proinde annis ſingulis in feſtiuitate ſancti Gorgonii, quae eſt V. idus Septembris, ad partem ipſius monaſterii ad altare ſancti Petri, de argento in cenſum ſolidos VI. perſoluere debeam; poſt meum autem diſceſſum, quando quidem Deus uoluerit, omnes ſupradictae res ad partem praefati monaſterii absque ullius contradictione uel iudicis aſſignatione omnimodis reuertantur, et ſit in futuro pars ipſius eccleſiae, illas habeat, teneat, atque poſſideat, uel quicquid exinde rectores ipſius ſancti loci facere decreuerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio, ſtipulatione ſubnixa. Actum Metis publice anno ab incarnatione Domini DCCCCX. indict. XIII. epact. VII. concurr. VII. anno XI. (numeri non concordant) Lodouici Regis, *Signum* domnae Richildis Reginae, cuius iuſſione haec cartha facta eſt. *Signum* Hetmanni aduocati eius, qui hanc cartham a terra leuaui, et ſcribi ac firmari rogaui. S. Hanoni. S. Blidulphi. S. Rodulphi. S. Bozonis. S. Huodonis. S. Frumenti. S. Gelonis. S. Angelberti. S. Hiſonardi. S. Hildebrandi cabini. S. Hülranni Scabini. S. Grobaldi Scabini. S. Ioannis Scabini † Louderi. S. Boetbrandi S. Reprobaddoni. Ego Harduinus cancellarius ſcripſi.

)o(

Index

Index auctorum.

HAud miraberis, LECTOR BENEVOLE, me libros, ex quibus profeci, paullo plenius enarrare. Iam in limine tibi operis mei rationem ingenue reddidi. Eccur non memoremus nomina uirorum clariſſimorum, qui tabulas typorum beneficio immortalitati commendarunt? Interiere tabularia multa, neque ea, quae hodie ſancte ſeruantur, ſua poſſunt fata praeuidere. Egregie igitur rebus ſuis conſuluere optimates, qui ſplendoris ſui documenta luce donarunt perpetua. Nec eorum diligentia tacenda eſt, qui uel in arte diplomatica formanda elaborarunt, uel diplomatum uſum ad alias diſciplinas, ad legum praeſertim ſcientiam traduxerunt. Nemo poſtulabit, ut hic omnes appellentur. Nonnullos inſtituti ratio nondum admittebat; alios ignorauimus forſan. Loci quidam ad fidem inſtrumentorum ſpectantes a pluribus tractati ſunt; at paucos exempli cauſſa produxiſſe ſufficiebat, quamquam reliquorum laudibus nihil detrahamus. Ceterum huiusmodi index auctorum nonnihil ad *bibliothecam diplomaticam*, ad *hiſtoriam diplomatum*, ad *hiſtoriam artis diplomaticae*, ad *hiſtoriam archiuorum* concinnandam, quae adhuc deſideramus, ualebit. En! librorum apparatum:

Acta Sanctorum a Io. Bollando, Godefrido Henſchenio, Dan. Papebrochio, Franciſco Baertio, et aliis S. I. collecta. Antvverp. 1643. ſq. f.

M. Adami Bremenſis hiſtoria eccleſiaſtica inter Lindenbrogii Scriptores rer. Germ. ſeptentr.

Ademari Chabannenſis monachi S. Eparchii Engoliſmenſis chronicon, in Labbei nouae biblioth. MSC. t. II.

Aenopetrani Weſtphali (h. e. Koecheri Rect. Scholae Oſnabrug.) Zufällige Gedancken von Academien bey Aufrichtung einer neuen Academie zu Göttingen in einem Sendſchreiben an den hochberühmten Ieniſchen Profeſſor und polyhiſtor Herrn Gottlieb Stollen eröffnet. Iena 1734. 4.

Agobardi archiepiſcopi Lugdunenſis opera, cura Stephani Baluzii Pariſ. 1666. 8.

Ioſeph. Saenz de Aguirre collectio maxima conciliorum omnium Hiſpaniae. Romae 1693 - 1695. t. IV. f.

Aimoini monachi hiſtoria Francorum libri IV. Edidit *du Cheſne* t. III. Scriptor. et *Freber.* in corp. hiſt. Franc. P. II p. 247.

Alberti, abbatis Stadenſis chronicon a condito orbe usque ad a. 1256, in Io. Henr. Boecleri uolum rer. Germ. nouo.

Flacci Albini Alcuini opera ex recenſione Andreae du Cheſne. Pariſ. 1617. f.

Nicol. Alemannus de parietinis Lateranenſibus in theſ. Graeu. Ital. T. VIII. P. IV.

Natalis Alexandri hiſtoria eccleſiaſtica ueteris nouique teſtamenti Paris. 1714. fol.

Leonis Allatii animaduerſiones in antiquitatum Etruſcarum fragmenta ab Inghiramio edita 1640. Pariſ. 4.

Anton. Dadin. Alteſerra de ducibus et comitibus Galliae ex recenſ. Io. Georg. Eſtor. Giel. 1731. 8.

Diſſertation contre M. de Launoy: S'il y a eu une ecole reglée dans le palais des empereurs, Chatlemagne, Louis le debonnaire et Lothaire; dans les *Amenitez* de la Critique p. 235. Paris. 1717. 12.

Viti Amerpachii liber conſtitutionum Caroli M. Ingolſt. 1545. 8.

Anamodi Subdiac. Ratispon. tradition. Sancti Emeram. in Pez. theſ. anecd. t. I P. III.

Anaſtaſii Bibliothecarii de uitis Romanor. Pontificum t. II opera Franciſci Blanchini. Romae 1718. f.

Andreae presbyteri chronicon in *Menck.* t. I ſcript. Germ. p. 90.

Anna-

Annales siue gesta *Francorum* ab a. 714 - 883. inter scriptores XII Pithoei primus, itemque apud du Chesne, Murator. Lambec. Labbeum, Reuber.

Io. Andreae de Astesatis epistola, in qua annus decimus septimus supra octingentesimum Bernardi Italiae regis emortualis ostenditur et aliae Lotharii Imperatoris ac Ludouici iunioris eius filii a uulgatis nouiter obseruatae epochae exhibentur. Mediolani 1733. 4.

Eiusdem dissertatiuncula de noua epocha Ludouici II Imp. adiecta Euangelistae Manelmi Vicentini commentariolo de obsidione Brixiae a. 1438. Brix. 1728. 4.

Bertrand d' Argentré l' histoire de Bretagne. Paris 1618. f.

Arnonis Salisburgensis archiepiscopi annotatio siue index eorum quae ecclesiae Salisburg. tradita sunt, in Canis. lect. antiq. t. III p. II p. 449.

Ioann. Thurnmaieri uulgo *Auentini* annales Boiorum, edente Gundling. Lips. 1710. f.

Georg. Henr. Ayreri diss. epist. de adiunctis superintendentium, chorepiscoporum ueteris ecclesiae propagine. Gottingae. 1739. 4.

Chronicon Cameracense et Atrebatense siue historia utriusque ecclesiae abhinc sexcentis fere annis conscripta a *Balderico*, Nouiomensi et Tornacensi episcopo, nunc primum edita et notis illustrata per Georgium Colueneriun. Duaci. 8. 1655.

Stephani Baluzii Capitularia regum Francorum T. II. Paris. 1677. fol.

Eiusdem histoire genealogique de la maison d' Auuergne. II Vol. Paris 1708. f. Opus supprimebatur.

Eiusdem miscellaneorum L. VII. Paris. 1678 - 1715. 8.

Daniel. Eberhardi Baringii clauis diplomatica. Hannouer. 1737. 4.

Caesaris Baronii annales ecclesiastici. T. XII. Colon. Agrip. 1670. sq. f. in primis T. IX et X.

Gottfrid. Leonard. Baudis ad analysin Monogrammatum Imperatorum et regum Germ. praeparatio. Lips. 1737. 4.

Eiusd. Monogrammatum Imperatorum et reg. Germanorum a Carolo M. usque ad excessum Conradi III Analysis et usus in probationibus. ib. eod. anno.

Io. Behm de encausto imperatoribus olim sacro. Reg. 1715.

Casp. Ach. Beck de ducatu Franconiae Ien. 1709.

Io. Iodoc. Beck diss. de uidimus siue copiis uidimatis. Altorf. 1724.

Eiusd. diss. de resignatione, auulsione et turbatione sigillorum ib. 1723.

Petri Beck Aquisgranum siue historica narratio de ciuitatis Aquisgran. origine et progressu. Aquisgrani 1628. 4.

Ioannes de Beka et *Wilhelmus Heda* de episcopis Vltraiectinis. recogniti et notis historicis, illustrati ab Arn. Buchelio Barauo I. C. Vltraiecti 1643. f.

François de Belleforest hiſtoire des neuf Charles Rois de France Paris 1568. f.

Eggerics Beninga hiſtoire von Ooſtfriesland in T. IV Analect. Ant. Matthaei.

Io. Guil. de Berger de eruditione Saxonis Carolini reſp. M. Io. Frid. Hiller. Vitemberg. 1741. 4.

Eduardi Bernardi literatura charta magna patente uulgata. Oxon. 1689.

Iean Besly hiſtoire des Comtes de Poictou et ducs de Guyenne, à Paris. 1647. f. opus poſthumum.

Chriſtoph. Beſoldi opus politicum. Argentor. 1641. 4. in primis diſſ. de iure foederum.

Godefridi de Beſſel, Abbatis, Chronicon Gottvvicenſe. Tom. prodromus de codicibus antiquis manuſcriptis, de Imperatorum ac Regum Germaniae diplomatibus, de eorumdem palatiis, uillis et curtibus regiis atque de Germaniae medii aeui pagis. typis monaſterii Tegernheenſis O. S. Bened. 1732. f.

Abgeſonderte Bibliothec oder Zulaengliche Nachrichten und unpartheyiſche Gutachten von einigen mehrentheils neuen Buchern, VI Stuck.

Maxima Bibliotheca ueterum patrum. t. XXVII. Lugdun. 1677. fol.

Ioannis Bilſteinii Athenaeum encyclopaediae a Carolo M inſtitutum, et a Reuerendo principe Franciſco Guilielmo, epiſcopo Oſnabrugenſi inſtauratum. Coloniae 1632. f.

Ioſephi Bingbami originum ſiue antiquitates eccleſiaſticae. Hal. 1724. 4.

du Blanc traité hiſtorique de Monnoyes de France avec leurs figures, depuis le commencement de la monarchie jusqu' à preſent. à Amſterdam. 1692. 4. additur: diſſertation hiſtorique ſur quelques monnoyes de Charle Magne, de Louis le debonnaire, de Lothaire et de leurs ſucceſſeurs frapées dans Rome, par les quelles on refute l'opinion de ceux qui pretendent, que ces princes n'ont jamais eu aucune autorité dans ceite uille, que du conſentement des papes.

Dauid. Blondelli Genealogiae Francicae plenior aſſertio. Amſtelaedami. 1654. f.

Io. Henr. Boecrif. diſſ. de eruditione Caroli M. eiusque meritis in rem literariam. Suinfurti 1716. 4.

Io. Henr. Boecleri diſſ. de reb. Saec. a Chr. nato IX et X T. III diſſert. Academ. Argentor. 1712. 4.

Iuſt. Henning. Boehmer, diſſ. de epiſcopo Vice-Cancellario imperii reſp. Frider. de Schvvarzenfels. Hal. 1731. 4.

Eiusdem diſſ. de iure et auctoritate ſigilli authentici reſp. Iac. Giſebert. Nagelio. Hal. 1742. 4.

Eiusdem diſſ. de ſcripturis non legibilibus reſp. Io. Melch. von dem Buſch. Halae 1700.

Eiusdem diſſ de Sanctionum pragmaticarum indole et auctoritate reſp. Eberh. Frid. Wilh. L. B. de Ellrichshauſen. Hal. 1737.

Gerardi du Bois hiſtoria eccleſiae Pariſienſis. Pariſ. II Vol. fol. 1690. 1710.

Ioan-

Ioannis a Boſco Floriacenſis uetus bibliotheca Benedictina, ſancta, apoſtolica, pontificia, caeſarea, regia, Franco-Gallica. Pariſ. 1605. 8.

Conradi Botbonis Chronicon Brunſuicenſ. picturatum in Leibnit. ſcript. Brunſuic. T. III p. 277.

Honoré Bouche la chorographie ou deſcription de Provence et l' hiſtoire chronologique du meme Pais. Aix II Vol. 1664. fol.

Iean du Bouchet la veritable origine de la ſeconde et troiſieme lignée de la maiſon de France. Paris. 1661. f.

Iacques Bouillart hiſtoire de l'abbaye royale de St. Germain des Prez. Paris 1724. f.

Enno. Rudolph. Brenneiſen Oſt-Friſiſche Hiſtorie und Landes-Verfaſſung. Aurich. t. II f. 1720.

Chriſtoph. Broweri antiquitates Fuldenſes. Antvverp. 1612. 4.

Eiusdem et Iacobi Maſenii antiquitatum et annal. Treuirenſ. t. II. Leod. 1671. f.

Frider. Brummert exercitatio de Scabinis antiquis aeui medii et recentioribus, in Opuſc. Lipſ. 1712. 8.

Gaſpar Bruſchii Chronologia monaſteriorum Germaniae praecipuorum ac maxime illuſtrium. Sulzbaci. 1682. 4.

Supplementum *Bruſchianum* ſiue centuria ſecunda, quam edidit Daniel de Neſſel. Vindobonae 1692. 4.

M. Bruſſel nouvel examen de l'uſage general des fiefs en France pendant le XI, XII, XIII, XIV Siecle. T. II. à Paris 1727. 4.

R. P. F. *Gabrielis Bucelini* Germania Topo-chrono-ſtemmato-graphica ſacra et prophana. P. I. Vlmae 1655. P. II. 1662.

Caeſaris Egaſſii Bullaei hiſtoria uniuerſitatis Pariſienſis a Carolo Imp. usque ad a. 1600. Pariſ. VI Vol. 1665-1673. f.

Eiusd. Fondation de l'univerſité de Paris par l'Empereur Charlemagne. Paris 1675. 4.

Henr. de *Bunau* comment. de iure circa rem monetariam in Germania. Lipſ. 1730. 4.

Eiusdem teutſche Kayſer- und Reichs-Hiſtorie. Lipſ. 1728. ſq. 4.

Iac. Burckhardi de linguae latinae in Germania per XVII Saecula amplius fatis commentarii. Hanouerae. 1713. 8.

Eiusdem de linguae lat. in Germania fatis noui commentarii. Wolfenbuttel. 1721. 8.

Eiusd. diſſ. de uariis Germaniae Scholarum a Caroli M. temporibus usque ad Saec. XVI. mutationibus. Hildburgh. 1715.

Chriſtophori Butkens trophaea tam ſacra quam prophana Ducatus Brabantiae. Antverp. 1641. f. et Hagae 1724, 1726. f. II Vol.

Auguſt. Calmet hiſtoire eccleſiaſtique et civile de Lorraine, Tom. III à Nancy, 1728. f.

Caſparis Calvör Saxonia inferior antiqua gentilis et chriſtiana d. i. das alte heydniſche und chriſtliche Nieder-Sachſen. Goslar. 1714. f.

Quin-

Quinquertium Camerale oder in funff Fragen vorgeſtellte der Rom. Kayſ. Maieſtaet und des H. R. Reichs Staenden bey dero Cammer - Gericht. 1705. 4.

P. Maria Campi hiſtoria uniuerſale di Piacenza 1651. III Vol. f.

François de Camps reflexions critiques ſur le livre du pere Germon contre la diplomatique du pere Mabillon MS. in bibliotheca auctoris. le Long. n. 12399.

Eiusdem Dates ſingulieres qui ſe trouvent dans les chartres qui concernent l'hiſtoire de France MS. in bibl. auct. le Long. n. 12416.

De *Cancellariis* Franciae uaria opera manuſcripta. recenſet le Long. a. n. 13515. ſq.

Henr. Canisii theſaurus monumentorum eccleſiaſticor. et hiſtor. ſiue lectiones antiquae, cum notis Iac. Basnage T. IV. Antu. 1725. f.

Lebens-Beſchreibung des erſten teutſchen Kayſers *Caroli* des Groſſen. Hamburg. 4. vid. Vita.

Vita *Caroli* M. ſcripta iuſſu Friderici I Imp. per Micrologum (uel auctorem libri huius micrologi) MS. ſeruatur in bibliotheca Vindob. Lambec. T. II comment. huius biblioth. Prologum eius et indicem capit. dant acta S. T. IIm. Ianuar. p. 875.

Inauguratio et confirmatio Pipini filiorumque eius *Caroli* et Carlomanni per Stephanum Papam. MS. latet in bibliotheca S. Germani a pratis. Le Long bibliotheque hiſtorique de la France n. 6666.

Iean le Carpentier hiſtoire de Cambray et du pais Cambreſis contenant ce qui s'y eſt paſſé ſous les Empereurs et ſous les Rois de France et d'Eſpagne avec les vies des Eveques et archeveques de Cambray. Leide. II Vol. 4. 1664.

Chronicon Caſaurienſe in Murat. T. II P. II. Script. p. 767.

Pierre de Caſeneuve le Franc-Alleu de la province de Languedoc etabli et defendu. Toloſe 1645. f.

Guillaume de Catel hiſtoire des Comtes de Tholoſe, Toulouſe. 1623. f.

Eiusdem memoires de l'hiſtoire de Languedoc. Toloſe. 1633. f.

In diſſertationem Italiae medii aeui *Cenſurae* III Viterbienſis, Veneta et Brixiana cum reſponſis III pro anonymo Mediolanenſi; belli diplomatici hiſtoria tertio praemiſſa. Mediolani 1729. 4. Hiſtoria diplom. Italice e Ludevvig. praefat. reliq. MS. translata eſt.

Louis Chantereau le Febure traité des fiefs et de leur origine avec les preuves tirées de divers autheurs anciens et modernes. à Paris 1662. f.

Ioannis de Chapeauville hiſtoria ſacra et prophana nec non politica, in qua non ſolum reperiuntur geſta pontificum Tungrenſium, Traiectenſium et Leodienſium, uerum etiam pontificum Romanorum atque Imperatorum et Regum Franciae usque ad Ludouicum XIII Auguſtae Lbùronum III Vol. 4. 1612, 1616, 1618.

Andr.

Andreae du Cheſne hiſtoriae Francorum ſcriptores coaetanei. T. V. Paris 1636 - 1649. f.

Eiusdem hiſtoire des rois, dues et comtes de Bourgogne depuis l'an de Ieſus Chriſt 408 jusqu' en 1350. Paris 1619. 4.

Eiusdem hiſtoire genealogique des maiſons de Guines, d' Ardres de Gand et de Coucy. Paris 1631. f.

Eiusdem hiſtoriae Normannorum ſcriptores antiqui. Paris 1619. fol.

Franc. du Cheſne hiſt. des chanceliers et Gardes de ſceaux. Paris 1680. f.

Pierre François Chiflet hiſtoire de l'abbaye de Tournus. Dyon. 1664. 4.

Io. Ciampini uetera monumenta. II Vol. Romae 1690, 1693. f.

Carol. le Cointe annales eccleſiaſt. Francor. Pariſ. t. VIII 1665 - 1683 f.

Conradi presbyteri hiſtoria Caroli M. lingua antiqua Franconica; prius latine ſcripta. MS. reperitur in biblioth. Vaticana inter MS. biblioth. palatinae n. 112. 384.

Hermann Conring. aſſertio iuris Moguntini in coronandis regibus Romanorum. Helmſt. 1656. 4.

Eiusdem cenſura diplomatis quod Ludouico Imp. fert acceptum coenobium Lindauienſe. Helmſtad. 1672. 4.

Eiusdem gründlicher Bericht von der Landes Fürſtl. Erz - Biſchöfflichen Hoch - und Gerechtigkeit über die Stadt Bremen T. I operum p. 844. ſq.

Id. de ducibus et comit. Imp. Germ. Helmſt. 1643.

Petri Conſtant uindiciae MS. codicum a R. P. Bartholomaeo Germon impugnatorum. Paris 1707. 8.

Eiusdem uindiciae ueterum Codicum confirmatae. Paris 1715. 8.

Guy Coquille hiſtoire du pais et duché de Niuernois. Paris 1612. 4. in T. I operum Paris f. 1665. Bourdeaux 1703.

Giräld de Cordemoy hiſtoire de France. Paris 1685. f.

M. Hermanni Corneri Chronica nouella in Eccardi Corp. hiſt. medii aeui T. II.

Mathurin Veiziere de la Croze uindiciae ueterum ſcriptorum contra Io. Harduin. S. I. P. Roterodami 1708. 12.

Eiusdem diſſertations hiſtoriques ſur diuers ſujets. T. I p. 182, 220, 221 ſeq. Ib. 1707. 12.

Iacob. Andr. Cruſii notae hiſtoricae ad diploma Caroli M. ad Trutmannum Weſtualiae Comitem. in opuſculis uariis. Mindae 1668. 4.

Martini Cruſii annales Suevici ſiue Chronica rerum geſtarum antiquiſſimae et inclytae Sueuicae gentis. Francof. 1595. f.

Erneſt. Salomon. Cypriani diſſ. de Sigillis. reſp. Io. Chriſtoph. Wahrendorff. Helmſtad. 1700. 4.

Lucae Dacherii Spicilegium ſiue collectio ueterum aliquot Scriptorum, noua edit. Lud. Franc. Ioſeph. de la Barre III Tom. Pariſ. 1723. f.

Andreae Danduli Chronicon Venetum in T. XII Script. rer. Ital. Muratori. p. 1.

Gabriel Daniel hiſtoire de France VII Vol. Amſterdam 1725. 4.

Digitized by Google

Hiſtoire des Conteſtations ſur *la Diplomatique* avec l'analyſe de cet ouvrage compoſé par le R. P. Iean Mabillon. à Paris 1708. 12.

Jacques Doublet. hiſtoire de l'abbaie de S. Denis en France. Paris. II Vol. 4. 1625.

Georg. Paul. Dreber. diſſ. de literarum cognatione. Altorf. 1670.

Vrſinus Durand uid. Edmund. Martene.

Io. Ge. Eccardi Cenſura diplomatis Caroli M. de Scholis Oſnabrug. eccleſiae graecis et latinis ab Obiectionibus Iodoci Hermanni Nunninghii Canonici et Scholaſtici Verdenſis uindicata. Helmſtad. 1721. 4.

A. I. (*Io. Ge. Eccardi*) diploma Caroli M. Imper. de Scholis Oſnabrug. eccleſiae graecis et latinis critice expenſum. 1717. 4.

Eiusdem corpus hiſtoricum medii aeui T. II Lipſ. 1723. f.

Eiusdem commentarii de rebus Franciae Orientalis et epiſcopatus Wirceburg. T. II Wirceb. 1729 f.

Eiusdem Catecheſis theotiſca. Hanouer. 1713. 8

Eiusdem diſſ. de imaginibus Caroli M. et Carolomanni. Luneburgi 1719. 4.

Eiusdem leges Francorum Salicae et Ripuariorum. Hanouer. 1719. f.

Eiusdem Gründliche Vnterſuchung eines alten Caroliniſchen Schenk-Briefes, in vvelchem der Griechiſchen und lateiniſchen Schule zu Oſnabruck gedacht iſt. 1719. 4.

Eiusdem Verthädigung der Widerlegung des Caroliniſchen Schenck-Briefes, vvelcher dem Oſnabruckiſchen Biſchoff Withoni im Jahr 804 den 20 Dec. zu Aachen gegeben ſeyn ſoll, gegen den Herrn abgeſonderten Bibliothecarium zu Halle, deſſen Recenſion und Einvvurffe man beſſerer Beurtheilung vvegen beygefüget. 1721. 4.

Eiusdem animaduerſiones hiſtoricae et criticae in Io. Frider. Schannati Dioeceſin et Hierarchiam Fuldenſem Wirceburgi 1727. f.

Eiusdem Gründliche Nachricht von der Kayſerlichen und Koeniglichen alten Salzburg und dem Pallatt Salz in Franken. Wurzburg. 1726. 4.

Eiusdem origines familiae Habſpurgo-Auſtriacae. Lipſ. 1721. f.

Ekkebardi Minimi Decani S. Galli liber de uita B. Notkeri Balbuli inter Script. rer. Alam. Goldaſti T. I.

Chriſtian Henr. Eckhardi introductio in rem diplomaticam praecipue Germanicam. Ienae 1742 4.

M. Tob. Eckhardi diſſ. hiſtorico-critica de pedo epiſcopali. Goslar. 1734. 4.

Eiusdem Schediaſma de tabulariis antiquis. Quedlinb. 1717. 4.

Eginhardus de uita et rebus geſtis Caroli M. edit. Hermann. Schminckii. Traiecti ad Rhen. 1711. 4.

Eginhardi hiſtoria translationis SS. Marcellini et Petri in Act. SS. T. I d. 2. iun. p. 181.

Vbbonis Emmii rerum Friſicarum hiſtoria. Lugd. Bat. 1616. f.

Georg. Engelbrecht. diſſ. de exemplis von Copeyen. Helmeſtad. 1698.

Iob.

Ioh. Eisenhardi diss. de iure diplomatum respond. Georg. Engelbrecht. Helmstad. 1703. 4.

Erchemperti Monachi Cassinensis historia Langobard. Beneuent. in Eccard. corp. hist. medii aeui T. I p. 50.

Erdwini Erdmanni Chronicon episcoporum Osnaburg. in Meibom. script. rer. Germ. T. II p. 193. sq.

Io. Georg. Estor. commentarii de ministerialibus. Argentor. 1727. 4.

Exauctoratio Ludouici pii ap. Pithoeum p. 322.

Rerum Sueuicar. Scriptores aliquot ueteres praecipue *Felicis Fabri* historia Sueuica. Vlmae 1727. f.

Io. Frid. Falckens Entvvurff einer historiae dipl. Corbeiensis, Braunschvv. 1738. 8.

Io. Henr. de Falckenstein codex diplomaticus antiquit. Nordgau. Lipf. 1733. f.

Chronicon monasterii Acutiani siue *Farfensis* integrum in Murat. Script. Ital. T. II. P. II p. 287. Excerpta in du Chesne Script. Franc. T. III p. 650.

Michel Felibien histoire de l'abbaie roiale de St. Denis en France Paris 1706. f. avec un recueil de pieces justificatives.

Eiusdem histoire de la ville de Paris. Paris. V Vol. fol. 1725.

Ioann. Paul. Fincke conspectus bibliothecae Chronologico-diplomaticae; dissert. epistol. ad D. Io. Iac. Mascouium. Hamburgi. 4.

Barthol. Fisen historia ecclesiae Leodiens. Leod. 1642. f.

Analecta quaedam monumentorum S. Petri *Flauiniacensis* in Labbei T. I nou. bibl. MS. p. 269.

Fleury histoire ecclesiastique. Paris. 1717. sq. 8.

Flodoardi presbyteri et Canonici Remens. L. IV historiae Remens. in t. XVII. bibl. max. patr.

Io. Ernest. Floercke commentatio de origine bonorum mensae episcopalis. Ien. 1724. 4.

Io. Nic. Foerster, diss. de exemplis ullgo copiis. Altorf. 1683.

Iusti Fontanini Vindiciae antiquorum diplomatum aduersus Bartholomaei Germonii disceptationem L. II. Romae 1705. 4.

Io. Ioach. Franzii histor. Caroli M. Strasburg. 1644. 4. cum Eginharto et Io. Henr. Boecleri notis.

Thomae Franzi defensio pro Carolo M. primo feudorum auctore in Italia. Witteberg. 1696. accessit Ge. Adam Struuii Syntagmati iur. feud.

Marq. Freheri commentar. ad D. M. Ausonii Mosellam. Hanouiae 1619. f.

Eiusdem commentariolus de Lupoduno antiquissimo Alemanniae oppido. additus commentario priori.

Eiusdem Origines Palatinae. Heidelberg. 1613. f.

Eiusdem rerum German. Scriptores cura Burc. Goth. Struuii T. III Argent. 1717. f.

Eiusdem Φιλεπωνυμα de Statura Caroli M. Imp.

Caroli du Fresne, domini du Cange Glossarium ad Scriptores mediae

et infimae latinitatis. t. VI. f. Venet. 1736. sq.

Diplomata Fridericianum quo nobilibus Heinrico seniori et Heinrico iuniori aduocatis de Plauen ius monetandi ac metalli fodinarum conceditur integritati suae restitutum uariisque obseruationibus ad usum iuris publici accommodatis illustratum. Graizae 1731. 4. (auctor Io. Georg. Buchner.)

Abasueri Iritschii de iure idiomatis, in imperio Romano-Germanico cumprimis recepto exercitatio. Ienae. 1673. 4.

Bernard. Furmerii Annales Frisiae. Franequerae. 1609. 4.

Ferdin. Furstenberg. epistola ad Conring. n. 29. inter epist. ad Conring.

Eiusdem Monumenta Paderbornensia. Paderbornae 1669. 4. Francof. et Lipsi. 1713. 4.

Monachus S. Galli de gestis Caroli M. regis Francor. et Imp. L. II in du Chesne T. II. Script. Franc. p. 107.

Ant. Gallonii apologeticus liber pro assertis in annalibus ecclesiasticis de monachatu S. Gregorii P. aduersus D. Constantinum Bellotum, monachum Cassinatem. Romae 1604. Arguit falsa Cassinensium diplomata.

Ant. Gatti epistola ad Iacob. Bernardum pro uindiciis antiquorum diplomatum. Amstel. 1707.

Eiusdem historia Gymnasii Ticinensis in thesauro Ital Graeuii T. IV.

Erasmi Gattula historia Abbatiae Cassinensis. T. I Venet. 1733. f.

Eiusdem accessiones ad histor. Abbatiae Cassin. Venet. 1734. f.

Georg. Christian. Gebauer Iudithae Augustae Francicae elogium historicum. Lipsi 1720. 4.

Fridr. Geisleri diss. II de titulo: nos Dei gratia resp. Mich. Henr. et Io. Conr. Hagelgans. Lipsi. 1677. 4.

Aegydii Gelenii Metropolis Colonienſis MS. in triginta et amplius uolum. collectaneorum seruatur in archiuo ciuitatis Imperialis Colon. teste Eccardo in praef. comment. rer. Fr. Orient. qui Hermannum Crombachium etiam historiam metropolis Colonienſ. scripsisse in bibliotheca collegii S. I. Coloniae seruatam ait.

Iac. Frider. Georgii Diploma Caroli M. quo ecclesiam Onoldisbacensem a Gumberto eius fundatore ipsi traditam in tutelam accepit; annotationibus illustratum. Onoldi 1730. 4.

Petri Georgisch regesta chronologico-diplomatica. Francof. et Lipsi. 1740. sq. f.

Eiusd. corpus iuris Germanici antiqui. Halae. 1738. 4.

Barth. Germon. de ueteribus haereticis eccles. codicum corruptoribus. Paris 1713.

Eiusdem de ueteribus regum Francorum diplomatibus et arte secernendi antiqua diplomata uera a falsis disceptatio ad R. P. D. Io. Mabill. Monach. Bened. Paris. 1703. 12.

Eiusdem de ueteribus regum Franc. diplomatibus et arte secernendi antiqua diplomata uera a falsis. disceptatio II ad R. P. D. Mabill. Paris. 1706. 12.

Eiusdem

Eiusdem de ueteribus regum Francor. diplomatibus et arte secernendi antiqua diplomata uera a fallis disceptationes aduersus R. P. D. Theodorici Ruinartii et cl. V. Iusti Fontanini uindicias atque epistolas cl. Virorum Dominici Lazzarini et M. Antonii Gatti. Parif. 1707. 12.

Dominici Lazarini epistola contra Germon. disceptationes adversus Ruinartum &c. Nou. liter. Germ. mens. Oct. 1707. p. 337.

Eiusdem defensio in P. Bartholom. Germonium edita studio Caietani Lombardi. Venet. 1708. 8

Eiusdem epistola ad amicum Parisiensem pro uindiciis antiquor. diplomatum Iusti Fontanini. Romae siue Paris. 1706. in Germon. discept. III. p. 383.

Christoph. Gewold. de S. R. Imp. septemuiratu commentarius. Ingolstad. 1616. 4.

Theodore Godefroy le ceremonial Francois. II Vol. Paris 1649. f.

Io. Wilhelm de Goebel diss. de Capellanis imperii et Cancellariis ad Reuerendiss. et illustriss. Francis. Ludou. S. R. I. Comitem de Oettingen. Helmstad. 1733. 4.

Id. de notariis. Helmst. 1723.

Id. de iure et iudicio rusticorum fori Germanici. Helmstad. 1742. 4.

Id. de iure uenandi. 1740. 4.

Zeit- und Geschicht-Beschreibung der Stadt *Goettingen* Erster Theil. Hannover und Goetting. 1734. 4.

Melch. Haiminsfeld Goldasti collectio constitut. Imperialium T. III. Francof. 1615. f.

Eiusd. rer. Alamannicarum scriptores aliquot uetusti, cura Henr. Christian. Senckenberg. T. III. Francof. et Lips. 1730. f.

Ioh. Georg. Graevii thesaurus antiquitatum et historiarum Italiae, continuatus a Petro Burmanno. T. X. Vol. XLV. Lugduni Batau. 1704. 1722. f.

R. P. Leonardi Grebneri diss. de sincera ac secura artis praecipue diplomaticae, ac suo modo sigillariae ac numismaticae crisi; itemque momentosa quorundam Imperatorum, aut potius reguni Germanicorum puta Chuonradi primi et Heinrici aucupis cura ac re diplomatica; resp. Heinric. Oberkamp. Bambergae. 1742. 4.

Eiusd. tract. historico-iuridicus de statu ecclesiae et iuris ecclesiastici obseruantia sub imperio regum et Imperatorum stirpis Carolingicae. resp. Theoph. Maximil. Gazen. Bamberg. 1739. f.

Iac. Gretseri Codex Carolinus seu uolumen epistolarum quas Romani pontifices Gregor. III Steph. III Zachar. I Paul. I Steph. IV. Adrian. I et Constantinus miserunt ad principes et reges Francorum Carolum Martellum, Pipinum et Carolum M. Ingolstad. 1613. 4. Exstat etiam in T. I Scriptor. du Chesne.

P. Ignatii Gropp aetas mille annorum antiquiss. et Regalis monasterii in Amorbach historica methodo adumbrata. Francof. 1736. f.

Christian Ulrich Grupens origines et antiquitates Hanouerenses oder umstaend-

ſtaendliche Abhandlung von dem Vrſprunge und den Alterthümern der Stadt Hannover. Göttingen, 1740. 4.

Ioann. Gryphiandri commentarius hiſtorico-iuridicus de Weichbildis Saxonicis ſiue Coloſſis Kulandinis urbium quarundam Saxonicarum. Francof. 1625. 4.

Val. Ferd. de Gudenus Sylloge I uariorum diplomatariorum. Francof. ad Moen. 1728. 8.

Io. Frider. Gubling diſſ. de apographis ueterum. reſp. Io. Chph. Lutz. Vitemberg 1723. 4.

Eiusdem diſſ. de autographis ueterum. praeſide Io. Guilielmo Bergero, lb. eod. anno.

Samuel Guichenon hiſtoire de Breſſe et de Bugey, Gex et Valromey. Lyon. 1650. f.

Eiusdem hiſtoire généalogique de la royale maiſon de Savoye. Lion 1660. III Vol. f.

Fratr. Gullimanni de epiſcopis Argentinenſibus liber commentarius. Friburgi. 1608. 4.

Eiusdem Heluetia ſiue de rebus Heluetiorum Libri V. Exſtat in theſauro hiſtoriae Helueticae continente lectiſſimos ſcriptores, qui per uarias aetates reipubl. Helueticae rationem, inſtituta, mores, diſciplinam, facta et res geſtas ſermone latino explicarunt et illuſtrarunt. Tiguri 1735. f.

Nic. Hieron. Gundling. diſſ. de emtione uxorum, dote et Morgengaba. Hal. 1722. 4.

Simon Friedrich Hahns vollſtändige Einleitung zu der teutſchen Staats-, Reichs- und Kayſer-Hiſtorie. Halle und Leipzig 1721. ſq. 4.

Eiusdem adnotationes ad diploma fundationis Bergenſis ad Albim coenobii. Magdeb. 1710. 4. In praefatione diſſeritur de inſtauratoribus artis diplomaticae.

Eiusdem collectio monumentorum ueterum et recentium ineditorum. Brunſuig. 1724. 1726. t. II. 8.

Iob. Mich. Haſwachs de hiſtoria Caroli M. Tubing 1735; itemque de rebus Imperat. Lotharii I.

Chriſt. Gotlob Haltauſii Calendarium medii aeui praecipue Germanicum. Lipſ. 1729. 8.

Mart. Hamcon. Friſia ſeu de uiris rebusque Friſiae illuſtribus L. II Franeq. 1620. 4.

P. Marc. Hanſizii Germania ſacra. T. I metropolis Lauriacenſis cum epiſcopatu Patauienſi chronologice propoſita. Auguſt. Vindel. a. 1727. T. II Archiepiſcopatus Salisburg. Chronolog. propoſitus a. 1729. f.

Ioann. Harduini conciliorum collectio T. XII. Pariſ. 1700-1716. f.

R. P. F. Chriſtophori Hartmanni annales Heremi Deiparae matris monaſterii in Heluetia ord. S. Bened. Friburgi 1612. f.

Io. Zachar. Hartmanni programma de primatu archiepiſcopatus Bremenſis deque aureo Sigillo diplomatis, quo eum Ludouicus I Imp. conſtituit; ad diſſ. inaugur. Gotfr. Henr. Elend. de priuilegio de non appellando exceptio-

ceptionem litis in ſupremis imperii tribunalibus pendentis impediente. Kiliae. 1734. 4.

Heda uid. Beka.

Daniel Heideri Gründliche Ausführung der Reichs-Stadt Lindau, die ohnverſehens abgeloeſte und der Erz Herzogin Claudiae pendente lite cedirte Reichs-Pfandſchafft betreffend. Noriberg. 1643. f.

Io. Henr. Heidegger. de Carolo M. teſte ueritatis in T. II diſſertat. Tiguri 1680. 4.

Io. Gottl. Heineccii elementa iuris Germanici t. II. Hal. 1736, 1737. 8.

Id. de teſtamenti factione iure Germanico arctiſſimis limitibus paſſim circumſcripta. Hal. 1734. 4.

Io. Mich. Heineccii et *Io. Georg. Leukfeld.* Scriptores rer. German. Francof. 1707. f.

Eiusd. Heineccii Syntagma hiſtoricum de ueteribus Germanorum aliarumque nationum ſigillis. Francof. et Lipſ. 1709. f.

Georg. Franc. Frider. Helmershauſen Obſeruationes miſcellae de Archicancellariis S. R. I reſp. Iul Chriſtiano Kündmann. Erford. 1740.

Phil. Henr. Helmſtetter diſſ. an Status eccleſiaſtici habuerint regalia tempore Francorum Argent. 1714. 4.

Ioach. Andr. Helutgius de uſu et abuſu diplomatum. Gryphisvv. 1736 4. praemittitur diſſ. inaug. de amiſſione inſtrumentorum.

Georg. Helwich Antiquitates Laurishamenſes. inter Ioannis Script. Mogunt. p. I. Tomi noui.

Claud. Hemereus de Academia Pariſienſi, qualis primo fuit in Inſula et de epiſcoporum Scholis, Pariſ. 1637. 4.

Godefridi Henſchenii diatribe de tribus Dagobertis. Antvverp. 1655. 4.

Eiusdem commentarius praeuius ad uitam S. Sigeberti in Act. SS. t. I. menſ. Febr. p. 206. ſeq.

C. H. (*Ludou. Henſcleri*) diſſertatio critico-hiſtorica de diplomate Caroli M. dato eccleſiae Oſnabrugenſi pro Scholis graecis et latinis, qua diploma iſtud authenticum et genuinum eſſe oſtenditur atque contra obiectiones recentioris cuiusdam critici A. I. defenditur. Accedunt uaria Imperatorum ac regum diplomata eccleſiae Oſnabrugenſi conceſſa. Monaſt Weſtphal. 1721 4.

Bericht von *der Stadt Herfort* uralten Fundation, gaudirenden Reichs-immedietaet und priuilegien 1693. 4. Opponebatur Chur-Brandenburgiſche Widerlegung.

Baſil. Ioann. Heroldi originum ac Germanicarum antiquitatum libri. Baſil. 1557. f.

P. Conrad Hertenberger imperium Romanum a Carolo M. in occidente reſtitutum. Bamberg. 1743. 8. T. IVtus.

Marquardi Herrgott Genealogia diplomatica Auguſtae gentis Habsburgi. Viennae Auſtriae 1737. 3. Vol f.

Iob. Nicol. Hertii diſſ. de fide diplomatum in Opuic. Vol. I, T. II p. 413.

Idem

Idem de ſuperioritate territoriali c. l. p. 127.

Idem de conſultationibus, legibus et indiciis in ſpecialibus Romano-Germ. imp. rebus publicis. c. l. p. 284.

Chriſt. Aug. Heumanni Auguſta Concilii Nicaeni II cenſura. Hanou. 1731. 8.

Georg. Hickeſii linguarum ueterum Septentrionalium theſaurus grammatico-criticus et archaeologicus. Oxon. 1703, 1705. f.

M. Io. Frider. Hilleri diſp. de Saxonibus Chriſto ſubiectis reſp. Georg. Gottlob Schmidt Vitemb. 1741. 4.

Hincmari Archiepiſcopi Remenſis opera, cura Iacobi Sirmondi T. II Paris, 1645. f.

Eiusdem epiſtola ad epiſcopos Franciae de Ordine Palatii T. II. oper. p. 201. et in du Cheſne Script. T. II p. 487.

Theodori Hoepingk de Sigillorum priſco et nouo iure tractatus practicus. Noriberg. 1642. 4.

Io. Guil. Hoffmanni programma de lubrico arcis diplomat. Vitemberg. 1737. 4.

Idem de iurisprudentia ſymbolica ueterum Germanorum. Francofurti. 1736. 4.

Io. Henr. Hoffmanni eccleſiae Hildesheimenſis diplomata ex autographis deſcripta et in bibliotheca Hannouer. ſeruata. Eccard. praef. rer. Fr. orient.

Petri Holmii diſquiſitio de ſcriptura et uariis rationibus ſcribendi. Lund. Scand. 1670. 8. et in Thom. Cren. analect. philolog.

Luc. Holſtenii annotationes in geographiam ſacram Caroli a S. Paulo, Italiam antiq. Cluuerii et theſaurum geograph. Ortelii Rom. 1666. 8.

Io. Henr. Hottingeri Scholae Tigurinorum Carolinae ſiue demonſtratio, Scholam Tigurinam a Carolo M. deducendam. Tiguri 1664. 4.

R. D. P. *Philiberti Hueberi* Auſtria ex archiuis Mellicenſibus illuſtrata. Lipſ. 1722. f.

Sacrae antiquitatis monumenta hiſtorica, dogmatica, diplomatica T. I. notis illuſtrata a R. P. ac dom. *Carolo Ludou. Hugo* Abbate Stiuagii et Fontis Andreae. Stiuagii 1725. f.

Hugonis Chronicon Virdunenſe, alias Flauiniacenſe in Labbei T. I nouae bibloth MS. p. 75.

Wigulei Hund a Sulzemos metropolis Salisburgenſis cum notis et additionibus Chriſtoph. Gewoldi T. III. Ratisb. 1719. f.

Georg. Chriſt. Ioannis rerum Moguntiacarum Vol. II. Francof. 1722. f.

Eiusdem Scriptor. hiſtor. Moguntinenſ. Tom. nouus Francof. 1727. f.

Eiusdem rabularum literarumque ueterum Spicilegium I. Francof. 1724. T. II Brunſuic. 1726. 8.

Jean Sire de Joinville hiſtoire de S. Lōuys IX du nom Roy de France enrichie de nouvelles obſervations et

et dissertations historiques par Charles du Fresne Sieur du Cange. à Paris 1668. f.

Claude Joly des ecoles episcopales et ecclesiastiques. Paris. 1678. 12.

Dissertatio chronographica Italiae medii aeui in Murator. T. X script. (auctore Caspar. Beretti, monacho Cassinensi.)

Christoph. Justel histoire genealogique de la maison d'Auvergne et de Tarente. Paris 1645. f.

Eiusdem histoire genealogique de la maison de Turenne. accedit libro priori.

Abrah. Kaestner de signis mercatorum mercibus imponi solitis. Lips. 1733. 4.

M. Cornel. Kempii de origine, situ, qualitate et quantitate Frisiae et de rebus a Frisiis praeclare gestis L. III. Colon. Agr. 1588. 8.

Christian Knaut antiquitates pagorum et comitatuum principatus Anhaltini. Francof. ad Moen. 1699. 4.

Io. Dau. Koeleri exercitatio genealogica de familia augusta Carolingica resp. Io. Adamo Bettingero. Altorfii 1725. 4.

Eiusdem diss. de ueterum recentiorumque Germanorum scholis solitis et solidis. resp. Carol. Christiano Hirsch. Altorf. 1725. 4.

Eiusdem diss. de bibliotheca Caroli M. Imp. Aug. resp. Frider. Paul. Stoy, Altorf. 1727. 4.

Iacobi de Koenigshouen chronicon uniuersale et Alsaticum, obseruationibus historicis illustratum a Io. Schilt-tero. Strasburg. 1698. 4.

Georg. Koeper diss. de scripturarum in iure essentia et efficacia. Basil. 1674. 4.

Io. Adam. Koppii tractatus iuris publici de insigni differentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos. Argentor. 1728. 4.

Alberti Kranzii metropolis siue historia ecclesiastica. Francof. 1575. f.

Io. Frid. Krebs. diss. de linguae latinae ante et post tempora Caroli M. admodum corruptae aliquot exemplis et causis Heilbronn. 1682. 4.

Henr. Kreffingii discursus de republica Bremensi MS. cui Conring. opposuit grundlichen Bericht von der Landesfurstl. Erzbischoffl. Hoch- und Gerechtigkeit uber die Stadt Bremen.

Io. Georg. Kulpisii scriptores rer. German. cum praefat. Schilteri. Argentor. 1702. f.

Wilhelm Kyriandri annales siue commentarii de origine et statu antiquissimae ciuitatis Augustae Treuerorum. Biponti 1603. f.

Philippi Labbei et *Gabrielis Cossartii* S. I. conciliorum collectio maxima Paris. XVIII Vol. f. 1672.

Philippi Labbei noua bibliotheca Manuscriptorum T. II Paris. 1657. f.

Louis Laguille histoire de la province d'Alsace depuis Iules Cesar jusqu' au mariage de Louis XV. Strasbourg 1727. f.

Petr. Lambecii commentar. de Auguſt. bibliotheca Caeſarea Vindobon. l. VII Vindob. 1665. f.

Annales Francorum Lambeciani cum additamentis et criſi Io. Benedicti Gentilotti in Murat. T. II P. II Scriptor. p. 83.

Hiſtoire generale de Languedoc auec des notes et les pieces juſtificatives T. I et II Par. 1730. 1733. f.

Franc. Lanovii Syntagma hiſtoricum de Sanctis Franciae Cancellariis, in Iac. Wenckeri collect. archiui p. 649. ſq.

Io. Launoii de ſcholis celebribus a Carolo M. et poſt Carolum M. in Occidente inſtauratis liber, cum praefat. Io. Alb. Fabricii Hamburg. 1717. 8.

Chronicon Laurisbamenſe in Freheri ſcriptor. rer. Germ. T. I p. 83 edit. Struuianae.

Dominici Lazarini epiſtola uid. *Germon.*

Wolfgang Lazii de gentium aliquot migrationibus libr. XII. Francof. 1600. f.

Chriſtophori Lehmanni Chronica der Freyen Reichs-Stadt Speier. 4te edition durch Ioh. Melchior Fuchs. Franckfurt. 1711. f.

Godofr. Guil. Leibnitii Codex iuris gentium diplomaticus. Hanouer. 1693. f. Eius mantiſſa. ib. 1700. f. praefatio ualde memorabilis.

Eiusdem ſcriptores rer. Brunſuicenſium. T. III. Hanouer. 1707, 1710, 1711. f.

G. G. L. B. *de Leibniz* et *Burcar. di Goth. Struuii* epiſtolae ſuper ualore famoſi diplomatis Ludouiciani Lindauienſ. Lindaug. 1712. 4.

Frid. Leonard recueil des traités de paix de Treve, de neutralité, de confederations &c. avec obſervations hiſtoriques et politiques ſur les traités des princes par Amelot. Paris. VI Tom. 4.

Leonis epiſc. Oſtienſ. chronica Caſſin. in Murat. ſcript. rer. Ital. T. IV p. 151.

Ioann. Letzneri hiſtoria Caroli M. des grosmechtigſten Chriſtlichen Roemiſchen und teutſchen Keyſers. Hildesheim. 1602. 4.

Eiusdem Chronica oder Beſchreibung des Lebens und Thaten Kayſers Ludouici Pii, vvie derſelbe das Frey-Stifft Corbey geſtifftet &c. ibid. 1604. 4.

Beniamin Leuberi diſquiſitio plenaria Stapulae Saxonicae ab imperatoribus Carolo M. et Ottone M. conſtitutae. Budiſſae 1658. 4.

Eiusdem gründlicher und Hiſtorienmaeſſiger Diſcours uber der Stadt Magdeburg gerühmten alten priuilegien insbeſondere ſo vvohl als auch vom dem Sachſen-Spiegel, Weichbild und Lehen-Recht. Dresden 1648. 4. et in Meieri act. pac. Weſtph. T. III inter additamenta.

Iob. Theodor. Leubſcheri caput antiquitatis de ſiglis et notis ueterum. Viteberg. 1695. 4.

Io.

Io. Georg. Leuckfeld. antiquitates Poeldenſes. Wolfenb. 1707. 4.

Eiusdem antiquit. Halberſtadenſes. ib. 1714. 4.

Eiusdem rerum Germanicarum tres ſelecti ſcriptores &c. Francof. ad Moen. 1707. f.

Polycarp. Leyſeri de diplomatico hiſtoriae Germanicae corpore concinnando conſilium et monita; cum indice diplomatum ineditorum. Helmſtadii 1727. 4.

Eiusdem commentatio de contra ſigillis medii aeui, iuſto operi de re diplomatica Germanorum praemiſſa. Helmſt. 1726. 4.

Eiusdem obſeruata diplomatico-hiſtorica de patria poteſtate in Germania ignorata. ib. 1727.

Eiusdem obſeruat. diplomatica hiſt. de adoptione per Andelangum. ib. 1727.

Eiusdem obſeruationes diplomatico-hiſtoricae de mundiburdio, ibidem 1727. 4.

Henr. Linckii diſſ. de Data uel dato inſtrumentorum. auct. reſp. Hermann. Chriſtoph. Schlaff. Altdorfii 1682. 4.

Eiusdem diſcurſus de rubro, nigro et albo. Svvobac. 1689. 4.

Eiusdem diſſ. de manu propria, reſp. Chriſtoph. Bockhaeuſer. Altdorf. 1682. 4.

Eiusdem diſſ. de ſiglis et notis literarum in iure prohibitis ac permiſſis, reſp. Iohann. Erico Mezger. Altdorf. 1693. 4.

Eiusdem diſſ. de Indictione Romana. reſp. Gotfr. Hoepfner. Ienae 1673. 4.

Kurzer ex actis gezogener grundlicher Bericht verſchiedener und furnehmſten grauaminum der Stadt *Lindau* vvider unſer lieben Frauen Stifft daſelbſt. 1692. f.

Iuſta defenſio antiquiſſimi diplomatis, quo Ludouicus Imperator Coenobium nobilium uirginum *Lindauienſe* nono abhinc ſaecuio ſtabiliuit, contra iniquam cenſuram Hermanni Contingii ſuſcepta. Conſtantiae. 1691. 4.

Erpoldi Lindenbrogii Chronicke von Carolo M. Hamburg. 1593. 4.

Eiusdem Scriptores rer. Germanicarum ſeptentrionalium uicinorumque populorum; ex edit. Io. Alb. Fabricii. Hamb. 1706. f.

Frider. Lindenbrogii Codex legum antiquarum. Francofurt. 1613. f.

Guy Alexis Lobineau hiſtoire de Bretagne. II Vol. fol. Paris. 1707.

Pierre Louvet remarques ſur l'hiſtoire de Languedoc de ſes princes ſous la ſeconde et troiſieme lignée des rois jusqu' à ſa reunion à la couronne. Toloſe 1657. 4.

Friederich Lucae des H. R. R. uralter Graffen-Saal. Franckfurt am Mayn, 1702. 4.

Ioann. Lutii de regno Dalmatiae et Croatiae Libri VI. Amſtelodami. 1668. f.

Godofred. Thom. Ludvvig diſſ. de hiſtoria Saxoniae a Francis ſubiugatae regnante

regnante Carolo M. resp. Io. Carol. Kolbe. Lipſ. 1724. 4.

Iob. Petr. de Ludewig. diſſ. de nexu ſcripturae et ſubſcriptoris resp. Io. Michael Semler. Halae 1723. 4.

Eiusdem Opuſcula miſcella. Halae Magdeb. 1720. f. T. II.

Id. de formula Brandenburg. ducat. in T. I opuſc. p. 207.

Eiusdem Arauſio ſupremo imperio uindicata. Ib. p. 273.

Id. de iure adlegandi ordinum S. R. I. Ib. p. 295.

Id. de Noriberga inſignium imperialium tutelari. ib. T. II ab init.

Eiusdem vollſtändige Erläuterung der güldenen Bulle. Franckf. 1716. 4. II Vol.

Eiusdem nouum Volumen ſcript. rer. Germanic. plurimam partem nunc primum editorum ex Cod. MSCt. T. I et II Francof. et Lipſ. 1718. f.

Eiusdem de principum S. R. I. poteſtate in ſacris ante pacem religionis. Halae 1729. 4.

Eiusdem reliquiae Manuſcriptorum omnis aeui diplomatum ac monumentorum ineditorum adhuc. T. I Praefatio de uſu et praeſtantia diplomatum et diplomaticae artis. porro de bellis diplomaticis, cum in Gallia excitatis, tum in Italia atque in ſupremis Germanici imperii tribunalibus. Inde haurire licet cum auctorum artis diplomaticae pleniſſimam notitiam, tum libros refertos diplomatibus, imo uiginti quatuor in cauſis momentoſis proceſſus, qui pendent a diplomatum fide aut genuina aut ſubleſta. Francof. et Lipſ. 1720. 8.

Io. Chr. Lunig. Codex Germaniae diplomaticus. Lipſ. 1732, 1733. fol. II Vol.

Eiusdem Codex Italiae diplomaticus. Francof. et Lipſ. f. T. I 1725. T. II 1726; T. III 1732. T. IV et ultimus 1735.

Eiusdem Teutſches Reichs-Archiv. XXIV Vol. Leipz. 1710-1722. f. in primis ſpicilegium eccleſiaſticum.

Lupi abbatis Ferrarienſis epiſtolae in Andr. du Cheſne t. II ſcript.

Nicol. Chriſtoph. Lynkeri diſſ. de idiomate imperiali, resp. Ge. Gottlob Struu. Ien. 1687. 4.

Io. Mabillon. Acta ſanctorum ordinis S. Benedicti ab a. 480-1100. Pariſ. 1668-1701 IX Vol. f.

Eiusdem Annales ordinis S. Benedicti. Pariſ. V Vol. fol. 1703-1713.

Eiusdem de re diplomat. L. VI. Lutec. Pariſ. 1781. f.

Eiusdem libror. de re diplom. ſupplementum Lutec. Pariſ. 1704. f.

Editio ſecunda rei diplomat. ab ipſo auctore recognita, emendata et aucta prodiit ib. 1709. f. praemittitur praefatio Theoderici Ruinarti, in qua hic in primis contra Hickeſium diſputat.

Eiusdem Iter Germanicum, cum praefat. Io. Alberti Fabricii. Hamburg. 1717. 8. p. 38 teſtatur Mabillon. omnia diplomata et inſtrumenta monaſterii S. Galli in unum corpus typis domeſticis redacta fuiſſe, cuius collectionis unum exemplum in Archiuo

chiuo ecclesiae Romanae, alia quaedam in celebrioribus aliquot Heluetiae monasteriis reposita sunt; cetera priuatim in ipso monasterio S. Galli reseruari; idemque praestitisse Einsidlenses.

Eiusdem uetera analecta. Par. 1723. f.

Ioach. Ioann. Maderi antiquitates Brunsuic. Helmst. 1678. 4.

Scipion Maffei Historia diplomatica che serve d' introductione all' arte critica in tal materia con raccolta de' documenti non ancor diuulgati che rimangono in Papiro Egizio. in Mantova 1727. 4.

Der Roem. Kays. und Koenigl. Majestaeten priuilegia, concessiones, confirmationes der uralten *Stadt Magdeburg*. Magdeburg 1640. 4.

Martin. Mager. a Schoenberg de aduocatia armata. Francof. 1685. f.

Ioh. Chiliani Mainberg epistola censoria in rapsodiam Io. Frid. Schannat. cui tit. fecit dioeceseos Fuldensis cum annexa sua Hierarchia. 1727. 4.

Iac. Malbrancq de Morinis et Morinorum rebus III Vol. Tornaci 1639-1654. 4.

Claude Malingre de Saint Lazaere antiquitez de la ville de Paris. Paris fol. 1640.

Bernardi a Mallinckrot commentatio de Archicancellariis S. R. I. ac Cancellariis imperialis aulae in Iac. Wencker. Collect. Archiui p. 209. sq.

Domenico Maria Manni osservazioni Istoriche sopra i sigilli antichi de' secoli bassi. in Firenze T. I 1739. 4. Tomo I praemittitur regionamento academico dell' uso de' sigilli Antichi.

Scipionis Marantae expostulatio in Bartholomaeum Germonium pro antiquis diplomatibus et codicibus manuscriptis. Messanae 1712. 8.

Petri de Marca Marca hispanica seu limes hispanicus, edente Steph. Baluzio. Paris 1688. f.

Pierre de la Marca histoire de Bearn. Paris 1640. f.

Idem de concordia sacerdotii et imperii cum obseruat. I. H. Boehmeri. Francof. 1708. 8.

Marculfi monachi formularum libri duo. cum notis Hieronymi Bignonii in T. II Capitul. Baluz.

Cornelii Margarini Bullarium Cassinense. Venet. 1613. f.

Guillelmi Marlot metropolis Remensis historia a Flodoardo primum auctius digesta, nunc demum aliunde accersitis plurimum aucta et ad nostrum seculum deducta. T. I fol. Insulis. 1666. T. II siue supplementum Flodoardi ab a. 970 - 1605. Opus posthumum. Remis. 1679. f.

Martini Marrier bibliotheca Cluniacensis, cum notis Andreae du Chesne s. Quercetani. Paris. 1614. f.

Edmundi Martene et *Vrsini Durand.* ueterum scriptorum et monumentorum historicorum, dogmaticorum, moralium amplissima collectio. T. VIII. Paris. 1724 sq. in fol.

Idem Martene de antiquis ecclesiae ritibus L. IV Rotomagi 1700. III Tom. 4.

Io. Iac. Masconii diss. de originibus officiorum aulicor. S. R. I. Hal. 1718. 4.

Antonii Matthaei ueteris aeui analecta editio ſecunda V Tomis comprehenſa. Hagae Comitum. 1738. 4

Hraban. Maurus de inuent. lingu. et not. ant. in Goldaſt. ſcript. rer. Alam. T. II P. I.

Henrici Meibom. rerum Germanicarum T. III Helmaeſtad. 1688. f.

Idem de Irminſula Saxonica. T. III p. 2 ſq.

Idem de pagis utriusque Saxoniae et uicinarum regionum quarumdam. Ib. p. 93 ſq.

Eiusdem introductio ad Saxoniae infer. in primis hiſtoriam. Helmſtad. 1687. 4.

P. Caroli Meichelbeck hiſtoria Friſingenſis. T. II ab a. 724 - 1724. Auguſtae Vindel. et Graecii 1724. f.

Io. Gotfried von Meiern Beſchreibung des im vorigen ſeculo angegangenen und bis auf unſere Zeiten fortgevvaehrten diplomatiſchen Kriegs in dem Vorbericht des dritten Theils der Weſtphaeliſchen Friedens-Handlungen und Geſchichte. Hannover. 1735. f.

Ioachim Meiers origines et antiquitates Pleſſenſes d. i. Pleſſiſcher Urſprung und Denckvvurdigkeiten. Leipzig. 1713. 4.

Hermann. Adolph. Meinders diſſ. de iudiciis centenariis et centumuiralibus. Lemgouiae 1715. 4.

Eiusdem tractat. de ſtatu religionis et reipublicae ſub Carolo M. et Ludouico P. in ueteri Saxonia ſiue Weſtfalia et uicinis regionibus. Lemgouiae 1711. 4.

Eiusdem uindiciae libertatis antiquae Saxonicae ſiue Weſtfalicae et iuſta expl catio diplomatis Carolini Trutmanno comiti praetenſe dati a. 779. contra illuſtr. D. Rhetium et celeberr. D. Cocceium. Lemg. 1713. 4.

Io. Burckh. Mencke ſcriptores rer. Germanic. praecipue Saxonic. t. III Lipſ. 1728 ſq. f.

Idem de monogrammate Chriſti. Lipſ. 1696. 4.

Claude François Meneſtrier hiſtoire ciuile et conſulaire de la ville de Lyon. Lyon. 1696. f.

Annales Metenſes rer. Francicarum ab a. Chr. 687 usque ad 904. ap. du Cheſne in ſcriptor. T. III p. 262.

Bern. Clem. Mettingh. de ſtatu militiae Germanor. principalis et acceſſoriae ueteris et medii aeui. Altonauii 1742. 4.

Martin Meuriſſe hiſtoire des eveques de Mets. Mets 1634. f.

Nicol. Meyeri commentatio de ſtatuis et coloſſis Rolandinis Baſil. 1675. recuſa. Halae. Magdeb. 1739. 4.

François Eudes de Mezeray hiſtoire de France depuis Faramond jusqu' à la paix de Vervins. Paris 1686. f. III Vol. Enarrat etiam uitas reginarum Galliae.

Auberti Miraei Opera diplomatica et hiſtorica edit. ſecunda auctior et correctior. Cura Io. Franc. Foppens T. III. Bruxell. 1723. f.

I. du

I. du Mont, Baron de Carels-Croon, corps uniuerſel diplomatique du droit des gens, à Amſterd. et à la Haye 1726-1731. f. XIV Tom.

Bernard de Montfaucon les monumens de la monarchie Françoiſe. T. I. Paris 1729. f.

Eiusdem Palaeographia Graeca. Pariſ. 1708. f.

Sebaſt. Munſteri Coſmographia uniuerſalis. Baſil. 1588. f.

Ludou. Anton. Muratorii rerum Italicarum ſcriptores ab anno aerae Chriſtianae 500 ad 1500. T. XXVII. Mediolani. 1723. ſq. f.

Eiusdem antiquitates Italicae medii aeui T. V Mediolani 1738 ſq. f.

Eiusdem les droits de l' empire ſur l' eſtat eccleſiaſtique recherchés et pleinement eclaircis à l' occaſion de la diſpute de Comacchio et des droits particuliers de la ſereniſſime maiſon d' Eſte ſur cette uille. le tout traduit de l' Italien. à Vtrecht. 1713. 4.

Andr. Mylii diſſ. de copia uidimata. Lipſ. 1685.

D. Iohann. Nauclerí Chronica ab initio mundi usque ad a. Chr. 1500. Coloniae. 1579. f.

Gabr. Naudaei inſtauratio tabularii maioris templi Reatini a. 1638. iuſſu Io. Frid. a Balneo facta. Romae 1640. 4.

Chriſtianii Niſanii oſtenſio hiſtorico-theologica, quod Carolus M. in plurimis fidei articulis formaliter non fuerit Papiſta. Francof. 1670. 8.

Eiusdem Glorioſus Rom. Imp. Carolus M. exhibitus confeſſor ueritatis euangelicae auguſtana confeſſione repetitae et ab impugnationibus Nic. Schaten. uindicatus. Francof. 1679. 8.

Ermoldi Nigelli de rebus Ludouici P. Imp. ab a. 781-826 cum not. L. A. Murator. in T. II P. II ſcript. p. I et in Menck. Script. Germ. t. I p. 865.

Nithardi Angilberti filii Karoli M. Imp. ex Bertha filia nepotis de diſſenſionibus filiorum Lodhvvici P. ad a. usque 843 L. IV inter ſcript. Pith. p. 433 ſq.

Io. Nicolai tract. de ſiglis ueterum Lugd. Bat. 1703. 4.

Ioann. Noppii Aacher Chronick. Cölln. 1632. f.

Ceſar de Noſtradamus hiſtoire et Chronique de Provence. Lion. 1614. f.

Iodoc. Hermanni Nunninghii uindicata ueritas diplomatis Caroli M. Imp. glorioſiſſimi de Scholis Oſnabrug. eccleſiae graecis et latinis a. 804 conceſſi &c nuper abs Anonymo critice expenſi. Monaſterii Weſtphal. 1720. 4.

Odilonis monachi liber de translatione S. Sebaſtiani martyris et S. Gregorii Papae in Sueſſionenſe S. Medardi monaſterium in Act. SS. d. 20. Ian. p. 278 et *Mabill.* Act. SS. ord. S. Bened. ſaec. IV P. I p. 360.

F. G. A. *di Orſi* diſſertazione della origine del dominio e della ſouvranità de' Romani Pontefici ſopra gli ſtati

Digitized by Google

ſtati loro temporalmente ſoggetti. Roma in 12. 1742.

Academia Carolina Oſnabrugenſis ſiue Athenaeum Chriſtianum uirtutis et eruditionis encyclopaediae acquirendae a Carolo M. Imperatore in urbe Osnabrug. ante 800 annos inſtitutum nunc recenter ab illuſtriſſimo et reuerendiſſ. principe ac domino Franciſco Guilielmo epiſcopo Oſnabrugenſi etc. reſtitutum. Oſnabrug. 1630. f.

Euerardi Ottonis de iurisprudentia ſymbolica exercitationum trias. Traiecti ad Rhen. 1730. 8.

R. P. Anton. Pagi critica hiſtorico-chronologica in uniuerſos Annales eccleſiaſticos Baronii. Opus poſthumum. T. IV. Antvverp. 1705. f.

Henr. Palladii de Oliuis rerum Foro-Julienſ. libri undecim in T. VI theſauri ital. Graeuiani.

Daniel. Papebroch. S. I. Propylaeum antiquarium P. I circa ueri et falſi diſcrimen in uetuſtis membranis praemiſſum T. II April. Act. SS. Antuerpiae 1675. f.

Guillaume Paradin annales de Bourgogne. Lyon. 1566. f.

Auguſta quinque Carolorum hiſtoria Carolo VI Imp. conſecrata a L. B. *Adamo Patachich de Zajezda*, dum poſitiones ex uniuerſa philoſophia defenderet ex praelectionibus R. P. Franciſci Dolſin. Viennae Auſtriae. 1735. f. Auctor libri *Joſeph Pichler* S. I. breuem praefationem praemiſit.

Chriſt. Franciſci Paullini rerum et antiquitatum Germanic. Syntagma. Francof. ad Moenum. 1698. 4.

Idem de aduocatis monaſticis ib. p. 533 ſq.

Idem de pagis antiquae praeſertim Germaniae. ib. 1699. 4.

Eiusdem hiſtoria uirginum collegii Visbeccenſis. ib. eod. a.

Eiusdem diſſertationes hiſtoricae. Giſſae Haſſor. 1694. 4.

Laur. Peckenſtein theatrum Saxonicum oder Beſchreibung der Fürſten, Grafen, Ritter und Staedte in Ober-Sachſen. Ien. 1608. f.

Eſtienne Perard recueil de pieces ſervant à l'hiſtoire de Bourgogne. Paris. 1664. f.

Camilli Peregrinii hiſtoria principum Langobardorum in Murat. T. II ſcript. p. 221. et T. V.

Joſephi Pereſii diſſertationes de re diplomatica. Salmanticae. 1688.

R. D. *Franciſci Petri* Sueuia eccleſiaſtica. Auguſtae Vindel. et Dillingae. 1699. f.

Suffridus Petri de Friſiorum antiquitate et Origine. Franeq. 1698. 12.

Eiusdem apologia pro antiquitate et Origine Friſiorum cum Furmerii peroratione contra Emmium. Franeq. 1699. 12.

Bernardi Pezii theſaurus anecdotorum nouiſſimus Aug. Vindel. et Graecii. T. V. 1721-1728. f.

Eiusdem et *Phil. Hueberi* codex diplomatico-hiſtorico epiſtolaris, theſau-

Digitized by Google

theſauri anecdot. nouiſſ. T. VI. Graecii, 1729. f.

Io. Frider. Pfeffingeri corpus iuris publici ad ductum inſtitutionum iuris publici Phil. Reinhard. Vitriarii elaboratum et in IV Tomos diſtributum. Gothae. 1739. 4.

L. Ellies du Pin nouvelle bibliotheque des aucteurs eccleſiaſtiques t. XIX. a. Paris 1690 ſq. 4.

P. Pithoei annalium et hiſtoriae Francorum ab anno Chr. 708-990 ſcriptores coaetanei XII. Francof. 1594. 8.

Ioachimi Potgieſſeri commentarii iuris Germanici de Statu ſeruorum. Lemgouiae. 1736. 4.

Io. Petri Puricelli Ambroſianae baſilicae ac monaſterii monumentorum deſcriptio in T. IV theſauri Ital. Graeu.

Rabani Mauri opera. Colon. 1626. VI Vol. f.

Io. Iac. Rabe Calendarium feſtorum dierumque mobilium atque immobilium in uſum Chronologiae ac rei diplomaticae adornatum. Onold. 1735. 4.

Paſcaſii Radberti uita uenerabilis Walae ſiue Arſenii in Mabill. Act. SS. Ord. S. Bened. T. V p. 458.

(*Louis Raguet*) hiſtoire de conteſtations ſur la diplomatique avec l'analyſe de cet ouvrage compoſé par le pere Mabillon. Paris 1708. 12. le Long bibl. hiſt. n. 12406.

Maximil. Rasleri uindicatio contra uindicias hiſtoricas Tenzelii Part. II Campedonae 1711. f.

Ratperti monachi S. Galli liber de Origine et diuerſis caſibus monaſterii S. Galli in Alamannia, inter Goldaſti ſcriptor. rer. Alaman. T. I.

Jacques Ravenau traité des inſcriptions en faux et reconnoiſſances d' eſcritures et ſignatures par comparaiſon et autrement. à Paris 1666. 12.

Chronicon Reicherspergenſe in Ludevvig. ſcriptor. rer. Germ. Vol. II p. 129.

M. Iacobi Reichii diſſ. de diplomatibus et tractoriis. reſp. Io. Georg. Dörnero. Regiomonti. 1678. 4.

Grundlich-hiſtoriſcher Bericht von den alten *Reichs-Vogteyen.* Vlm. 1732. 4. 2 Theil.

Iac. Frider. Reimmanni Schediaſma hiſtoriae diplomaticae MS. latet.

Sim. Rettenpacheri Annales monaſterii Cremifanenſis Salisb. 1677. f.

Erhard. Reuſch. de Imperatoris titulo diſſ. III reſp. Mart. Iac. Silberrad. Helmſtad. 1728. 4.

Io. Frid. Rhetii diſſ. de Statuis Rolandinis. Francof. 1678. 4.

Philippi Iulii Rhetmeiers Braunſchvveig-Luneburgiſche Chronica. III Theile. 1722. f.

Ignatii Rodrique diſceptationes de Abbatibus, Origine primaeua et hodierna conſtitutione abbatiarum inter ſe unitarum Malmundarienſis et Stabulenſis oppoſitae obſeruationibus

nibus maxime reuerend. dominorum Edmundi Martene et Vrſini Durand presbyteror. Benedict. e Congreg. S. Mauri. Wirceburgi 1728. f.

M. Theodor. Roeling hiſtoriſche Nachricht von Kirchen- und Schul-Sachen der Stadt Oſnabrück. MS. in Aenopetrani Weſtphali zufaelligen Gedancken &c. citatur.

Rouſſet ſupplement continué au corps univerſel diplomatique. Amſterd. 1739. 4.

Franc. de Roye de miſſis dominicis, eorum officio et poteſtate. Lipſ. 1744.

Hieronymi Rubei Rauennatum hiſtoriarum lib. XII. Venet. 1572, 1589, 1603. f.

(*Theodor. Ruinarti*) eccleſia Pariſienſis uindicata aduerſus Bartholomaei Germonii duas diſceptationes de antiquis Francorum diplomatibus. Pariſ. 1706. 12.

Entvvurff einer *hiſtorie der Pfalz-Grafen zu Sachſen.* Erfurt. 1740. 4.

Caſp. Sagittarii diſſ. de antiquitatibus lacus Bodamici. reſp. Georg. Iac. Mellino, Lindau. Ien. 1693. 4.

Eiusdem grundliche und ausführliche Hiſtoria der Grafſchafft Gleichen. Francofurt am Main 1732. 4. edente Ern. Sal. Cypriano.

Eiusdem hiſtoria antiquiſſimae urbis Bardevvici. Ienae 1674. 4.

Eiusdem antiquitates regni Thuringici. Ien. 1685. 4.

Claud. Salmaſ. de ſubſcribendis et ſignandis teſtamentis. Lugdun. Batau. 1653. 12.

Eiusdem epiſtola de notis antiquitatis in MStis codicibus, recuſa in Baring. claue diplom.

Balth. Frid. Salzmann; diſſ. de uarietate antiquae ſcriptionis. Lipſ. 1661. 4.

Dionyſii Sammarthani Gallia Chriſtiana in prouincias eccleſiaſticas diſtributa, quae ſenes et hiſtoria omnium archiepiſcoporum, epiſcoporum et Abbatum Franciae uicinarumque ditionum ab origine eccleſiarum ad noſtra tempora deducitur, et ex authenticis probatur inſtrumentis. Pariſ. VIII. Vol. f. 1716. ſq.

Scevole et *Louis de Sainte-Marthe* hiſtoire genealogique de la maiſon de France. II. Vol. Paris. 1628. f.

Ant. Sanderi Chorographia ſacra Brabantiae. Bruxellae 1659. f.

Iob. Frid. Schannat. corpus traditionum Fuldenſium; accedit patrimonium S. Bonifacii ſeu Buchonia uetus. Lipſ. 1724. f.

Eiusdem dioeceſis Fuldenſis cum annexa ſua Hierarchia. Francof. 1727. f.

Eiusdem hiſt. epiſcopatus Wormatienſis. Francof. 1724. f.

Eiusdem hiſtoria Fuldenſ. Francof. 1729. f.

Eiusdem Vindiciae quorundam Archiui Fuldenſis diplomatum ab Eccardo perperam impugnatorum. Francof. ad Moen. 1727. f.

Nic.

Nic. Schatenii Annales Paderbornenſes. T. II. Neuhuſ. 1693, 1698. f.

Eiusdem Carolus M. Romanorum Imperator et Francorum Rex Romano-Catholicus L. IV explicatus et uindicatus aduerſus Chriſtian. Niſanium. Neuhuſ. 1674. 4. altera editio hunc titulum praefert: diſcurſus hiſtorico - politico - morales Libr. IV diſtincti de uita Caroli M. Roman. Imp. Francof. 1700. 4.

Eiusdem hiſt. epiſcopatus Monaſter. MSta. teſte Eccardo in praef. rer. Fr. Orient.

Eiusdem hiſtoria Weſtphaliae. Neuhuſii 1690. f.

Io. Iac. Scheuchzeri et *Ioh. Lochmanni* alphabeta ex diplomatibus et codicibus Thuricenſibus. Tiguri 1730. f.

Io. Schilter. Codex iuris Alemannici feudalis. Argentor. 1697. 4.

Eiusdem diſſ. de curiis dominicalibus. in cod. iur. Alem. feud. p. 548.

Eiusdem de libertate eccleſiarum Germaniae libri ſeptem. Ienae 1683. 4.

Eiusdem Inſtitutionum iuris publici Romano-Germanici T. II. Argentor. 1696. 8.

Eiusdem theſaurus antiquitatum Teutonicarum eccleſiaſticarum, ciuilium, literariarum. Vlm. 1728. f. t. III.

Eiusdem diatribe de S. R. G. Imp. comitum praerogatiua ac iure inter ipſos et ordinem equeſtrem immediatum ſecundum quosdam controuerſo. Argentor. 1702. 4. Diſputat etiam de priuilegio, quod a Carolo M. a. 777 in comitiis Paderbornenſ. nobilitati regni Germanici datum fertur.

Chriſtian Schloepken Chronicon oder Beſchreibung der Stadt und des Stiffts Bardevvick. Lubeck 1704. 4.

Io. Andr. Schmid de notariis eccleſiae tum orientalis tum occidentalis reſp. Dauid. Scharff. diſſ. III. Helmſt. 1715.

Daniel Schneider vollſtaendige hochgraefl. Erbachiſche Stamm-Tafel nebſt deren Erklaer- und Bevvaehrungen oder hochgraefl. Erbachiſche Hiſtorie. Franckf. am Mayn 1736. f.

Barthol. Schobingeri addit. ad I. Vadiani Farrag. in Goldaſt. T. III rer. Alam.

Io. Adam. Schoepferi diſſ. de atramento, reſp. Chriſtian. Frider. Kuntſch. Francof. ad Viadr. 1691. 4.

Ioann. Ludou. Schoenleben Carniola antiqua et noua. T. I Labaci. 1681. f.

Georg. Adolph. Schuberth. progr. de epiſcoporum notariis et praeſertim de iis, a quibus ſigilliferi nomen ortum eſt. Lipſ. 1720. 4.

Conr. Samuel Schurzfleiſch. de diuiſione imperii Karolini diſſ. reſp. Zachar. Zvvanzig. Witenb. 1682. 4.

Chriſtian. Gotlib. Schvvarzii diſſ. III de Ornamentis librorum apud ueteres uſitatis. Lipſ. 1705, 1706; Altorf. 1711. 4.

Eiusdem diſſ. de ornamentis Codicum ueterum. Altorf. 1716. 4.

Eiusdem Schedion philolog. de libris plicatilibus ueterum, Altorf 1717. 4.

Eiusdem exercitatio de uaria ſupellectile rei librariae ueterum. Altorf. 1725. 4.

Eiusdem σχεδιασμα φιλολογικον de antiqua numeri ſenarii nota *ἑπισημον* dicta reſp. Ioh. Ignat. Michahelles. Altorf. 1724. 4.

Gbr. Herm. Schwederi theatrum hiſtoricum praetenſionum et controuerſ. illuſtrium, cum acceſſionibus Adam. Frid. Glafey. Lipſ. 1727. f.

Iacobi Sauertii chronologia hiſtorica ſucceſſionis hierarchicae antiſtitum Lugdunenſium; acceſſit Chronologia epiſcoporum Matiſconenſium. Lugduni 1628. f.

Sigebertus Gemblacenſis de ſcriptoribus eccleſiaſticis in Io. Alb. Fabricii biblioth. eccleſiaſtica. Hamburg. 1718. f.

Varia de monetis Francorum et *ſigillis regum Franciae* cum iconibus et eorum ualore. VIII Vol. f. MS. in bibl. Vaticana inter MSta reginae Chriſtinae a n. 713.

Caroli Sigonii opera omnia, edita et inedita, Nunc primum collegit ſuasque animaduerſiones in aliquot ipſius Sigonii opuſcula adiecit Philippus Argelatus Bononienſ. Mediolani. 1732. T. VI fol.

Iacobi Sirmondi concilia antiqua Galliae. III Vol. Pariſ. 1629. f.

Iohann. von Som de notis mercatorum. Altorfii 1681. 4.

Frid. Wilhelm. a Sommersberg Sileſiacarum rerum ſcriptores Lipſ. 1729 ſq. f. r. III. Inſerta eſt diſſertatio de hiſtoria Sileſiaca diplomatica.

Henr. Spelmann. Gloſſarium archaiologicum. Lond. 1687. f.

Iacobi Caroli Speneri primitiae obſeruationum hiſtorico-feudalium. Halae Sax. 1719. 4. Obſeruatio III continet diſquiſitionem de Originibus feudalis iuris ad conſuetudinem, minime uero ad Caroli M. inſtituta referendis contra Th. Franzi ICti antiquiora aſſerta.

Herm. Stangefol. Annales circuli Weſtphalici II Part. Colon. 1656. 4.

Nic. Staphorſt Hamburgiſche Kirchen-Geſchichte t. III Hamburg 1723. ſq. 4.

Friderich Ulrich Stiſſer Forſt- und Iagd-Hiſtorie der Teutſchen. Ien. 1738. 8.

Octauii Stradae a Rosberg uitae Imperatorum occidentalium et orientalium ex nummis. Francof. ad Moen. 1615. f.

Io. Strauchii diſſertationes exotericae iuris publ. XIII. Gieſſ. 1679. 4.

Dauid. Georg. Strube diſſert. hiſtorico-politico-iuridica de Origine nobilitatis Germanicae et praecipuis quibusdam eius iuribus; praeſide Gerard. Noodt. Lugduni Batan. 1718. 4.

Bure. Goth. Struu. diſſ. de criteriis manuſcriptorum. in Baring. claue diplom.

Eiusdem commentarius de Dagoberto rege in collectan. MS. faſc. I.

Eiusdem corpus hiſtoriae Germanicae Ienae. 1730. f.

Georg. Adam. Struuii diſſ. de inuocatione nominis diuini. Ienae 1683. 4.

Id. de iure ſigillorum. Ien. 1675. 4.

Eiusdem Syntagma iuris feudalis, curante Henr. Chriſt. Senckenberg. 1734. 4.

Samuel Stryckii diſſ. de cera rubra et ſacro encauſto, reſp. Gebhard Levin Luedeke. Francof. Viadr. 1680. 4. in Vol. IV. f.

Io. Sam. Stryk. diſſ. de auro obryzo et argento puſulato praeſ. Ge. Caſp. Kirchmaier. Witteberg. 1688. 4.

Eiusdem diſſ. de exceptione deficientis ſigilli. Hal. 1702.

Laur. Surii uitae Sanctorum. t. VI Colon. Agrip. 1617. f.

(*Wilh. Ern. Tenzelii*) hiſtoricae iudiciae pro Hermanni Conringii Cenſura oppoſitae ſic uocatae iuſtae defenſioni ab ipſo coenobio euulgatae. Lindaug. 1700. f.

Eiusdem monatliche Unterredungen einiger guten Freunde von allerhand Buchern und andern annemlichen Geſchichten. Lipſ. 1689 et ſequent. in 8.

Wernberi Teſchenmacheri Annales Cliniae, Iuliae, Montium, Marcae Weſtphalicae, Rauensbergae, Geldriae et Zutphaniae, cum annotat. Iuſt. Chriſtoph. Dithmari Francof. et Lipſ. 1721. f.

Io. Wolf. Textoris diſſ. de opiſthographo, reſp. Barthold. Willer. Heidelberg. 1686. 4.

Thegani chorepiſcopi Treuirenſ. opus de geſtis domni Ludou. Imp. ap. Pith. p. 295 ſq.

Chriſt. Thomaſii diſſ. de origine, natura, progreſſu et interitu iudicior. Weſtphal. Hal. 1711. 4.

Louis Thomaſſin ancienne et nouvelle diſcipline de l' egliſe t. III. Paris. 1725. f.

Diſſertation de *Claude du Moulinet, Sieur des Thuilleries*, au ſujet de la diſpute entre le R. P. Germon et le R. P. Mabillon ſur la maniere de diſtinguer les titres veritables d' avec les titres faux. MS. apud auctorem le Long. bibl. hiſt. n. 12407.

Henr. Gunther. Thulemarii diſſ. de Sororibus Caroli M. Heidelberg. 1681. 4.

Eiusdem opuſcula de bullis. 1697. fol.

Thuringia ſacra ſ. hiſtoria monaſteriorum quae olim in Thuringia floruerunt, accedunt Samuel Reyheri monumenta Landgrau. Thuring. et March. Miſniae. Francof. 1737. f.

Balth. Tilesii diss. de sensu tituli: nos Dei gratia. Regiom. 1723.

Le Nain de Tillemont histoire des empereus, iustifiée par les citations des auteurs originaux. t. V en XIII Volum. à Bruxelles et Paris. 1692 sq. 12.

Caroli Ludouici Tolneri historia palatina cum codice diplomatico. Francof. 1700. f.

Chartularium Traiectinum MS. habuit Eccard. uid. praef. rer. Fr. Orient.

Archiepiscopatus et electoratus Treuirensis per refractarios monachos Maximinianos aliosque turbati. Augustae Treuir. 1633. 4.

R. P. *Henrici Turckii* S. I. fasti Carolini seu rerum a Carolo M. Imp. gestarum Series in Leuckfeldi scriptor. rer. Germ.

Io. Turpini uita Caroli M. inter Reuberi script. p. 67.

Ioachimi Vadiani de collegiis monasteriisque Germaniae ueteribus L. II cum Barthol. Schobingeri addit. in T. III script. rer. Alam. Goldasti.

Vdalrici Babenbergensis codex epistolaris in Eccardi corporis histor. medii aeui T. II.

Ferdinandi Vghelli Italia Sacra. X Tomi. Venet. 1717-1722. f.

Chronicon monasterii S. Vincentii prope Vulturnum in prouincia Campaana in Murator. script. Ital. T. II P. II p. 319. Excerpta in du Chesne scriptor. Franc. T. III p. 672.

Vita Caroli M. Francorum regis et Imp. descripta, ut uidetur, magna parte a monacho coenobii Egolismensis S. Eparchii inter scriptor. Pithoei p. 230 sq.

Vita Karoli M. apud du Chesne t. II.

Vita Ludouici pii Imp. incerti auctor. inter script. Pith. p. 335 sq.

Philipp. Adam. Vlrich discursus historico-iuridicus de Archicancellariatu et primatu S. R. I. principis Abbatis Fuldensis. Herbipol. 1724. 4. resp. Henr. Walter. Wilh. de Schildeck.

Io. Philipp. a Vorburg historia Romano-Germanica. t. XII. Francof. 1645. f.

Olivarii Vredii sigilla, caracteres et inscriptiones diplomatum, quibus usi sunt Imperatores Romani a Carolo M. usque ad Ferdinandum III MS. in Valer. Andreae bibl. Flandr.

Io. Georg. Wachteri glossarium German. Lipsi. 1737. f. II Vol.

Christfr. Waechtler comment. de cancellariis ueterum. Dresd. 1705. 4.

Eiusdem epistola ad uirum illustr. Iacob. Born. ICt. Dresd. 1697. f. in qua de testamento Caroli M. disseritur.

Henrici

Henrici Wigenreck Standhaffte Rettung des Closters contra acta Lindauiensia. Embsii ad Rhen. 1646. 4.

Marci Wagners auserlesenes Chronicon von den herrlichen vvunderlichen und grossen Thaten Caroli M. Magdeburgi 1579. 4.

Io. Wilh. Waldschmidt diss. de augustae Imperatricis Archicancellario resp. Georg. Frid. de et in Tann. Marburgi 1715. 4.

Eiusdem dissert. de probatione per diplomataria. auct. et resp. Christian Theodor. Lippe. Marburg. 1736. 4.

Eiusdem diss. de mutatione insignium et sigillorum S. R. I. statuum. Marpurg. 1718.

Immanuelis Weberi epistola ad Io. Sam. Brunnerum de statu rei diplomaticae in Germania. Ienae 1698. 4.

Io. Fridr. Weberi solida demonstratio de hodierna principum Imperii Germaniae potestate aeuo Carolingico conspicua. Onolsbaci 1738. 4.

Io. Reinhard. Wegelini diss. de ciuitatis Lindau. praerogatiua antiquitatis prae illustri ad D. uirginem Coenobio eiusdemque famosi diplomatis Ludouiciani falsitate contra iniqua Rasleri nuperae uindicationis argumenta, denuo retecta et summatim excussa. Ienae 1712. 4. praeside Io. Bernh. Frisio.

Io. Frid. Weialeri diss. de characteribus numerorum uulgaribus et eorum aetatibus ueterum monumentorum fide illustratis. Vitemberg. 1727. 4.

R. P. *Ioann. Winckens* Nauarchia Seligenstadiana seu fundatio antiquissimae et regalis Abbatiae Seligenstadiensis. Francof. 1714. f.

Eiusdem Eginhartus illustratus et uindicatus. Francof. 1714. f. Iac. Wenckerus collectis suis Archiui inseruit p. 608, quae C. I. §. 3 et 4. ille de Eginhardo Caroli M. Cancellario disputauit.

Iacobi Wenckeri apparatus et instructus archiuorum. Argentor. 1713. 4.

Eiusdem Collecta Archiui et Cancellariae iura. Ib. 1715. 4.

Chartularium *Werthinense* in t. I script. Brunsuic. Leibnit. p. 101 sq.

Erneſti Ioachimi de Weſtphalen monumenta inedita rerum Germanicarum praecipue Cimbricarum et Megapolensium. Lips. 1739, 1740. T. II f.

Christiani Wilduogel Schediasma iuridicum de uenerabili signo crucis. Ien. 1690. 4.

Iacobi Wimpfelingi Carolus M. Germanus h. e. Germaniam a Gallia per interfluentem Rhenum male diuidi declaratio. Haidelbergae 1615. 4.

Io. Iusti Winckelmanni notitia historico-politica ueteris Saxo-Westphaliae finitimarumque regionum. Oldenburgi. 1667. 4.

Henrici Wolteri Archiepiscopatus Bremensis Chronicon in Meibom. script. rer. Germ. T. II p. 17. sq.

Io.

Leonh. Wurffbein hiſtor. Anzeige von der Abtheilung zu Verdun. a. 843. 1640. 8.

Guſtau. Georg. Zeltneri diſſ. de monogrammate Pauli reſp. Ge. Schaar. Altorf. 1721. 4.

Chriſtoph. Zippelii de Danubii et Rheni coniunctione a Carolo M. tentata. Ratisp. 1720. 4.

Nicol. Zylleſii defenſio Abbatiae Imperialis S. Maximini. 1638. f. iuxta muros Treuerenſ.

Addenda.

Donati Acciaioli uita Caroli M. e MS. edita in Menck. ſcriptor. rer. Germ. t. I p. 813.

A Catalogue of the Manuſcrips of the Kings Library; an appendix to the Catalogue of the Cottonian Library; together vvith an Account of Books burnt or damaged by a late Fire: one hundred and fifty Specimens of the manner of Writing in different Ages, from the third to the fifteenth Century, in Copper-Plates: and ſome Obſeruations upon MSS. in a Preface. By *David Caſley* Deputy Librarian. London. 1734. 4.

Ioach. van Dale diſſ. de ſubſcriptionibus principum. Gieſſ. 1676.

Godofr. Guilielmi Leibnitii collectanea Etymologica. Hanouer. 1717. 8.

Iac. Frider. Ludouici diſſ. de Grammatica mala. Hal. 1720.

Index rerum et uerborum.

Aaron, Rex Perſarum. LV, 5. LVIII, 9.

Abbas. poteſtas abbatem eligendi conceditur XXXIII, 4. LII, 17. LIII, 24. LXXV, 4. LXXVI, 23, 24, 25, 27, 28. de electione Abbatis S. Galli LIII, 26. Abbas laicus ne ſit in monaſterio LII, 24. Abbates laici LXXVI, 52. Abbates epiſcopi uocantur. LIII, 30. LXXVI, 52. Vnus abbas plura regebat monaſteria. ib.

Abbatiſſa commoretur in coenobio LII, 7, 12. LXXV, 3. ne manus impoſitione benedictionem uiris impertiatur. LII, 9.

Accolae. LVII, 2.

Adalardus, abbas Corbeienſ. LXXVI, 29. LXXVIII, 21.

Adalbiddus manumittitur. CII.

Adalgiſus D. Beneuent. CXXI, 3.

- - CXLI.

Adalmanpus. CXLI.

Adeſoſus. CXLI.

Adelfonſus, Rex Galliciae. LV, 6.

Aduocatus eccleſiae uniuerſae, Imperator. XLVII, 10. LIII, 3. LXXVI, 3 Aduocati eccleſiarum LIII, 9. eccleſ. Cenoman. ib. 16. Regienſ. ib. 17. Pariſienſ. LXXVI, 16. Niuern. CXXXVIII, 6. Aduocati monaſter. XCVII, 4. Caſin. XCVIII, 16. Nantuad. ib. 12. S. Mar. Theodot. ib. 17.

Ae. diphthongi ſcribendae ratio. XV, 4.

Agbertus comes et oſtiarius. LXXIV, 10.

Agilmarus archiepiſc. Vienn. XCVIII, 8, 10.

Agobardus archiep. Lugdun. LXXVI, 9. eius ſcripta LXXXI, 6. querelae aduerſus Ludou. P. LXXV, 9.

Albani. LXXVI, 16.

Alcuinus, praeceptor Caroli M. LVIII, 10. LXXVI, 52. commendatur ſynodo Francofurt. LII, 17.

Aldiones. uiuant lege fiſcalinorum. LIII, 12. LVII, 2.

Aldricus ep. Cenoman. LXXV, 16. LXXVI, 9, 14.

Alpcarius. CII.

Alredus, Rex Northumbriae. LV, 4.

Alumni monaſt. S. Mart. Turon. CXXXVIII, 14.

Ambaſciadores. XXVI. CL.

Angariae. CXIX, 10.

Angilberga, uxor Ludou. II Imp. consors imperii CXVII.

Angilbertus. LIII, 4. LVIII, 10.

Annona curae habetur. LIV, 9. LVI, 16, 18.

Annulus. XXXVI. obseruatio de annulo Caroli M. LXIV, 1. uid. *scriptio et subsignatio.*

Ansegisus uicarius per Gallias et Germanias. CXXXVIII, 2.

- - Capitularia colligit. LXXVII, 8.

Anselmus, comes palatii. LIII, 27.

Anspertus. CXXIII.

Antiphonarii corriguntur. LXXV, 15.

Appendiciae enumerantur XXXI. LIII, 13, 21. LVII, 11. LXXVI, 41. CXIX, 13.

Aprisio explicatur. LV, 26.

Aquaeductus. conceditur. LXXVI, 31. CXIX, 6.

Aquisgranensis ciuitatis priuilegium. LXVII, 18.

Aquitaniae ducatus comitibus concreditur. LV, 21.

Aragisus D. Beneuent. LI, 11.

Archicancellarius. XXXVIII, 2. plures simul erant. ib. 3. Archicancellarii primarii Caroli M. Itherius, Rado, Ercamboldus. LXIII. Ludouici P. Elisachar, Fridugisus, Theodo, Hugo. LXXXVI. Lotharii Imp. Egilmarus et Hilduinus. CVIII. Ludouici II Imp. Dructemirus. CXXVII. Caroli Calui Hludouicus et Gauzlinus. CXLVII.

Archidiaconi. LII, 24.

Argentoratense foedus cum sacramenti formula. CXL, 1.

Arimanni LIII, 18. LVII, 2. LXXX, 1.

Arma. bruniae et baugae ne uendantur negotiatoribus LIV, 15. qui bruniam habere debeant. ib. 16. ad mallum in patria nemo armatus ueniat. ib. 19. Cl, 1. ne Clerici arma gerant. LII, 3. uid. *militia.*

Arno, archiep. Salisburg. LIII, 5.

Atramentum. XI, 1.

Atto. CXLI.

Augustus. titulus semper Augusti rarior. XXIII. XLVII, 10.

Autoltae. LIII, 27.

Baioaria in comitatus diuiditur. LIV; 6. Addit. L. Baiuuar. ib. 7. LVI, 3.

Bannus et cippus. XCVIII, 14.

Banzleghus comes et Saxoniae patriae marchio. LXXIV, 10. LXXVI, 12.

Baptismus. Saxonibus sub capitis poena imperatur. LII, 13. quaestio de eodem ib. 30.

Barganaticum. LIII, 25.

Begoni comiti succedunt filii. LXXVIII, 12.

Bella diplomatica. II. uid. *Falsa diplomata.*

Bellum in comitiis decernendum. LV, 12.

Benedictus P. XCVIII, 3.

- - Abbas Anian. LXXVI, 52. LXXXI, 4.

Beneficia. masculis non existantibus reuocantur LIII, 15. quae in beneficium dare non liceat, LXXVI, 11. beneficium ad dies uitae datur ib. 46. ne ex beneficiis proprietates comparentur. LIV, 20. uid. *Feudum.*

Bera,

Berta, comes Barcinon. duellum ſubit. LXXVIII, 20.

Bernardi, Regis Italiae fata. LXXVIII, 13. eo conſentiente abbates eliguntur. LXXVI, 27. quando obierit. CX.

- ducis Septimaniae fata. LXXVIII, 20. CXL, 5.

Berta, filia Caroli M. eius tabulae LXVIII, 5.

Bertrada, mater Caroli M. LI, 6.

Biuanc. LVII, 10.

Bonifacius, marchio Tuſciae. LXXVIII, 14.

Brolii. LXXVII, 6.

Brunatici. LXVIII, 12.

Bulla. XXI, 5. uid. *Sigilla.*

C. litera diplomatum initialis. XII.

Caballus, ſcutum et lancea, annua penſio. LXXVI, 26.

Caeſar. titulus, XXIII, 3.

Calma. LVII, 10.

Camera, pro fiſco. LIX, 1.

Campanae, ne baptizentur. LII, 12.

Canes in dextro armo tonſi. LVI, 9.

Canones. codex Canonum Carolo M. oblatus. LII, 8. Canonum eccleſ. Alamanicae. ib. 31. can. 22, 23 diſt. 63. LIII, 4. c. 28 diſt. 63. LXXVI, 5. c. 30 diſt. 33. ib. 5. c. 9 diſt. 10. XCVIII, 3.

Canonici. LIII, 9. eorum inſtitutio a Ludou. P. promulgatur. LXXV, 2.

Cantus Romanus. LII, 10.

Capitularia. LII, 2.

Carolus M. nominis Caroli ſcribendi ratio. XLVII, 2. Carolus uiuus non dicebatur Magnus. ib. 8. patria eius incerta. LI, 4. res geſtae ib. 5. uxores. ib. 8. ius ſacrorum ſibi uindicat LII, 8. in capita quaedam religionis inquirit. ib. 30. regna diuidit. LIII, 18. LV, 28. flumina coniungere tentat. ib. 24. bonarum artium ſtudia fouet. LVIII. conſcribit librum aduerſus ſynodum Nicaenam II. ib. 7. artem ſcribendi callet. LXII, 2.

Carolus Caluus. familia eius CXXXVI. Pontifici Rom. nimis indulget. CXXXVIII, 1. uaria pacta et foedera ſancit. CXXXIX. bella cum uariis gerit CXL, 4. bonas literas colit. CXLII.

Carolus, Caroli M. filius. LXVIII, 1.

Carolus, Lotharii Imp. filius diplomata edit. CXII, 2.

Caſtella condere non licet. CXXXIX, 9.

Cauculatores LII, 9.

Cenſalis terra. LXXIX, 3.

Cenſus regalis. LIII, 17, 27.

Centenarii iurisdictio. LIV, 27. LV, 25, LVI, 19.

Cera. XXI, 2.

Cerarii. LII, 7.

Chartae uaria genera. X. eius ueritas probanda. CXXII, 1.

Chartulati. LVII, 2.

Chorepiſcopi. LII, 18.

Chriſmatis abuſus. LII, 23. LXXV, 4.

Chriſmon. XII.

Chronicae notae diplomatum XL. Caroli M. LXV. Ludouici P. LXXXVIII.

Lotharii Imp. CX. Ludou. II Imp. CXXX. Caroli calui. CXLIX.

Ciuitates. LV, 24.

Clauennae comitatus. LIII, 12.

Clerici, ne arma gerant. LII, 3, 23. LIV, 1; a militia tamen non sunt prorsus immunes LV, 13. purgatio eorum. LII, 22. ne liberi homines clerici fiant sine regis permissione. LIV, 17. ne serui sacros ordines accipiant. LXXV, 4. iniuriae sacerdotibus illatae seuere uindicantur. LXXV, 1, 7. Ludouicus P. clericorum censor. LXXVI, 11. de archipresbyteris CXVIII, 2.

Comitatus. LIII, 15.

Comites. officium et iura eorum. LIV, 4, 8. LV, 18. iurisdictio. XCVIII, 18. dicuntur consules. LV, 19. Comites palatini. ib. 19.

Comitia. quando habita? LIV, 2. causas arduas tractabant. LV, 9.

Commendati. LVII, 2.

Commutatio. confirmatur LIII, 15, 22. LXXV, 1. LXXVI, 18, 49. CXXXVIII, 6. commutationes abbatum consensu fratrum fiunt. LIII, 22.

Computus discatur. LII, 24.

Concilia conuocantur ab Imperat. LIII, 2. LXXVI, 1. quomodo decreta eorum facta fuerint? LXXV, 8.

Condomae. LVII, 2.

Coniuratio per S. Stephanum, per regem &c. prohibita. LII, 12. poena eius LVI, 13. CI, 1, 3.

Contumaciae poena. CI, 3. CXIX, 8.

Certificari LXXX, 1.

Cottiones LII, 9.

Cunradus. CXLI.

Data. XL, XLI.

Decimae. LII, 6. quomodo dispensandae sint. ib. 20. conceduntur ecclesiis LIII, 13. LXXVI, 12, 30. CXVIII, 3.

Dei gratia. formula XXIII, 2, XLVII, 4.

Diploma. quid sit? III. uaria diplomatum genera. IV. eorum origo antiquissima. V; multitudo VI. qui eadem dare possint VII. diplomatum externa et interna. IX.

Diplomatica. quid sit. I. historia eius. II.

Doda, femina Lotharii Imper. XCVI, 3.

Dodo. CXLI.

Donatio mortis caussa. LXXX, 11.

Dos mariti. LVII, 6.

Drogo. uicarius in Gall. et German. designatus. LXXVI, 9. XCVI, 4. XCVII, 6. XCVIII, 4. CXXXVII, 2.

Duces. sub Carolo M. LV, 14, 15, 21, 22, 23. iuniores ducum. ib. 16.

Duellum improbatur. LXXVIII, 23.

Eardulfus, Rex Northumbr. LV, 4.

Ebbo. LXXVI, 9. LXXVIII, 7. XCVIII, 5.

Ebroinus. CII.

Ecclesiae. quibus modis fundos acquisierint? XXX. reditus ecclesiarum LIII, 7. asylum. LII, 13. thesauri ib. 26. prouideatur ecclesiis, ne tamen in detrimentum reipublicae ecclesiis quidquam delegetur. XCVII, 6. CXVIII, 5. Ecclesiarum immunitates et iura uariis tabulis confirmantur

tur et augentur, earumque cauſſae cognoſcuntur ac dirimuntur. Notanda diplomata eccleſiarum ſingularum

Agathenſ. CXXXVIII, 9.
Andegauenſ. LXXVI, 18.
Aquileienſ. LIII, 16. XCVIII, 6. CXIX, 5.
Aretinae. XCVIII, 6, 10. CXXXVIII, 7. charta dubia. LXVII, 26.
Argentin. LXVII, 3. LXXVI, 11, 16.
Aſculanae. LXVII, 27.
Auguſtanae. LXVI, 6.
Auguſtodun. XCVIII, 12. CXXXVIII, 5, 9.
Aurelian. CXXXVIII, 5.
Bremenſ. diploma fictum. LXVII, 8.
Briuatenſ. CXXXVIII, 9.
Cameracenſ. CXXXVIII, 8.
Cenetenſ. LIII, 11.
Cenomann. LIII, 13, 16. LXXVI, 11, 12, 13.
Comenſ. LIII, 12. XCVIII, 6. CXIX, 4.
Concordienſ. praeceptum mendoſum. LXVII, 30.
Crem. XCVIII, 6, 11. CXIX, 5.
Diuion. CXXXVIII, 8.
Friſingenſ. LXXVI, 18, 20.
Gerundenſ. CXXXVIII, 4.
Gradenſ. LIII, 11.
Hamburg. tabulae ſuſpectae. XC, 14.
Helenenſ. LXXVI, 17.
S. Laurent. CXIX, 6.
Lemouicenſ. LXXVI, 11. CXXXVIII, 5.
Leodienſ. LXXVI, 18.
Lingonenſ. LXXVI, 11.
Lucenſ. CXIX, 8.
Lugdun. XCVIII, 12. CXXXVIII, 9.
Magalonenſ. LXXVI, 20.
Magniacenſ. CXXXVIII, 12.
Maſſilienſ. XCVIII, 8.
Matiscon. LXXVI, 12, 18. CXXXVIII, 9. CLI, 6.
Mediolanenſ. charta anomala. LXVII, 28.
Mutinenſ. LIII, 11. CXIX, 4.
Narbonenſ. LXXVI, 11. CXXXVIII, 7.
Niuernenſ. CXXXVIII, 6.
Nouar. CXIX, 6.
Oſnabrug. codicilli fallaces. LXVII, 10, 11.
Pariſienſ. LXXVI, 11, 16. CXXXVIII, 4, 6, 7.
Patauienſ. LXXVI, 20.
Patauinae. CXIX, 6.
Placent. LIII, 12. XCVIII, 11.
Regienſ. LIII, 10, 11, 17. LXVII, 35. XCVIII, 7. CXIX, 4.
Remenſ. LXXVI, 20.
Rotomag. CXXXVIII, 6.
Salisburg. LXXVI, 17.
Senonenſ. LXXVI, 19.
Tornacenſ. LXXVI, 21. CXXXVIII, 5.
Treuerenſ. chartae dubiae. LXVII, 4. 6.
Vallauenſ. CXXXVIII, 9.

Verdenſ. diploma commentitium LXVII. 7.
Viennenſ. LXXVI, 11, 15, 16. XCVIII, 8, 10. CXIX, 7.
Vltraiect. LIII, 13. LXVI, 3. LXXVI, 12. XCVIII, 10.
Volaterr. CXIX, 4.
Vrgellenſ. CXXXVIII, 7.
Wirceburg. LIII, 15. LXXVI, 12. 18, 20.
Wormatienſ. LIII, 10. LXXVI, 17.
Eginhartus an Cancellarius Caroli M. fuerit? LXIII, 4. plures Abbatias tenuit. LXXVI, 52. LXXX, 14.
Emeritani. LXXVIII, 2.
Epiſcopi. officia eorum et iura. LII, 2. LIII, 6. CXVIII, 3. CXXXVII, 1. iurisdictio. LII, 15. honor ib. 25. uerbum diuinum populo ſedulo adnuntient. LXXV, 4. conuentus habeant. ib. 11. cum comite in diſtringendo concurrant XCVI, 4. conſtituuntur ab Imperat. LIII, 5. LXXVI, 9. CXXXVIII, 4. eligantur a clero et populo. LXXV, 4.
Epothae regnorum. XL, 2. Caroli M. LXV. Ludou. P. LXXXVIII. Lothar. Imp. CX. Ludou. II Imp. CXXX. Caroli Calui. CXLIX.
Eremberrus. acquirit curtem iure proprio. CII, 1.
Erineldus. CXXIII.
Ermengardis regina. LXXVI, 24.
Eſicho. CII.
Eugenius P. LXXVI, 7.
Exartes. CXLI.
Exemtio. a iudiciaria poteſtate. XXXIII, 1. LIII, 11.
Faida. LVI, 2, 20.
Falſa diplomata VII. falſae et ſuſpectae tabulae Caroli M. X, 2. LXVII. Ludouici P. XC. Lotharii Imp. CXI. Ludou. II Imp. CXXXI. Caroli Calui CLII.
Falſi poena LVI, 11.
Faſtrada, uxor Caroli M. LI, 8.
Feſta ordinant Imperat. LXXVI, 2. CXVIII, 3.
Feudum. LVII, 7. CXI, 4. ius feudale Alamannicum. LVII, 7.
Fiſcalini. LVI, 13. XCVIII, 14.
Fiſcus. iura fiſci aliis conceduntur XXXIII, 3. LXXVI, 11, 32. CXVIII, 6, 9. CXLI. fiſci ſucceſſio LVI, 21. loca deſerta fiſci. LIII, 20. ei bona addicuntur. LVII, 18. CXXI, 7. CXXXVIII, 15.
Flauinus. XCVIII, 13.
Fodrum remittitur. LXXVII, 1. XCVIII, 6.
Foreſtum. traditur LIII, 10, 13. LXXVI, 44. foreſtes dominicae LIV, 28. LVI, 8. excipiuntur in traditione LIII, 19. ne noua foreſta ſine permiſſione Imp. inſtituantur. LXXIX, 3.
Forum miniſtrorum eccleſiae Cenomann. LIII, 16.
Fragmenta et commemorationes diplomatum Caroli M. LXVI. Ludouici P. LXXXIX. Caroli calui CLI.
Fredum. LIII, 11.
Friſiones ad placitum ueniant. LIV, 21. eorum priuilegium falſum. LXVII, 20.
Friſiones et artifices. LXXVI, 17.
Fulquinus. recipit res mortis cauſſa donatas. LXXX, 11.

Gadales. LIV, 18.
Gailinus. CXLI.
Gamesindus CXLI.
Gastaldii LV, 15. XCIX, 2.
Geroldus, comes Baioariae. LIV, 6.
Giſela, ſoror Caroli M. tabulae eius LXVIII, 4.
Giſelbertus. C, 9.
Gisla, Ludouici P. filia. tabulae eius. XCI, 2.
- - ſoror Ludou. II Imp. CXVII.
- - filia Ludou. II Imp. CXIX, 12.
Gleichenſe diploma falſum. LXVII. 1.
Gotheſcalci uotum monaſticum irritum. LXXV, 14.
Graphio. LII, 2.
Gratianus perperam accuſatus abſoluitur. C, 7.
Gregorius IV P. LXXVI, 8.
Grimoaldus D. Beneuent. LV, 21. LXXVIII, 14.
Grippo. CXXIII.
Guilielmus comes. LXXIV, 9.
Gumbertus. CXXIII.
Gundebada lex. LII, 9. LXXXI, 6.

H. abundat ac deſideratur. XV, 5.
Hadrianus P. LII, 8. CXIX, 2.
Harmiſcara. LXXV, 13.
Hartradus. LV, 11.
Hemmingus, Rex Dan. LV, 8.
Herbannus. LV, 17. unde exigatur. ib. 26. ab eo immunes. LXXVII, 5.
Hereditatis ius conceditur. LXXX, 6. hereditas filiae LVI, 6, 21.
Hereticus. CII.
Herimannus. CXLI.
Herioldus, Rex Dan. LXXVIII, 3.
Herisliz crimen capite punitur LIV, 26.
Hermingardis, uxor Lotharii Imp. C, 8. XCVI, 9.
Hieroſolymam eleemoſyna mittatur. LII, 28.
Hildefridus beneficium accipit. LXXX, 13.
Hildegardis, uxor Caroli M. LI. 8. LIII, 18. LVI, 6. tabulae eius LXVIII, 3. LXXIV, 7.
Hincmarus. CXLI.
Herminirudis, uxor Caroli Caluí. CXXXVI, 3.
Hiſpani profugi. LV, 26. LXXX, 9. CXLI.
Honor. LXXVI, 32. CXXXIX, 12.
Hunni parent Carolo M. LV, 7.

I. ratio ſcribendi. XV, 6.
Illuſtres, titulus ducum et comitum. XXVI, 2. LI, 10. LXXIV, 9.
Imaginum cultus diſputatur. LXXVI, 7.
Immo. CII.
Immunitas. formula conſueta. LIII, 11. uid. *teloneum.*
Imprecationes. XXXV. LVIIII, 2.
Inditio. XL, 1.
Ingenuus. quomodo ſtatum ſuum probare debeat. LVI, 22.
Inhibitionum et mulctarum clauſulae in diplomatibus Caroli M. L X. Ludou. P. LXXXII. Lotharii Imp. CIV. Ludou. II Imp. CXXIV. Caroli Calui. CXLIII.

Inſpecto

Inſpector monaſterii. XCVIII, 17.
Inſtrumenti confectio CI, 2.
Interpunctiones non reperiuntur in antiquis diplomatis. XVIII.
Inueſtitura. LVII, 15. LXXVII, 4.
Inuocatio nominis diuini. formula conſueta. XXII. in diplomatibus Caroli M. XLVI. Ludouici P. LXVIIII. Lotharii Imper. XCII. Ludou. II Imper. CXIII. Caroli Calui. CXXXII.
Iudicia de rebus eccleſ. habita. LIII, 16. uid. *eccleſiae* et *monaſteria.* de cauſſis potentiorum Rex ipſe iudicet. LIV, 27. iudicia Weſtphalica LVII, 19.
Iudicium Dei. LII, 16. crucis LIII, 16. abrogatur LXXV, 4. item aquae frigidae. LXXIX, 5.
Iuditha, uxor Ludouici P. ſemper auguſta. LXXIV, 8. innocentiam comprobat. LXXVIII, 4.
Ius eccleſiaſticum. LXXVI, 11. CXIX, 13.
Iusiurandum fidelitatis LIV, 13. francorum hominum et centenariorum CXXXIX, 3. regis ib. 4. iuramentum praeſtetur in eccleſia LVI, 10.
Ius proprium. LV, 20. LXXX, 3.

Langobardi. XLVII, 2. addit. L. Langob. LIV, 12.
Lantwari. XCIX, 5.
Latronum poena. LVI, 2. 14.
Leges, feruntur in comitiis LV, 10.
Leo P. LII, 22. LXVII, 25. LXXVI, 4. XCVIII, 3.
Leudis. XCVIII, 19.
Lex ſcripta norma iudicum. LIV, 14. praeferatur conſuetudini LVI, 6. qua quisque lege uelit uiuere, profitetur. XCVII, 2.
- - mariti. CI, 1.
- - Romana. LIII, 28, 29.
Libellarii homines. LXXX, 1. contractus. CXIX, 8.
Lingua latina diplomatum propria. XIII. ſpecimen linguae theotiſcae CXL, 1.
Litaniae Carolinae. LX.
Literae aureae XI, 2. commutatio literarum XV, 3.
Liti. LVII, 2.
Lindewitus. LXXVIII, 17.
Lotharius Imp. coronatur LXXVI, 6. LXXVII, 2. res eius cum fratribus geſtae XCIX, 4. ſq. Normannos excitat C, 2. partitur ducatum Beneuentanum ib. 3. in fideles ſuos munificus eſt. CII. fouet literarum ſtudia. CIII. cognoſcit in cauſſis grauioribus ipſe. XCVIII, 8.
Lotharius, Lotharii Imp. filius diplomata edit. CXII, 1.
Ludi equeſtres. CXL, 1.
Ludouicus P. familia eius. LXXIV. conuentus epiſcoporum conuocat ac ieiunium indicit. LXXV, 11. coronatur a Steph. P. LXXVI, 5. diuidit imperium per ſanctionem pragmaticam LXXVII, 2. iterum diuidit ib. 11. acta cum Imperat. Conſtantinop. LXXVIII, 1. cum Saracenis ib. 2. exauctoratur et reſtituitur ib. 6. diſtribuit theſauros ib. 11. Bella cum Britonibus, Vaſconibus, Liudewvito, Bulgaris geſta ib. 15 ſq. in fideles largitatis documenta confert. LXXX, 10. ſq. bonis literis praeſidium praeſtat. LXXXI.

Ludouicus, Rex Baioar. LXXVII, 2. LXXVIII, 6, 8.
Ludouicus II Imp. ſtatum eccleſ. curae habet CXVIII. controuerſia de titulo Imperat. cum Baſilio Imper. agitata CXXI, 2. miniſteriales eius ib. 5.
Ludouicus, abbas. CXXXVI, 5.

Maieſtas. titulus LI, 3. crimen maieſtatis laeſae punitum. LV, 11.
Mallus. tecto muniatur. LIV, 28. LXXIX, 1.
Mancuſi. LIX, 2.
Manfredus. LXVII, 36.
Mannitio. LXXIX, 1.
Manſus. LVII, 10.
Manumiſſio. LVII, 2. per hantradam LVI, 22. per denarium. XCVI, 3.
Marchiones. LV, 17.
Maritio. LIII, 13.
Maſnada. LVII, 2.
Matfredus. LXXIV, 10. LXXVII, 10. XCVI, 4.
Matrimonialis cauſſa a laicis iudicetur. LXXV, 9. penſio de matrimonio ſerui cum libera femina inito. LXXVI, 41.
Maurinus comes palatii. XCVIII, 11.
Mendici ne tolerentur. LVI, 16.
Mezibau. LVI, 18.
Militia. quibus et in quem hoſtem eundum eſt. LIV, 21. 25. CXX, 3. cur ea ſubterfugiatur LIV, 24. apparatus militaris LIV, 28.
Miniſteriales palatini LIV, 21. LVII, 1. Ludou. II Imp. CXXI, 5.
Miſſi. eorum officium. LII, 21. LV, 26. LXXVI, 19, 21. XCVIII, 12. CXXXIX, 2. eligant ſcabinos. LIV, 15. quando iudicia exercere debeant. LIV, 27. recipiantur LXXVII, 3. diſpenſa eorum ib. 5, 8, 9.
Monachi. ne fiant importuna perſuaſione LII, 29. pueri inuitis parentibus ne tondeantur, nec feminae ante 30. diem ab obitu mariti uelentur LXXV, 4. regula monachorum ante S. Benedict. LII, 29. LIII, 25. monachorum reformatio LXXV, 5.
Monaſteria noua conduntur, multorum iura et immunitates confirmantur, controuerſiae decidiuntur, teſtibus tabulis uariis iisque interdum fictis. e. g. monaſterii
Alaonenſ. CLII, 2.
Altahenſ. CLII, 1.
S. Ambroſii LIII, 24. XCVIII, 13. CXIX, 10.
Amiatin. XCVIII, 13.
Anian. LIII, 20, 24. LXVI, 17. LXXVI, 24, 25. CXXXVIII, 10.
Aninſul. CXXXVIII, 14.
S. Arnulfi LIII, 18.
Arulenſ. CXXXVIII, 10.
Attanenſ. charta commentitia LXVII, 40.
Baniolenſ. LXXVI, 25.
Blandinienſ. XC, 3.
Bobienſ. diploma anomalon. LXVII, 37. CXI, 4. CXIX, 10.
Brinatenſ. LXXVI, 26.
Campidon. LXXVI, 37. tabulae fictae LXVII, 3.
S. Carilephi. LXXV, 16. LXXVI, 51.
Caſaur. CXIX, 9, 15.

Digitized by Google

Casin. XCVIII, 16. CXIX, 13.
Caunens. LIII, 27.
Centulens. LIII, 21.
Conchens. LXXVI, 29.
Corbeiens. LXXVI, 29, 35 sq. 46. XC, 12. XCVIII, 15. CXI, 7.
Corbionens. CXL, 2.
Cormaricens. LIII, 23.
Crassens. CXXXVIII, 10.
Cremifan. LXXV, 45.
Deruens. LXXVI, 38, 51.
S. Dionysii LIII, 16, 18, 19, 21, 27. LXVI, 12. LXXVI, 33, 34, 47. CXXXVIII, 13, 15.
Dononiens. CLII, 3.
Ebersheim. XC, 22.
Elnon. LXXVI, 43, 51. CXXXVIII, 17.
Elvvang. XC, 1.
S. Emerami LIII, 23, 26. LXVI, 4. charta fallax. XC, 19.
Epternac. LIII, 18. LXVI, 11.
Erastein. CXI, 6.
S. Eugendi CXXXVIII, 18.
Fabarienſ. instrumentum haud integrum XC, 10.
Farfens. LIII, 25. XC, 23. CXIX, 9.
Flauiniac. LIII, 18, 23.
Fontanellens. LXXVI, 33.
Fossatens. XC, 13. CLII, 5. CXXXVIII, 10.
Fuldens. LIII, 29. LXVII, 5. XC, 17, 18. XCVIII, 13.
S. Galli LIII, 26. LXXVI, 52.
Gellonens. LXXVI, 32.
S. Germani LIII, 23. LXXVI, 33, 42, 47. CXXXVIII, 14.
Glanderiens. membrana charta. XC, 15.
Gorziens. LIII, 18.
S. Gratae LXXVI, 24. CXXXVIII, 10.
S. Gregorii LXXVI, 44. XCVIII, 13.
Hasenried. LXXVI, 39.
Helmonsted. LXVII, 16.
Hohenburg. LXXVI, 24.
Honaug. LIII, 18, 23, 28.
S. Iuliae Brix. CXI, 1, 2, 3. CXIX, 11.
Karrofens. LIII, 24. LXVI, 5. LXXVI, 24.
Lauresham. LIII, 28.
Lindauiens. charta controuersa. XC, 16.
Magnilocens. CXXXVIII, 18. CLI, 6.
S. Mariae de Organo LIII, 23, 29. LXVII, 24.
— — Theodotae XCVIII, 16. CXIX, 13.
Maricolens. XC, 9.
S. Martini Turon. LIII, 18. LXVI, 10. LXXVI, 24, 33, 51. CXXXVIII, 11, 14, 15, 16.
Masonis XC, 11.
S. Maximini. XC, 21.
S. Michael. LXXVI, 30. XC, 4. CXIX, 14.
Miciacens. LXXVI, 33.

Mon-

Montisoliui. LXXVI, 23. CXXXVIII, 10.
Murhart. tabulae falſae. XC, 7.
Neuſtadienſ. diplomata ſuſpecta. LXVII, 12, 13, 14. XC, 6.
Nonantulan. LXVI, 19. LXVII, 38.
Noualicienſ. LIII, 18, 23. LXVII, 29. XCVIII, 18.
Ottoburan. diploma fictum, LXVII, 2.
S. Petri. LXVII, 31.
S. Philiberti CXXXVIII, 16. CLI, 2.
S. Polycarpi CXXXVIII, 10.
Prumienſ. LI, 6. LIII. 28. LXXVI, 51. XCVIII, 19.
Pſalmodienſ. LXVII, 23.
Reichenauienſ. charta uitioſa. LXVII, 17.
S. Saluator. XCVIII, 17.
Schwarzacenſ. LXXVI, 51.
Sithienſ. LIII, 19. LXVII, 19. LXXVI, 24. CXXXVIII, 11.
Stabulenſ. LXXVI, 23, 33.
S. Stephani. LIII, 18. XCVIII, 14.
Stradenſ. CLI, 3.
S. Theofredi CXXXVIII, 13.
S. Tiberii CLI, 4.
Trium fontium. LXVII, 25.
Vedaſtin. CXXXVIII, 16, 17.
Viuarii XCVIII, 15.
Vulturnenſ. LIII, 29. LXVI, 15. LXVII, 32, 33, 34. LXXVI, 40. XC, 8, 20. CXIX, 9.
Werthinenſ. LXVII, 15.
S. Zenon. XCVIII, 16. CXIX, 10.

Monetae ius conceditur monaſteriis quibusdam et eccleſiis LIII, 14. LIV, 9, 17, 22. LXXVI, 13, 35. LXXVII, 3. CXXXIX, 7, 8, 9.
Monialium regula. LXXV, 2, 3.
Monogramma. XX. Caroli M. LXII, 3. Ludouici P. LXXXV. Lotharii Imp. CVII. Ludou. II Imp. CXXVII. Caroli Calui CXXXIX, 9. CXLVI.
Mundiburdium. XXXIII, 2. LIII, 11, 24. LIV, 16. LXXVI, 11.

Negotia quaedam ne noctu fiant. LVI, 11.
Negotiatores. quousque proficiſci debeant. LIIII, 17.
Nicephorus. Imp. pax cum eo initus. LV, 2.
Nicolaus P. CXIX, 2.
Nobiles. XXVI, 2. LVII, 1.
Noctes. computantur in dilationibus. LVII, 17.
Nomen. cognomina nondum recepta. XXVII.
Nonae. uid. decimae.
Normannorum inuaſio. CXXI, 4. CXXXVIII, 11.
Notae Chronicae tabularum Caroli M. LXV. uid. Chron. notae.
Notae Tironis XVIIII.
Notarii uid. Archicancellarii.
Numeri. notae numerorum. XVII.

Oblationes fidelium ad ius sacerdotum pertinent. LXXV, 1. quomodo dirimendae sint, LXXV, 4. ne ob easdem liberi aut propinqui exheredentur, ib.

Odo. CXLI.

Oeconomi constitutio permittitur Aldrico ep. Cenomann. LXXVI, 14. inuitis ne obtrudatur. CXXXVII, 3.

Offa, Merciorum Rex. amicus Caroli M. LV, 3.

Oglata. LIII, 21.

Oliba. CXLI.

Operae seruorum. CXXIII, 2. CXXXIX, 9.

Orthographia. deprauata XV, 2.

Pagus. LVII, 10.

Palatia. XLII. quae appellentur in tabulis Caroli M. LXV. uid. *Chronicae notae.*

Parafredus. XCVIII, 11.

Paschalis P. a crimine obiecto se purgat. LXXVI, 6.

Patricius quae fuerit patricii dignitas LIII, 4. XLVII, 9.

Patroni eccles. LIII, 9. CXVIII, 5.

Pauli diac. homiliarium. LVII, 3, 11.

Paulinus. LVIII, 11.

Par Verdun. XCIX, 4.

Pedum pastorale. LIII, 5.

Peculium. eorum res regis propriae. LII, 28. CXXXVIII, 8. CXXXVIII, 3.

Periuri puniuntur. LVI, 2.

Pignorum capio. ne fiat in bubus XCIX, 2.

Pipinus, pater Caroli M. LI, 6. LIII, 18.

Pipini, filii Caroli M. capitulare. LXVIII, 2.

Pipinus, filius Caroli M. in patrem coniurat. LV, 11.

Pipinus Aquitan. reg. LXXVII, 2. LXXVIII, 8. diplomata. XCI. de Pippino, huius filio XCIX, 5.

Piscatio. LXXVI, 35, 42.

Placitum. XLVII, pro mon. S. Dionys. LIII, 27. de placitis LVII, 17. ne ex cupiditate habeantur XCIX, 2.

Pontifex Rom. titulus eius LI, 9. iura Imperat. in eumdem eiusque elect. LIII, 4. Donatio Caroli M. ib. LXXVI, 4 seq. ficta donatio imperat. Ludou. P. XC, 5. Ius in pontificem etiam exercet Lothar. Imp. XCVII, 2. XCVIII, 2. Ludou. II Imp. CXIX, 1 sq.

Precaria. LXXVI, 46. XCVII, 4. CXXXVII, 3.

Preces pro acceptis beneficiis fiant XXXIII. publicae imperantur LIII, 5. flagitat Carolus M. in tabulis LX. Lud. P. LXXXIII Lothar. Imp CV. Ludou. II Imp. CXXV. Carolus Calnus CXLIII.

Princeps. titulus tempori Caroling. obscurus XXVI, 2. LI, 11.

Probatio. pleniſſima fit per diplomata XLIII. probandi modi uarii, per instrumenta, testes LII, 29.

Proceres.

Proceres. eorum cauſſas rex cognoſcit. LIIII, 27. non tenent prouincias iure proprio LV, 20.

Promulgatio. formula XXV. tabularum Carol. M. XLVIII. L. Ludouici P. LXXI, LXXIII. Lothar. Imp. XCV. Ludou. II Imp. CXVI. Caroli Calui CXXXV.

Prooemia, diplomatum, unde ducantur? XXV. Caroli M. XLVIIII. Ludouici P. LXXII. Lothar. Imp. XCIIII. Ludou. II Imp. CXV. Caroli Calui CXXXIIII.

Pſeudographa. reiiciantur. LII, 9.

Publicum, LXV, 2.

R. XV, 7.

Raſica. LXXVI, 17.

Raptus. feminae religioſae capitalis. LXXV, 10.

Raſta. LVII, 10.

Reginae. uxores imperatorum. XXVI, 2.

Rex Romanorum. obſcurus tabulis Caroling XXIII. XLVII, 6.

Rhabanus Maurus. LXXXI, 3.

Richardus perfidus. LXXXVIII, 8.

Ri bildis reginae charta. CLIII.

Ricuſus. CXLI.

Roma. ius Imperatoris in Romam. LII, 4 Romani Ludouico P. et Lothario fidem iurant. LXXVI, 7. LXXXXVII, 2.

Rubrica. diplomatibus quibusdam rubeis literis ſubſcriptum eſt. XI, 1.

Rudolfus. CXLI.

Ruthelinus comes. LXXVI, 51.

S. XV, 7.

Sacra. ius ſacrorum ſibi uindicat Carolus M. LII, LIII. Ludou. P. LXXV, LXXVI. Lothar. Imp. XCVII, XCVIII. Ludou. II Imp. CXVIII CXIX. Carol. Caluus. CXXXVII, CXXXVIII. priuata ſacra uetantur. LII, 12.

Sacramentum fidelitatis. CXXXIX, 3.

Salica terra. LVII, 8.

- - lex. LXXVII, 6.

Salinae, LXXVI, 36.

Sancti. noui ne colantur. LII, 17.

Saraceni Caroli opem implorant. LV, 6. C, 3. bella Ludouici II Imp. cum iis geſta. CXXI, 1.

Saxonia. capitulatio de partibus Saxoniae. LII, 13. LIIII, 8. LVI, 5. aliud capitulare LVI, 7. Saxones ſe ſubmittunt LIII, 3. num in ſeruiturem detruſi fuerint? LVII, 3. Saxonibus ius hereditatis redditur, LXXX, 6.

Scabini. eligendi LIIII, 15. ſeptem Scabini placitis adeſſe debent. ib.

Scariones. LIII, 29.

Scaſtlegi. LXXVII, 10.

Scholae. ordinantur LVII, 2. LXXXI, 1. CIII. CXXXVIII, 16. Scholae S. Mart. Tur.

Sclaui liberi. LXXVI, 45.

Scriptionis et ſubſignationis clauſula in diplomat. Carol. M. LXI. Lud. P. LXXXV. Lothar. Imp. CVI. Ludou. II. Imp. CXXVI. Caroli Calui CXLV.

Scriptura. Franco-Gallica XIII, 1. primi uerſus diplomatum ib. 2. an fuerit uniformis ſcriptura ib. 3. ſcripturae

pturae ſpecimina ib. 4. uitia ſcriptionis XV, 1. XVI.

Scubiae publicae XCIX, 2.

Sepulcra hereditaria in eccleſiis. CXXXVII, 3.

Sergius II P. CXIX, 1.

Serui ne uendantur extra prouinciam. LVI, 2. fugitiui gratis reddantur LXXX, 3. poſt 30 annos liberi non fiunt CI, 3.

Sicfridus. CXLI.

Sigefridus CII.

Sigilla. XXI. materia eorum, forma, modus affigendi ib. 2. 3. 4. Sigilli uox in ſubſcriptionis formula non adhibetur XXVIII. XXXVI. LXI. Sigillum tenet aliquis comes palatii. CXXXIX, 12. Sigilla Caroli M. LXIIII. Lud. P. LXXXVII, 1. Lotharii Imp. CIX. Ludou. II Imp. CXXVIIII, Caroli Calui CXLVIII.

Signacula. LXI. LXXXIIII.

Silua. conceditur LIII, 10. LXXVI, 51.

Smaragdus Grammaticus LVIII, 6.

Spoletani duces conſtituuntur a Ludou. P. LXXVIII, 14.

Statuae Rolandinae LVII, 19.

Stellinga Saxonum. C, 5.

Stephanus P. LXXV, 5.

Succidiales. LXXX, 1.

Suenorum priuilegium primi conflictus. LV, 13. LXVI, 13. hereditatis non amittendae LVII, 16.

Sumnoldus. CXLI.

Superſtitio. cauſſa piarum donationum. XXV. damnatur LVI, 5.

Suppo. CXXIII.

Synodi archiepiſcoporum. LXXVI, 22.

Tabularii LII, 7.

Taſſilo. LIII, 9. LV, 23.

Teloneum. exemtio LII, 10, 12, 23. LIII, 22 LXXVI, 16, 33. XCVIII, 13. CXXXVIII, 11. LXXVII, 6.

Telonei ius conceditur eccl. Placent. LIII, 12. decima de teloneis Vltrai. ib. 13. LXXVI, 17, 34. XCVIII, 8. CXXXVII, 7.

Territorium. LXXVI, 45.

Teſtamentum. fuit negotium inter uiuos. LVI, 9, 10. LVII, 16. LXXIX, 1. teſtamenta Abbonis, Fulradi, Gundelandi. ib. Baterici LXXX, 5. Abbonis confirmat Ludou. P. XC, 2. epiſc. Nitiern. confirmat Loth. Imp. CXXXVIII, 6.

Teſtes. non ſubſcribunt diplomatibus XXXVIII. quot requirantur LVI, 4. unde uocentur LXXX, 1. teſtimonium liberorum hominum ib. 5. Saxones non admittunt teſtem alienigenam LXXX, 8. idonei CXVIII, 1. XCVIII, 11. CXIX, 13.

Teuthmundus CXLI.

Theodoldus. LV, 11.

Theodricus princeps. CLII, 4.

Theſaurus. inuentus quomodo diuidendus. LVI, 4.

Titulus. regum et Imperatorum XXIII. ſemper auguſti rarior ib. 3. non a terris et populis amplificatur ib. tituli ſerenitatis, clementiae &c. XXVI, 2.

Caroli

Caroli M. XLVII. LI, 3. LXXIIII, 2. Ludouici P. LXX, LXXIV. Lotharii Imp. XCIII. XCVI, 1. Ludou. II. Imp. CXIV, CXVII. Caroli Calui CXXXIII. CXXXVI.

Tractoria. XCIX, 3.

Traditiones. clauſulae XXXII quomodo fiant. LXXIX, 1. ſymbolica CXXI, 6. per feſtucam. LIII, 28.

Truſtis. LIIII, 4.

Trutmanni charta ſuſpecta. LXVII, 9.

V. quomodo ſcribatur? XV, 8.

Venatio. nonnullis monaſteriis permiſſa. LIII, 19. LVII, 12.

Venerabiles. titulus epiſcoporum et Abbatum XXVI, 2. LI, 9. LXXIIII, 9. CXXXVI, 6.

Verſchat. LXXVI, 12.

Veſtitura. XCVIII, 6. CXXXVIIII, 11.

Villae regis, eiusque miniſteriales. LIII, 10.

Vineae. LVII, 13.

Vitteae. LXXXI, 3.

Vocabula, eorum uaria fortuna. XXVIII.

Vſucapio. LVII, 13. triginta annorum. LXXV, 14.

Wadium. LVI, 9.

Walae. comitis et abbatis fata. LXXVIII, 21.

Wenilo. libellus proclamat. aduerſus eum. CXXXVII, 6. CXLI.

Wergeldum. LXXIX, 1.

Wimarus. CII.

Winileodes. LII, 12.

Woraldus comes palatii. LIII, 27.

Y. quomodo ſcribatur. XV, 9. deprehenditur in monogrammatibus. LXII, 4.

CORRI-

CORRIGENDA.

Pag. 5 l. 30 leg. Compendienſis.
7 l. 8 l. poſitae.
8 l. 29 pro VIII l. III.
16 l. 29 l. deprecatae.
35 l. 29 pro LXVI.I l. XLVIII.
56 l. ult. uerbis: S. Martini add. Abbatiſ.
51 l. 9 l. Ludouici.
59 l. 22. dele iterum: *donauit*.
83 l. 10 pro et l. ex.
100 l. 5 pro lex l. lux.
128 l. ult l. Italicum.
130 l. 23 l. nono.
136 l. 9 pro annal. l. analect.
143 in marg. n. 13 l. praerogatiua.
162 l. 18 poſt firmat l. Karolus.
184 l. 24 l. praediti.
191 l. 19 l. memoriae.
203 l. penult. l. Corbeienſi.
206 l. antepen. uoci *qua* addatur: itidem uictus et amictus definitur; in *uita Ludou. P.* apud *Freher.* p. 457 ſq.
207 in marg. n. 50 dele: ecci.
211 l. 23 l. praeeſſe.
234 l. 15 pro obuias l. oblatas.
236 l. 14 pro ex l. et.
238 l. 18 dele: nummos ex *Blanco*.
262 l. antepen. uerbo *dicitur* addendum: in priori non memoratur, et Ludouicus.
270 l. 10 pro chartis l. charta.
294 l. 26 pro ac l. quod.
295 l. 24 l. legati.
307 l. penult. l. ſed.
339 in marg. l. peccata.
352 l. 6 pro 5. l. 8.
382 l. 8 l. uolo.
383 l. 11 l. Sablonariae.
397 l. 13 l. nate.
416 l. 8 l. quoniam.

VA 1 1508 FOH



Alphabetum Carolinum sive Francicum.


Romanorum
quicquid
enim
ad mercalis
augmen tum
omnium
fidelium nostrorum
L. S.

Caroli M.

1.



2.

3.



4



5.



Ludouici P.

1.

2.



3.

4



5.



6.



7.



Pippini.



Lotharii Imp.

1.

2.

3.



SIGILLA TAB. IV.

Caroli M.



Nummi.

SIGILLA
Ludouici P.

TAB. V.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8

9



SIGILLA
Ludouici P.

10.



Nummi.

11.

12.

13.



Sigilla Lotharu Imp.

14.



1.

2.

3

Nummus.



4.

Lotharii Imp 5

Lotharii iunior.

Ludouici II VII.

3



4

PLACITVM CAVNENSE S



150
J
22-24

Digitized by Google